


Narodna in univerzitetna knjižnica  
v Ljubljani

141039 -






EX LIBRIS  
Henry S. Or. CAIRD

ex libris

Jankofavitz



# Aulæ Turcicæ, OTHOMANNICIQ' VE IMPERII DESCRIPTIO: QVA Turcarum Palatina Officia, mores, religio: secta item Mahometicæ, Imperiorumq' IIII. ex ea prodeun- tium statu luculenter eparrantur.

AB ANTONIO GEVFRÆO GALLICE EDIO  
et deinde per Guilhelμum Godeleucum Latimè redditus:  
postremò nunc aucta, Mahometicæq' seclæ Re-  
futatio Utileissima addita.

Cum gratia & privilegio Caesare Maest.

BASILEÆ.

*Amsterdam*

ЛНЛ039

141039



Д 954/1958

Д проф. Евгения  
Зо. 5.58

# MAGNIFI- CO VIRO, NOBILI- TATE, VIRTUTE, PRU- DENTIA, ET ERUDITIONE præstanti, D. Iohanni Henrico Herwarto, Patrio, & cui Augustano, Domino & Patrono obseruan- do, Vilhelmus Godelaeus:

S. P. D.



Tsī , Vir Magnifice,  
omnes eruditos, atq; prudenter fateri ne-  
cessē sit, philosophiæ  
dogmatis , legumq; præceptis, uel ad ui-  
tām priuatim instituendam, uel in Re-  
pub. cum laude degendam , post do-  
ctrinā religionis nihil utilius, uel præ-  
stantius humano generi à numine di-  
uino cōcessum, ita; ut Cicero non mi-  
nus in Reipub. administratiōe, quam  
philosophiæ studijs preclarissimē uer-  
satus hanc donum, & inuentum deo-  
rum, matrem omnium artū, omnium

## E P I S T O L A

bene factorum, beneç̄ dictorum, du-  
cem uitæ, uirtutis indagatricē, ac ex-  
pultricem uitiorum nominārit: ac VI  
pianus egregij ingenij uir, legumç̄  
uertex nobilissimus, suæ artis homi-  
nes boni, & æqui notitiam profiten-  
tes, æquum ab iniquo separantes, &  
licitum ab illico discernentes, uerā,  
non simulatam philosophiā affectare  
scripsérunt: tamen hi, qui mores, institut-  
ta, ac ritus gentiū, & populorum exte-  
rorum inspectos literis consignarūt,  
uel ab alijs acceptos ad posteritatem  
transmiserunt, non minus preclarè de  
genere humano mereri, quā philoso-  
phi, uel legumlatores rectè existimán-  
tur, quod philosophorum contempla-  
tiones circa generalia præcepta uer-  
santes, ubi ad actiones humanas, &  
res ipsas deducuntur, ob earum diuer-  
situdinem, uarios euentus sortiri consue-  
uerint, & leges, ut Lycurgus Orator  
contra Leocratē, inquit, non doceant  
propter breuitatem, sed nuda imperia  
proponāt. At qui dogmata philoso-  
pho-

N V N C V P A T O R I A.

phorum, ac legum latorū p̄cepta, cū  
diuersis uariarum gētium institutis,  
moribus, ac rebus gestis conferenda  
duxerunt, iij talem prudētiām, rerāq;  
ciuilium peritiam inde retulisse legū-  
tur, ut non tantū in uita priuata, sed  
& publicis actionibus, id quod meli-  
us est, & factu atq; omissu præstabili-  
us, sine dispēdio, periculo, atq; incom-  
modo, cum laude secuti sint, uel fuge-  
rint. Hinc quō tanti boni quidam par-  
ticipes fierent, atq; cognoscerent que  
apud exteris gentes bene, honeste,  
prudenter, salubriter, iuste, uel secus  
instituta essent, difficillimis, ac mole-  
stissimis peregrinationibus suscep-  
teras regiones remotissimas, ad pa-  
triæ suorumq; utilitatē adiisse legun-  
tur. Nam ne uel Homerū, omnis phi-  
losophiæ parentem commemorem,  
quem, ut & Orpheo, Musēum, & Me-  
lampodem, ad Aegyptios profectū le-  
gimus, ut multa ab eorum sacerdoti-  
bus perciperet, uel Vlyssēm ab horū  
primo, ut uirum prudentissimum ce-

## E P I S T O L A

Iebratū, multorum hominum mores,  
quod uidit, & urbes, quēadmodū Ho-  
meri interpres Horatius ait : quo-  
quot philosophi excellentiores fu-  
re, cum Homerum tanquam optimū  
uitae magistrum, eiusq; poēma omnis  
philosophiæ Oceanum esse existima-  
rent: Homeri, atq; Vlyssis sui exem-  
pli exteris regiōes adeundas, earūq;  
instituta sibi cognoscenda putarunt.  
Sic enim post Homerū Cyrsas Chi-  
us, & Anacharsis Scytha, consuetudi-  
ne Solonis usuri, & Atheniensium mo-  
res inspecturi, Athenas adiere: Solō,  
& Plato philosophus, ac Samius Py-  
thagoras, Herodotus Halicarnassenus,  
Eudoxus Mathematicus, ac Demo-  
critus Abderites in Aegyptum, tunc  
& eruditio[n]is, & institutorū nomine  
celebrem, ut Diodorus Siculus testa-  
tur, trāsiijere, ac hic ipsem̄, ut Aegy-  
ptiorū antiquitates intelligeret, nec  
in ijs erraret, in quib. permultos hallu-  
cinatos agnouerat, nō tantū suo cum  
magno incōmodo in Aegyptum est

pro-

## N V N C V P A T O R I A.

profectus, sed & maiorē Asia, atq; Eu-  
ropæ partē perlustrauit. Deinde uero  
eorum imitatione eandē Apollonius  
Thyanæus, & Seuerus Sophista Ro-  
manus adierunt. Horum illo minimē  
Aegyptiaca profectione contēto, sed  
& ad Indos, Brachmanas, Assyrios,  
Medos, Chaldæos, atq; Aethiopas pe-  
netrante, ac doctrinæ magnitudine  
alios sui seculi ita superāte, ut quæ ab  
ipso fierent, præ admiratiōe mortales,  
uix caperent, atq; ob id præstigiatorē  
numen habere crederent. Ut autem  
horum peregrinationes magnis sum-  
ptibus suscepτæ, ac grauissimis mole-  
stijs, atque periculis confectæ, ipsis  
commoditates eximias, & nominis  
immortale decus attulēre, sic & alio-  
rum, inter hos præcipue Aristotelis  
maximi illius ingeniorū, & doctrinæ  
parentis indefatigabilis diligētia præ-  
dicanda, quem ducētarum quinqua-  
ginta Rerum publicarū leges, ac in-  
stituta collegisse tradūt. Quos libros  
si haberemus, quas antiquitates, que-

## E P I S T O L A

so, quas leges, quos mores, quos gen-  
tium ritus legeremus? Res studiosis  
atq; philologis omnibus deploranda  
tot insanos, stultosq; libros extare,  
hunc præciosissimum thesaurum, ue-  
terisq; sapientiæ delicias, interceptas,  
deperditas, extinctas esse. O' cladem,  
o' pestem, o' iacturam plurimo auro re-  
dimendam. Sed quid hæc cum uiro  
doctissimo Nicolao Gerbelio fru-  
stra? Necq; uerò solum philosophi ex-  
teriorum institutorum cognitione, se-  
prudētiores, & ad Rempub. rectè, fe-  
liciterq; gubernandam aptiores red-  
di putarunt, sed & Romani, quorum  
Repub. nec splendore Imperij, nec  
grauitate nominis, nec maiorum in-  
stitutis ulla excellentior fuit, olim le-  
gatis, quos ad lōginquas, ac incogni-  
tas natiōes misere, id etiā negocij de-  
derunt, ut mores, instituta, totamq; ui-  
uendi rationem eius gētis, apud quā  
legationis nomine uersabantur, dili-  
genter literis consignarent, quod a-  
deò deinceps solenne fuit, ut renun-  
ciata

N V N C V R A T O R I A.

ciata legatione Commentarij eiusmo  
di in ædem Saturni, ad instituendam  
posteritatem reponerentur. Et præcla  
rè quidē Romani, nam præterquam  
quod hoc facto ciues suos maximis  
sumptibus, atq; periculis liberarunt,  
ipsis etiam ad saluberrimam terū co  
gnitionem, & prudētiā ciuilem com  
parandam, campum amplissimum a  
peruere. Quid etenim uel salubriū,  
uel præstantiū eo, quam quod alij  
uarijs multipliciū peregrinationū ca  
sibus exagitati, summo periculo, gra  
uiq; rei familiaris dispendio experti  
sunt, illud quem quasi domi ociosum  
residentem, aliorumq; laboribus fru  
entem, extra omnem fortunæ aleam,  
teliq; iactum, cum erudita uoluptate  
cognoscere, atq; ex uariorum popu  
lorū institutis, ac legibus, instar apis,  
quasi fauū quendam colligere, uel, ut  
Pindarus de Hierone loquitur, ex o  
mnibus uitæ præceptis summū decus  
decepere, idq; re, ac necessitate exi  
gēte, ad prudentia, & salutaria rerum,

a s uel

E P I S T O L A

uel priuatarum, uel publicarū cōsilia  
conuerteres? Nec dubiū, quin eo Ro-  
manorum īstituto īgenia ipsorum,  
ad omnem uirtutem nata, ita forma-  
ta, subacta, atque exculta fuerint, ut  
quæ uel ad amplissimi Imperij felicē  
gubernationem, uel uitæ priuatæ lau-  
dabilē īstitutionē, domi forisūe per-  
tinerent, luculenter didicerint atque  
cognouerint. Nō id pluribus exem-  
plis doceri necesse est, sed Ennij, pru-  
dentissimi poētæ uetusissimū testi-  
moniū sufficit, qui, ut Gellius in no-  
ctibus suis Atticis testatur, ornamēta  
Gemini Seruilij, uiri consularis, ac de  
Republīca Romana optimē meriti  
definiturus, inter cætera scripsit:

Multa tenens antiqua, sepulta, & sepe uetusas  
Quæ facit, & mores, ueteresq; nouosq; tenentē  
Multorum ueterum leges, diuīmūq; hominumq;  
Prudentem, &c.

Et sanè ut ueteres, sic & recētores, a-  
nimū ad scientiā Reipub. recte gu-  
bernandæ percipiendā adjacentes, in  
exterorū legibus, ac institutis explo-  
randis,

N V N C V P A T O R I A.

rādis, plurimum operæ, studijq; posuisse leguntur, scimus enim, Godefridum illū Bolionæum, quo inter militiæ sacræ duces uix quisquam celebrior est, postquam Hierosolymis magna cum cede barbarorum expugnatis, Iudæam occupasset, cuperetq; certam Reipub. formam in ea constitutere, solitum fuisse à peregrinis, qui eò inuisendi sacri sepulchri causa ueniebāt, sciscitari de legibus, & gubernandi ratiōe, quæ in eorum patria essent, quò, quæ in singulis optimæ apprehendisset, ea ad Remp. suam traducere, eiusq; talia fundamenta iaceret, quæ præter Christianæ religionis doctrinā, bonis, honestis, ac salutaribus institutis, quasi neruis quibusdē connecta, diuturno tempore ualida, stabiliacq; permanerent. Egregiè quidem, et ille, qui ex singularium cognitione ex multorum colloquijs comparata, Rempub. in loco omnium sanctissimo constituere cogitarit, at nō minus laudabiliter Nicolaus, & Matthæus

Pau-

## E P I S T O L A

Pauli fratres, è clarissima familia Paulina Venetijs nati, qui paulò post Go defridi tempora, minimè aduenarum uiua, uoce, uel narratione contenti, quò peregrinos regionū orientalium mores, ueramq; conditionem plenē cognoscerēt, cū maxima rerum familiārum iactura, ad terram maximī omnium Tartarorum regis Cham trājēcere, eandēq; publicis monumentis exposu'ere: hoc posteris simili peregrinandi studio flagrātibus exemplum præbentes, ut nō tantum ipsi sitim suam inspectione exterarum gentium restinguant, sed & Deo. Opt. Max. redditum felicē ipsis ad lares patrios largiente, communicatione rerū cognitarum aliorum animos recreent, atq; exhilarēt. Illorum siquidem imitatio ne: Aleysij Cadamusti, Christophori Columbi, Alberici Vesputij, Ferdinandi Cortesij, aliorumq; nauigationibus, in longinquissimas orbis partes ad Nigritas, Calecutios, & India nas insulas, in monumēta literarū relatis,

## N V N C V P A T O R I A.

fatis, cum expositione morum gentium, quas ipsis adire, atq; inspicere contigit, effectum est, ut regiones veteribus incognitæ, & à terris nostris remotissimæ, nobis ferè notiores sint, quam vicinæ quamplurimæ.

Licet autem uarios diuersarū gentiū mores, diuersaçp instituta cognoscere, in Repub. uersantibus summo-  
pere expediat, tamē cum in totius uitæ cursu, discernendæ sint res non necessariæ, ab alijs, quæ ornamenta habentur, & nominantur, in primis illis nouisse conuenit mores, leges, naturas, uoluntates, & opiniones eorum gentium, quibus cum ipsis ob uiciniam, uel amicitia, uel inimicitia, commercia, uel bella intercedere consueuerē, quo amicorum benevolentiam legitimis rationibus conseruare, hostium uero machinationes, atq; insidias cautele elidere, & declinare queant. Duo præstantissimi Græciæ duces, Themistocles, & Chabrias, summam Imperatoris uirtutem esse putarunt,

hosti-

## E P I S T O L A

hostium consilia nosse, & præsentis  
re: ac autor prudentissimus Polybius  
Hannibalem laudat, quod solerter a-  
tūmos hostium explorare sit solitus,  
existimatq; nullum magis proprium  
optimi ducis officium, quam cōsilia,  
& naturam hostis intelligere: sic om-  
nes, quotquot Reipub. gubernaculis  
præfecti sunt, omni animi contentio-  
ne anniti decebat, ut earum gentium,  
quarum negotijs implicantur, religi-  
onem, atq; Reipub. formā nossent, ac  
scirent, quibus legibus domi pacem  
muniant, quibus viribus, atq; auxilijs  
in bello nitantur, quibus modis com-  
meatum, arma, & exercitus præpa-  
tent, quod genus copiarum educant,  
quaē consilia in bello, uel producen-  
do, uel celeriter perficiendo sequan-  
tur, quamq; pugnādi rationem, cum  
in legibus, tum grauioribus prælijs  
obseruent, deniq; qua industria, & ar-  
te deuictos, atq; subactos regāt, eos  
quæ in fide, & officio contineant.

Quamvis enim magni momēti sit,  
ut

N V N C V P A T O R I A.

ut alibi præfatus Polybius inquit, res amplas perficere, & uictoriā ab hostibus pugnando referre, multò tamē maiorem peritiam, & cautionē requiri, ut quæ præclare gesta sunt, commode usurpetur, nec duces, tām prærogatiis potiantur, quam ijs recte utantur. Cum ergo inter cæteras gentes, quarum ingenia, uoluntates, ac disciplinam Germanis nouisse interest, Turcica præcipua sit, quæ primordijs tenuissimis, & uilissimis orta, atque e Scythia per Caspias portas in Asiam minorem effusa, florentissimis Asiae, Aphricæ, atque Europæ regnis, in tristissimam seruitutem redactis, eò potentia peruenit, ut nobis cum ea non modò pro libertate, legibus, alijsq[ue] ciuilibus ornamentis, sed etiam pro religione, planeq[ue] pro aris, & focis sit dimicandum, magnitudo necessitatis in qua uersamur, exigit, ut ingenium, mores, atq[ue] naturam hostis multorum opinione atrocioris bene cognoscere discamus. Olim Imperatores,

## P R I S T O L A

ratores, ac Principes nostri Saraceni-  
cæ gentis, tunc à nobis remotissimæ  
impietate, & crudelitate cognita, quo  
eam reprimerent, lōginquisīsimas ex-  
peditiones suscipere non dubitarunt.  
Nam ne Caroli Magni, eiusque succes-  
orum: & Saxoniorum Imperatorū  
facta commēmorem, quorum ipse Sa-  
racenos Galitiæ dominantes, hi eos-  
dem Italiam ex Africā cædibus, in-  
cendijs, atque rapinis depopulantes, in-  
signi uirtute repellerunt, quanta Go-  
defridi eius, cuius antea meminimus  
deinde Fridericorum Sueuicorū Im-  
peratorū animi magnitudo fuit: qui  
patria relicta impuros, ac scelestissi-  
mos Christiani nominis hostes, salua-  
toris nostri incunabula, omni impie-  
tatis, atque ludibrij genere pphanātes,  
in Ciliciā usque persecuti fuere, quod  
censerent tātō maturiūs spurcissimis  
hostibus occurendum, quantō bar-  
bariem ipsorum maiorem, atque inhū-  
maniorem esse cognouissent: at cū  
Turcarum, quam Saracenorum arma  
fero-

N V N C V P A T O R I A.

ferociora, ualidioraç̄ sint, cōsilia eti-  
am callidiora, cœpta audaciora, cona-  
tus maiores, denic̄ exitus secūdiores  
quid à nobis suscepū, atç̄ factum sit,  
citra dedecus nominis nostri uix cō-  
memorari potest, rabie Turcica (proh  
dolor) eò usq; progesla, ut eius acina-  
ces oculis nostris tōmonstrentur, iu-  
gulisç̄ quodammodo intententur,  
taceo reliqua: Ferūt bellicissimum  
ducem regem Pannoniæ, Matthiam,  
cum legati ipsius ad conuentus Ger-  
manicos missi renunciarent, nulla à  
Germanis expectāda esse auxilia, fre-  
mentem quasiç̄ diuinantem futuras  
calamitates Europæ dixisse, dolere se  
uicē gentium Christianarum, quæ in  
Europa essent, se uiuo Pannoniam fo-  
re murum, qui crudelissimam gentē  
Turcicam ab illis arceat, postea Ger-  
maniam, cūm ingratitudinis, tūm l-  
gnauiae pœnas daturam.

Vt uero fortissimus Heros Euro-  
pæ defensionem, promissam suo tem-  
pore, prouidentia, atç̄ potentia diui-

## E P I S T O L A

niæ nutu ductuq; præsttitit, Turcicæ  
uiolentiæ in Syrmium, & lymites Illy-  
rij effusæ, impetu, uelut obiecta mo-  
les exundans flumē retardare solet, re-  
presso. Sic ne euētus præsagio ipsius  
respondeat, summopere metuendū:  
cum metū augeāt. Vaticinia in Eze-  
chiele de Gog, & Magog: deinde &  
recētes quædā prædictiones Hiltenij  
uiri non contemnendi, qui fuit Fran-  
ciscanus in collegio Isenacēsi, & cum  
alia prædixit, in Cōmentarijs in Apo-  
calypsim longo tempore post ipsius  
mortem in horto sub arbore repertis,  
quæ euenerunt, tum & hoc uaticina-  
tus est, anno millesimo, sexcētesimo,  
Turcas in Germania, & Italia regna-  
turos esse. Quæ propter intercessio-  
nē filij Mediatoris nostri, mitigare, at-  
que auertere dignetur pater miseri-  
cors. Causas uero horū malorū peni-  
tiūs cōsiderantib. post contemptum  
uerbi diuini, quem semper cōcītas,  
atq; securitas omniū calamitatū fon-  
tes comitari consueuere, principum  
Chri-

## N V N C V P A T O R I A.

Christianorū discordiæ, & parricidia extitère, ad hæc, quod pleriq; nō satis sputatilicē gētis mores, scelera, formā imperij, militiæ genus, præliandi consuetudinē, portentosas libidines, atq; tyrannicā sœ uitiam norint. Iis enim rēcte cognitis, ac consideratis, uix fieri posset, quin magnitudo rerū animos generulos ad maiorem curam, religiōnem, Ecclesiam, patriam, honestas politias, leges, & familias defendendi, conseruandiq; excitaret. Quocunq; enim Turcæ irrumput, non uel de imperio, uel de gloria, uel vindicta dicunt, que in Heroicis animis accensa, interdum ingentia bella cierunt, ut ueterum regum, ac ducum Cyri, Pyrrhi, Alexātri, Hannibalis, aliorumq; exempla testantur, sed furiabulis stimulis aguntur, ad delendum nomen Christi, omnes honestas leges tollendas, familias nobiles extirpendas, ac infinitā, & perpetuam uastitatē orbis terrarum faciendam. Hanc enim esse gubernationem Turcicam, nomē &

## E P I S T O L A

euentus ostendit. Turca uastatorem  
significante, & euentu ostendente, o-  
mnes terras, quæ in ipsius potestatem  
concesserunt: his deteriora expertas.  
Nam ut alias præterea nullæ natio,  
uel gens, Græcanica paulò ante hæc  
tempora, ornamenti religionis, do-  
ctrinæ, artium optimarum, & nobili-  
tate familiarum cumulatior fuit.

Quæ autem reliquiae eorum deco-  
rum in ea conspiciuntur? Religione  
Christianæ, partim abolita, partim mu-  
tata, Mahometica blasphemia passim  
sonat, ciuili disciplinæ ad pietatis, &  
humanitatis cultum accommodatae,  
Turcica barbaries ubiq; surrogatur,  
familijs nobilissimis extirpati, spur-  
cissima mancipia succedunt, officijs  
ex domini uoluntate, non æquitate  
fungentia, ciuitates antea frequentis-  
simæ in meram solitudinem redigun-  
tur, atq; quo cuiuscq; liberi generosio-  
ris indolis, tanto uiolētius, atq; citius  
ad prædatoriam militiā Turcicam o-  
mnium latrociniorum matrem abiipi-  
untur,

## NVNCVPATORIA.

untur, ita, ut Turcica tyrannis postremus diaboli furor esse uideatur, quo acertrimē exerit odium suū aduersus nomen Christi, & aduersus genus humānū. Huic tanto furori accedit perfidia plus, quam Punica, uel Thracica, q̄ abominabilis illa gens instar Thracum antecessorum fœdera nesciens, ac Megaricis machinam ētis assueta, uel cum ipsa pacificētibus, uel spe uenīæ eius potestati se permittentibus, datam fidem non modo facillimē uiulet, sed ne seruare quidē soleat, præclarissimum ducens iusurandū falle re, & eos, qui suis promissis freti sint, dolosē circumuenire, ac fraudulenter irretire. Quoties id accidisse scimus: quam multos stultæ credulitatis atrocissima supplicia dedisse cōperimus: & ne remotiora exempla accersatur, quid nouissimo bello Hungarico Ladislao Keretschinio Iulæ propugnanda deditio, quid Bragadino fortissimo duci Veneto in Famagustę oppugnatione pactiones, cū hostibus per-

E P I S T O L A

fidissimis initæ profuere: illo in Turciam miserè abducto, atq; postea fœdissimo mortis genere affecto, hoc excoriato in summum opprobrium Christiani nominis, per totā ferē Turciam populis ostentato: ita, ut nō minus prudenter, quam eleganter doctissimus uir, & de literis Græcis optimè meritus Hieronymus Vuolfius, præsidiariorum Iulæ infelicitatem deplorans, scripsérunt:

Hei miseri, qui uos decepit perfidus hostis?

Seruat cum libuit, quam dedit ille fidem,  
Bis miseri, quod degeneres cecidistis inulti

More boum: nec uos lausū decusū manent.  
Præstiterat seruasse fidem, uitaq; profusa,

Sanguine Threicio triste rigasse solum.  
At uos Christicole memores ne fidite Turcis,

Cedere certa salus, cedere nulla fides.  
Mors & in ignauos torquet sua spicula: fortes

Pro patria, & uera religione cadunt.  
Non obitus fraudi, sed erit uictoria laudi.

Non deus hanc nobis, criminā nostra negat.  
Hæc hactenus Vuolfius, non tā meo iudicio Iulæos miserans, quam nostre gentis homines ad induēda arma cōtra

## N V N C V P A T O R I A.

tra hæreditarium hostem excitare stu-  
dens. Harum uero rerum magnitudi-  
ne, uel potius indignitate, uiros for-  
tes minimè percelli, uel affici, quid ali-  
ud est nisi fatalis amētia? quolibet no-  
strum, in quo non modò quid animi  
patrij, sed etiā humani sensus sit, hæc  
aliaq; similia morte ipsa grauiora sta-  
tuere debente. Cum autē quenq; suo  
loco, & ordine patriæ adesse, eiusq; sa-  
lutem omni ratione. & arte moliri cō-  
ueniat, ut præclarè Euripides sentit,  
atq; uir clariſſimus, Simō Schardius,  
Iuris utriusq; Doctor, & Cameræ Im-  
perialis Spiræ aſſessor, libellum An-  
tonij Geuſſræ Galli, & ordinis Hiero-  
ſolymitaní olim equitis, de origine, in  
cremento, progressibus, moribus, ſu-  
perſtitione, et officijs imperij Turcici,  
ſibi à tua Magnificentia ad corporis  
Historiæ Turcicæ absolutionē cōmu-  
nicatum, dignum censuſſet cōuerſio-  
ne in latinum sermonem, quò à pluri-  
bus legi posſet: ego, qui cognitione  
rerum Turcicarum animos genero-

fos ad patriæ defensionē accendi non  
nihil posse existimem, nō male operā  
collocaturum me censui, si eum libel-  
lum anno quadragesimo tertio Lute-  
tiae Gallicè editum nec amplius extā-  
tem, latino sermone donatum in lucē  
reuocarem; non quod Gallici sermo-  
nis elegātiā affecuturū me spera-  
rem, sed ut Turcicarū rerum expo-  
sitione qualicunq; animi nostrorum  
ad attentiorē curam defensionis pa-  
triæ, ac religionis excitarentur, & uiri  
clarissimi, cui plurimū me debere fa-  
teor, uoluntatī mos gereretur. Etsi ud-  
rō complurium scripta in huius argu-  
menti genere extiterit, quæ cum utili-  
tate legi posse fateor, ac in uno uolu-  
mine breui proitura spero, tamē hoc  
libello cum ipsis collato, non dubito,  
quoniam ē qui iudices, hūc longissimē a-  
lijs quampluribus sint præposituri.  
Nam quæ ab alijs, uel fusissimē tradi-  
ta, uel ignoratione prætermissa fuere,  
hic auctor mita breuitate ita contrahit,  
ac uelut ὑπομίνη σύνοψις ἀγενήσιων

N V N C V P A T O R I A.

tomis, ut nihil scitu prætermittat, sed ad accuratiorem inuestigationē rerū lectori uiam cōmonstrer, & quæ alij ex auditione, atq; sermone aliorū minus comperta retulere, illa, hic tota fere Turcia ad cognoscendos obscœnē gentis mores peragrata, historica fide commemorat, ut tanto plus fidei ipsi tribuenda sit, quanto oculato, quā auctorito testi magis credendum postcomit cū etiam Iurisprudentes statuerunt. Cæterū, cum nuda, ac simplici rerū uel honestarum, uel turpiū, utilium, aut fugiendarum commemoratione, non omniū animos ad decus, & uirtutis amorē, uitiorumque detestationem impelli nossem, nisi orationis ad omnes animorū modos ciendos, accommodatæ ui, quasi stimulis excitentur, hic in ijs relinquatur, Beſtarionis Cardinalis, Baptiste Mātuani, Aeneæ Sylvij, Iohānis Auētini, aliorūq; de bello cōtra Turcas suscipiendo orationes subiçere libuit, alij cōpluribus, typographo operā promissam præstante,

## E P I S T O L A

studio D. Schardi breui in lucem pro-  
dituris. Etsi enim res eò discriminis  
adducta uideatur, ut nō orationibus,  
sed manuum opere res fortiter geren-  
da sit, & conferenda undiq; auxilia,  
& densandæ acies, quo consentienti-  
bus animis graffantem in uicina ty-  
rannum sustinere ualeamus:

Οράξετες οὐρανὸν Διόπολις οὖτε οὐρανὸν Ιωνίαν προσβεβηκόντες  
Ut ille inquit, tamē cohortationes, ad-  
monitiones, subiectiones, ac reprehē-  
siones tempestiuç apud generosiores  
sæpe minimē inanes fuere: sed ut Po-  
lybius affirmat, unica oratio tempesti-  
uē à uiro tide digno dicta, mortales se  
penumerò nō solūm à maximis malis  
auertit, sed & ad res optimas incitat.  
Declarat id nō saltē Græcorū, & Ro-  
manorum, sed & Petri Ambianensis,  
atq; Urbani Pontificis exempla, ex hi-  
storia in qua uersamur, petita quorū  
illius literis Hierosolymis ad summū  
Pōtificem scriptis, huius oratione in  
concilio Claromontano ad principes  
Christianos habita, factum est, ut Ar-  
gonau-

N V N C V P A T O R I A.

gonautæ Christiani omnes ad Syriæ  
cam expeditionem permouerentur,  
& uelut communi numine afflati, e-  
andem insigni laude susceptram, feli-  
citer administrarent, summaq; laude  
conficerent.

Quare cum dictæ orationes nō tan-  
tum historiæ Geuffræi congruæ, sed  
& ita scriptæ sint, ut splendore dicen-  
di, affectuum tractatione, & argu-  
mentorum uarietate animum lecto-  
ris percellere queant, consilium me-  
um in ijs cum ipsa coniungendis, bo-  
nis, patriæq; amantibus, ut spero, non  
improbabitur.

Tuæ uero Iohannes Henrice Her-  
uuarte Magnificentię nomini Claris-  
simo, hanc, qualiscunq; ea sit, opellam  
peculiariter inscribere, offerre, ac de-  
dicare uolui, quod exemplar Gal-  
licum, ex quo Geuffraum transtuli  
doctori Schardio à tua Magnificen-  
tia humaniter communicatum, illi  
secundum præceptum Hesiодæum  
etiam à Cicerone citatum, cūm for-  
nore

## E P I S T O L A

nore restituendum: nec usura mutui  
alij soluenda fuerit, quam à quo fors  
ipsa profecta esset. Idq; tantò magis,  
quod etsi Magnificentia tua in splen-  
didæ fortunæ gradu. collocata sit, ta-  
men liberalia studia amare, de ijsdem  
magnifice sentire, bonos autores sum-  
ma diligentia euoluere, historiarū stu-  
dium eximiè colere, ac literarum stu-  
diosos singulari fauore prosequi pre-  
dicetur. Quę fama uirtutis tuę ita me  
cœpit, ut citra piaculū ulli alij, quam  
Magnificentia tua Geufræcum mini-  
mè nuncupari posse putarem. Excur-  
rerem in eius celebrationem amplio-  
rem, sed ut ab ea abstineam, cum alio-  
rum pulcherrima p̄æconia de ea fa-  
ciūt, quæ ego suspicere, quam tenui-  
tatem ingenij, & orationis inelegan-  
tia imminuere, et deterrere malo, tum  
quocq; metus assentationis, & adulata-  
tionis, qui me nō minus quam alios,  
uel animi sui grati testificandi, uel a-  
lios sibi conciliandi cupidos, ab hac  
officij parte deterret. Hoc tamen dis-  
simu-

## NVNC V PATORIA.

simulare nequeo, quod quò literis nihil necq; melius, necq; pulchrius humana habeant, tanto pluris tuæ Magnificentia in ijs colendis, ac promouendis uoluntas sit facienda, omniumq; studiosorum uoce prædicanda. Nā si uestræ Reipub. ciues complures laudantur, quod patriam opibus, ac copia rerum ad uitam tuendam necessaria rum augeant, armis, & apparatu instruant, ac splendidis edificijs ornent, & excolat, quantò maiorem laudem merebuntur, qui in id omni studio incumbunt, ut uera religio in Ecclesia sonet, Politia iudicij, ac legibus munatur, artes honestæ, ac liberalia studia colantur, earumq; professores, ac studiosi liberaliter sustententur. Si quidem propter hunc finem, præcipue homines ad societatem conditos etiam Stoici Ethnici censuere, omnia propter hominem, & hominem propter Deum natos esse affirmantes. Cum itaq; Iohannes Heinrice Heruarte, te unà cum D. Iohanne Baptista,

E P I S T O L A

ptista, & Paulo Heinzelijs, Conrado,  
& Paulo Vehlinis fratribus, uiris pre-  
stantissimis, non postremum esse co-  
gnouerim, qui in uestra Repub. libe-  
ralia studia amet, eorumq; studiosos  
omni beneuolentia complectatur, nō  
potui non omni cultu, ac obseruan-  
tia Magnificentiae tue nomen profe-  
qui. Tanta siquidem excellētis uirtutis  
uis atq; effīcacia in bonis est, ut in  
quibus ea elucet, etiam ignotos in a-  
morem, cultum, ac admirationem sui  
peitrahat. Atq; ut id mihi accidisse fa-  
teor, sic tuæ Magnificentiae gratulor,  
ea uia grassanti, quæ ad nominis im-  
mortalitatem, decusq; perpetuum  
comparandum expeditissima omni-  
bus seculis est habita. Nam ut Theoc-  
ritus rectissime scripsit.

ἴα μοισεῖρ ἀγαθὸμ οὐλεῖς ἵρχειαι ἀνθεώποισι  
χρήματα δί τάσσετες αὐταλλόντοι θαυόνται.

Et ante eum Pindarus:

τὸ μὲν παθέμενον τῷ πρῶτον ανέθλωμ.  
εὐ δὲ αἰγάλη, Λευτέρας μοιρὶ, ἀμφοτέροισι δὲ ἀνὴρ,  
ος ἄγεγκόρον τῷ ἔδι, τέ φαντος ὑρίσκον μέσθεια.

Etsi

N V N C V P A T O R I A.

Etsi uero dedicationem hanc ab ex-  
mia uirtutu Magnificentiae tuae præ-  
dicatione, & singulari obseruatiæ pro-  
fecta tuæ Magnificentiae minimè con-  
trariam futuram sperem, quod ea, ut  
ueteribus olim Romanis, atq; Græ-  
cis, non solùm patrios, atq; indigetes  
deos pro se, sed & exterios adorare li-  
cuerit, sic literarū studiosis uestri ordi-  
nis homines quātumuis ignotos, uel  
ob benevolentiam conciliandam, uel  
suam obseruantiam testificandam,  
compellantes, uenia dignos norit, ta-  
men ne eius impetrande facultate fru-  
stier, sed alijs tuæ Magnificentie culto-  
ribus aggreger, inq; eorū numerū re-  
feras, etiam atq; etiā Magnificentiam  
tuam oro, quo facto nihil mihi anti-  
quius fore polliceor, q; ut elucescens  
meæ erga tuam Magnificentiam ob-  
seruatiæ radius, indies magis, magisq;  
in clariorem lucem prorumpat, ac ita  
se exerat, ne aliorū Magnificentie tuæ  
cultorū lumine obstructus, uel inob-  
scuratus fuisse uideatur. Ad extremū  
hōc

AEPISTOLAE

hoc restat, ut cum hæc in ineuntis anni auspicio scripserim, Tuæ Magnificentiaæ, eiusq; toti familiae, annum auspiciatissimum, atq; totius uitæ curriculum prosperrimum precer, & filium Dei natum nostrum Emanuelem rogem, ut cum uenerit ad destruenda opera diaboli, suam Ecclesiam cum omnibus bonis, ac pñjs, familijs contra rabiem Turcicam, aliosq; furores diaboli clementer protegat, & imminentes Germaniae calamitates mitiget, id quod ardentibus uotis expono: me tuæ Magnificentiaæ hisce commendans. Datæ Cal. Ianuarij. Anno

1573.

REVE-

REVEREN-  
DO D. GVILELMO  
QVYNONIO, PRIORI  
CORBOLIENSIS, COMMENDA-  
tario, S. Iohannis Lateranensis, & Stamparum generalis  
Hospitalis militiae per Galliam Procuratori,

10. Quintinus Heduus;

S. D.



E c t i mihi sunt autho-  
res multi, uarij q; de re-  
bus Turcicis ( digniss.  
D.) non aliqua spurcæ,  
& ignauæ gentis admi-  
ratione, quam populo  
tamē scripturiætes qui-  
dam nitūtur inferre. Sed prout cum suis  
Gothis, & Hunnis Attilas legimus, &  
Totilas, iræ Dei flagella, uel lupos regio-  
nem quampiam peruadentes, ipsis etiā  
deuoratis mortalibus, aut si quid est hu-  
iusmodi tetrorum prodigiorum in uete  
ribus historijs. Non aliter (inquam) res  
abominor magis quam lego Turcarum  
nobis imminentium; quibus improbis

## E P I S T O L A.

inuicem tam probè conuenit in Christia-  
nos, concilijs nimium disconuenientes.  
Quos autem legi, scripsere singuli, par-  
tim uisa, partim lecta, uel audita sibi,  
priorum posteriores scrinia compilan-  
tes. Recentiores ( quibus ne uisum qui-  
dem Turcam, nisi fictum, pictumue pu-  
to ) miranda canunt, non alijs tamen  
quam Iouis auribus ( uti est apud Flac-  
cum) haud ita plebis. Crambe est ubiq;  
repetita. Sed interim suo sibi quisq; ple-  
ctro sonat, ac plaudit. Antonius Geuf-  
fræus noster, quæ uisu pridem didicit, &  
uisu ( dum saepius hominem de talium fe-  
rarum lustris, & natura nimis curiosum  
riderem, reprehenderemq; , simul enim  
uiximus inter illas annis aliquot ) libel-  
lo complexus est exiguo Turcicam om-  
nem barbariem, suis ipsam prodens etiā  
uocabulis, quorum fuit apprimè studio-  
sus, Gallicorum quorundam scriptorum  
reponens non semel incuriam. Qui de  
Turcarum blaterant humanitate, mode-  
stia, animi fortitudine, Turcam ( quod di-  
xi ) se nunquam uidisse manifestant: ut  
turpior nō subsit isti mendacio scabies,  
certè fœda prurigo loquēdi est: qui pro-  
pius

## E P I S T O L A.

pius noruit, insigni truculentia gentem,  
a bonis, & honestis omnibus studijs ab-  
horrentem, nihil sibi non arrogantē, ser-  
uilater abiectam, ac timidam, nisi ( more  
feræ) quā fugere non liceat experiūtur.  
Decem istos Othmanicos, suorum mox  
ab exordio deuoratores, & mactatores,  
postea (quando uisum Christo suas oves  
quasdam aberrantes talium luporū fau-  
cibus deserere) orbis Christiani tyran-  
nos, & prædatores, Geuffræus nostrati-  
bus sua lingua sic breuiter, & eleganter  
descripsit, ut aliis nullus anteā: faces sat  
inuidia. Rem magnam scripturitores il-  
li facere se credidérunt, dum Turcas, &  
Turcarum res, Teucros, & Turcos lo-  
quuntur. Eadē nobis opera poëtæ quo-  
dam nescio, quos apros Calidonios, &  
Chimæras etiam proposuerunt. Geuff-  
fræus, & esse Turcas, & tantos esse do-  
cet imbecillitate nostrâ, non beluarum  
uirtute. Quos auaritia primū, & su-  
perbia leuium Græculorum potentes fe-  
cit, aliorum populorum mutuæ postea  
iuuerunt, & auxerunt inimicitiae. Roma-  
norum præ omnibus Imperatorum fo-  
uit ambitio, discordibus ferè semper

E P I S T O L A.

Alemanis principibus. Sæpe Geuffræo  
respondi(dum mecum de Turcis collo-  
queretur.) Quis mihi grato canis rabidi,  
iamiamq; mordentis naturā describat,  
Geuffræe? aut cauendus est, aut conspira-  
tione publica trucidandus. Nulla de his  
mihi grata narratio. Victos audirem li-  
benter, uictores illos narrari mihi nolo.  
Propterea clā me latuit hic libellus men-  
ses aliquot inter forulos communis ami-  
ci D. Serrij, in suprema Parisiorum curia  
nostræ militiæ aduocati, cuius bibliothè-  
cam nudiustertius pro more familiari-  
ter ingressus, offendit latitantem, quem  
sine plagio in publicum protraxi, ipso e-  
tiam suadente Serrio, adiurante tamen  
ne se proderem. Sed ne Geuffræo, qui  
sua tam nihili dicit, in me daretur expo-  
stulandi locus, auspicio tuo publicata  
omnia uolui: sic me tutum fore sperans.  
Nam quanti sit apud eum nominis, di-  
gnitatisq; tuæ authoritas, ipse scio. Be-  
ne uale. Ex ædibus Lateran. Lute-  
tiæ Calend. Maij.

F. A N-

F. ANTO-  
NIVS GEVF  
FRÆVS, IOHAN-  
NI QVINTINO.



I bellum de Turcis, quem in gratiā D. Serrij nostri scripsēram, nihil minus cogitans quām ut in publicū ueniret, à te editum fuisse permolestè tuli: et si persuasum habebam, optima te id fide, animoq; mei amantisimo fecisse: fortasse quod sperares aliquid inde me nominis, atq; existimationis consecuturum. Quid autem in eo profeceris, nō uideo, illud planè scio plurimorum me calumnijs (ut sunt uaria hominum iudicia) esse expositum. Venit ad me nuper Typographus, cum exemplari multis mendis deformi, rogit, nunquid addere uelim, esse sibi in animo rursus typis subdere, semel se hoc anno, atq; iterum excudisse: nullum prēter id esse sibi reliquī exemplar, ut credas uulgō placuisse illas ineptias. Præterea, ut nomē meū libello præfigerem,

## E P I S T O L A.

rem, edito cautum esse, ne qui libri sup-  
presso authoris nomine excudantur. Fui  
diu consilij dubius, uidebam enim hinc  
tuis me prædicationibus in scænam pro-  
ductum, hinc uulgatissimum esse iam, &  
notissimum hoc argumentum: cùm ob-  
illius gentis (utinam non tam propin-  
quam) uiciniam, tūm ex doctissimorum,  
& nostræ, & superioris ætatis uirorum  
scriptis, ut noui nihil uidear allatus.  
Tandem, cùm nullus esset pœnitentiæ  
locus, nec semel emissus reuocari pos-  
set: potiùs duxi, utcunq; emendatum,  
quàm omnino neglectū dimittere. Im-  
mutaui titulū, quædā amputauī, nōnul-  
la addidi, & in ijs stolidæ aliquot, & ri-  
cula Mehemetis somnia, initiaq; impe-  
riorum quinq; maximorum, quæ impijs  
eius legibus paruerūt. Culpam uero o-  
mnem (si quæ est) à me procul esse cupio,  
& tibi imputari, qui libellum hunc præ-  
cipitem eieceris. Vale. Lutetiæ Pari-  
fiorum, Calend. Aprilis.

M. D. XLIII.

R E R V M

NOMENCLATOR, VOCABULA PEREGRINA EX-  
PLICANS, UEL IMPROPIA AD MAGIS PROPRIA &  
NOTIORA REDUCENS.

A

Bdala, Minister  
dei, sed idolola-  
tra.

Abimelech, Pater regis.  
Achmat uel Almach, Gra-  
tiosus.

Achse, nummi, qui & A-  
spri,

Adriel, Priuatio Dei.

Afion, Opium.

Aga, Baculus, inde Dux.

Airedenbey, Barbarossa.

Atengi, Aconizij, equites  
fatales.

Alabathana, Densitas te-  
nebrarum.

Aladim uel Aloadin, Diu-  
num.

Alahagh, Peregrinatio re-  
ligiosa.

Alahici, Propter Deum.

Albania, Macedonia.

Alcoran, Lectio, uera lex.

Aldephen, Alepum.

Alheut, Piscis.

Allâh, Deus.

Allah Allah Allchu, ô

Deus, ter repetitum, uox  
est excitantis animum.

Alma, Pomum.

Alphurcan, Dislinctio, re-  
demptio.

Altum & Altumler, du-  
cati.

Amanrath, Amurathes.

Amasia & Toccat, id est.

Cappadocia, Galatia, et  
Paphlagonia.

Amorabaquimus, Baiae-  
ter.

Anandula uel Aladula,  
Montes Armenie.

Appadi, Mons Stella.

Arabagibassi Curzuū p̄re-  
fectus.

Arbagiz, Carrucarius, au-  
riga.

Ar-

# NOMENCLATVR.

- Arnautlar, Albani.*  
*Arpaëmyn, Dux commen-*  
*tus.*  
*Asearioth, Hormisda.*  
*Affanna, uel Azamia, Sy-*  
*ria.*  
*Affarer, Vigiles castello-*  
*rum.*  
*Affbassi, coquorum præ-*  
*positus.*  
*Afzich, dea amatoria.*  
*Afziz, Coqui.*  
*Azachum arbor, cibus in-*  
*fernalis.*  
*Azamia, Assyria, uel Per-*  
*sia.*  
*Azamoglan, Innocens, sim-*  
*plex.*  
*Azaplae, milites stipendia-*  
*rii.*
- B
- Bacha, caput, hinc Ba-*  
*chæ, consiliarij Imp.*  
*quasi capitanei.*  
*Bagader uel Baldac, Ba-*  
*bylon uel Niniue, Gallis*  
*Baudias,*  
*Bairam, Pascha.*  
*Balach, Destruclor.*
- Baratemyn, distribuens li-*  
*teras & manda regia.*  
*Baruth, Berythus.*  
*Basaacus aut Bassaites*  
*uel Bazaites, aut Bassan-*  
*tes, est Baiazethes.*  
*Bathi, alias zayne, primus*  
*Mahometista inter Tare-*  
*taros.*  
*Baudias, Babylon uel Ni-*  
*niue.*  
*Baudras, Baldat, id est, Ba-*  
*bylon.*  
*Bazar, dies Mercatus.*  
*Bebil, Babylon.*  
*Beglerbey, dicitur rector*  
*cuiuslibet prouinciae.*  
*Begy uel Brey, Dominus.*  
*Bogaz Asar, Castella fau-*  
*ciū maris, scilicet Sestos*  
*& Abydos.*  
*Boiuc, Magnus.*  
*Boluibassi, Centurio Ia-*  
*nizarorum.*  
*Bosna, Moesia superior.*  
*Bostangibassa, Horula-*  
*norum præfectus.*  
*Bostangiz, Horulanus.*  
*Bracorbassi, præfectus a-*  
*gaso-*

# BARBARORVM VOCAB.

gasonum.	<u>Castan</u> uestis <u>Imperatoria</u>
Bursia, & Bithynia olim.	Turcarum.
C	Cethinæ, Athenæ.
<b>C</b> adi, <u>Iudices</u> prouincia rum.	Cham uel Tham, domi- nus.
Cadia, iudex.	Chamoglan, <u>infantes</u> Prin- cipis.
Cadizleskier Talismâns, doctores legis.	Charuatsanrie, Locus per- noctandi publicus.
Caliph, Hæres successor.	Chasna, <u>Thesaurus</u> .
Caones, Infidelis.	Chasnadarbassi <u>Thesau-</u> rarium princeps.
Capagaz, portæ <u>Capita-</u> neus.	Chazilar, <u>milites strenui</u> .
Capy, Porta, aula palatiij Tureæ sic appellata.	Checaya, <u>Vicarius</u> præfes- ti.
Capigizi, ianitores.	Cheleby, <u>Nobilis</u> .
Capigibassi, <u>capitanei</u> ia- norum.	Chiausbassi, <u>capitaneus</u> apparitorum.
Capoglan, <u>Bunuchus</u> præ- positus decuriæ puer- rum.	Chiausleri, <u>Apparitores</u> .
Caramania, Cilicia olim.	Chifout uel Chifouler, Is- dæi dicuntur à Turcis, quasi perditissimi.
Carambeius, Niger dux.	Chiocadar, <u>uestimenta</u> re- gia gerens.
Caraz, Tributum, redi- tus.	Chiucler, calceos portans.
Cariph, Mons Calpe.	Chna, Ceronia quoddam.
Casnedar, <u>Thesaurarij</u> .	Chorban, uictimæ uoiiuæ.
Casnegiri, <u>cellarij</u> .	Chriesch, Belgradum uel Alba Græca.
Casnegirbassi, <u>Architri-</u> clinus.	Chumas,

# NOMENCLATVRA.

- Chumias, Tela subtilissima.  
Chunup Chaour, sordidus, spurcus sic appellat  
Christianos Turcæ.  
Cibellariph, Calpe.  
Cna, Herba, quæ se tingunt  
Turcæ.  
Cotaz, Taurus Mons.  
Cennidy, Nicomedia.  
Corbadan, Carbaganda.  
Cout & Coullet, seruus,  
mancipium.  
Coynariz, opiliones.  
Croatia, Dalmatia.  
Csiafer, Gentilis.  
Cyd, Dominus.  
Cymeterræ, Aeimaces, gla-  
dijs.  
Cyris, Calepinus.
- D
- Dabacuth, Mare Ca-  
spium & Hyrca-  
num.  
Damiata, Heliopolis.  
Dangory, Ancyra.  
Defierdar, Receptor, The-  
saurarius.  
Defteremyn, Quæstores.
- Demirlengus, Tamerla-  
nes.  
Dercoz, Borysthenes fl.  
Derdart Quibir, alias Ma-  
gnus Diadarus.  
Dereletz Bozatle, eques  
in equo leucopæato, id  
est, S. Georgius.  
Deruislar, Monachi.  
Dierbech, Mesopotamia.  
Domuz, Porcus.  
Don, Tanaïs fl.  
Dragoman, Interpres.  
Duraz, Dyrrachium.
- E
- Chmech, Panis.  
Elohi, Deus.  
Emir, Admiralius.  
Emrys, Superiores.  
Eulenmech, Matrimo-  
nium.
- F
- Flacia, Valachia.  
Flamboler, signum uel  
uexillum, & capitanei  
ducentorum uel etiam  
plurium equitum.  
Frant, Turcis significat  
hominem nostræ regio-  
nis,

# BARBARORVM VOCAB.

nis, siue Italum siue Galum, siue alium.

pasuis.

Freins, Francus, Latinus.

Hunler, Rex dominus.

G

Asianitsi, Pro anima, Gazera, Gaza.

I Affa, Ioppe.

Gilbaltar, Calpe.

I alaladinus, Donum Dei

Golent, Comatus.

Græcis Theodorus.

Gsumaagun, Venus.

Iacoban, Ioh. Huniades.

Guadatibir, Fluuius magnum, Betis alias.

Iamissaraga Dux pedium

Gunlech, Indusium.

Ianizarorum.

Gyaur, Christianus.

Iannissariazigi, Scriba Iznizarorum.

Gzalauat, Inclinationes.

Iazilan, Scriptura.

H

Hætser, Storæ.

Ieser, Seruus.

Hagsilar, Peregrinus.

Iesse, Iesus.

Hairitsi, Pietatis gratia.

Iidrim, Fulmē cognomenum

Halappen, Alepum.

Baizetis.

Haracs, Tributum à Christianis debitum.

Imareih, Xenodochia.

Harcabus, arma Ianiscorum.

Imralis, uerillifer.

Hay, Luna.

Ingil, Euangelium.

Hoarminis, Corasmeni.

Issa Berember, Iesus prophetæ.

Hogsiglar, Doctores Turcici.

Istan, Regnum.

Hossaph, Potus ex unis

Iumar, dies Dominicus

Turcarum.

K

K Eselbach, capita rubra, sic Persæ dicuntur.

Kuzul, color rubrus.

Kyanus

# NOMENCLATVRA.

Kyaur Christianus.

L

Amorabaquin, Amurathes.

Lar, est nota pluralis numeri in lingua Turcica.

Lica Laodicea.

Liueri, Hiberi.

Luna, Mensis.

M

Ammelucus, seruus, sclauus.

Marcha, Tunetum.

Marissa, olim Hebrus.

Maslarum, Herba homines furiosos reddens.

Mecha, Medimum, Loca sancta.

Mechter, Tentoriū administratores, & Tubicinae.

Mechterbassi, Tentoriū & Tubicinum praefectus.

Medinaihalnabi, id est, Medina prophetæ.

Mehemet, Amatus uell auditus inde Mahumet.

Mehua, Præproperus, festinus.

Melechdaer, Rex potens.

Melechmees, Rex populi.

Melechmazer, rex sanctus uel florens.

Melechsaalem, Rex pacificus.

Melechsenaph, Rex ardēs.

Melechsayt, Rex desideratus.

Memlitet, Regnum.

Meriem Ana, Mater Dei Maria.

Mesen & Talismaniar, Doctores, Sacerdotes.

Meschit, Templo.

Messelmās uel Musulmās, Saluatus. (da.)

Mesth, Calciamenta munitionis.

Methelin, Lesbos.

Miramamolin, Dominus gentium.

Mitzir, Alcair.

Mofly Papa Turcarum.

Monouc, Eunuchus.

Moratbeg, uel Moratbey & Moraibegy, Amurashes.

Mo-

## BARBARORVM VOCAB.

- Moraua, Moschus fl.  
Morbesan, uel Morbesa-  
lem, uade in pace, sic di-  
ctus Mahomet II.  
Maule, dominus.  
Murathbegh, Desideratus  
dominator.  
Murdar, Suffocatum.  
Musah, Moses.  
Musalman, Circumcisus.  
Musulmans, uel Messels-  
mans, Saluatoris.  
Mutafherach, Lanced ge-  
stantes.  
Mutpachemin, Dispensa-  
tor.
- N  
N Andoratba, Belgra-  
dum uel Alba Græ-  
ca.  
Nassangibassi, Cancella-  
rius.  
Nassup, Fortuna dea.  
Natalia, Asia minor.  
Nefer Oglu, Anima, uel  
Spiritus S. filij.  
Neper, Borysthenes fl.  
Nicator, Nicomedia.
- Nigropontus, olim EN-  
bæa.  
O  
O Chumachgirleri, scho-  
læ.  
Odabasii, magister hospit-  
iorum, Decuriq, & cu-  
biculi regij magister, i-  
tem praefectus decurie  
hortulanorum.  
Ogli, uel Oglan, puer.  
Olach, uide Vlach.  
Olopha, stipendiij species.  
Olophagi, stipendiaryj qui.  
P  
P Achicolda, Achelous fl.  
Paponoch, Calceus im-  
mundus  
Parmach, Pollex minus.  
Pastarma, Carnes siccæ.  
Patissa, Rex uel Impera-  
tor.  
Patsmagh, Calcamenta.  
Pechmez, defructi species,  
ex quo fu potius servilis,  
Mel.  
Peich, Cursor.  
Pharsic, Persæ, ex Persia.  
Phil,

# NOMENCLATVRA

Phil, Elephans.

Pirincis, Tsorba, Oryza.

Posmach, Caleeus mūdus.

Prezeloph, Tartaria Pre-  
zeopīæ.

Protortz, Superintendens.

**Q**

Quzelbach, Perſæ.

Quibir, Magnus.

Quirici, Cyris uel Calepi-  
nus.

## R

R Ages, uel

Ragez, Edessa metropo-  
lis Mesopotamiae 37

Rahman, misericordia.

Ramada, Quadragesima

Ramadan, September.

Rohatz, Edessa metropo-  
lis Mesopotamiae.

Ruoah, Spiritus.

## S

Saccæ, Aquam ferentes.

Sadoc, Iustus.

Sagimontus, Sigismundus.

Saladinus, Pax diuina.

Sangiaci uel Sangiagler,

Equeſtrium copiarum  
capitaneus.

Sangis, uxilla uel signa.

Saraëmyn, Sirator ui-  
rum.

Saray, Palatium Turci-  
um, & schola.

Saraybassa, palatiū regij  
capitaneus.

Saraptar, calices aquari-  
os portans.

Sartorlar, Tentoria regis

Scandalor, Seleucia.

Scauri, Pamphilia uete-  
ribus.

Schemligi, sedem gestans.

Schiliunnus, Nicopolis.

Sclauina, regumentum hi-  
spidum.

Sclauonia Liburnia.

Scutari, castella olim Chal-  
cedon.

Secher, Potus ex succdro.

Sechmenbassi, Venator  
supremus.

Seithan, Diabolus.

Selephius, Cydnus uel  
Caunus.

Seley-

## BARBARORVM VOCAB.

- Seleymannus, Pacificus.      Stambol, Constantinopolis.  
Sem, Nomen.  
Sephariel, Secretarius Dei.      Suleiman, Soloman.  
Seraffiers, examinans aurum, argentum & numismata.      Sulitharlae, stipatores.  
Seremeth, Audax, uelox.      Sultan, Rex uel Princeps.  
Silichtar, armiger.      Sultan Scelim, Princeps pacis.  
Sobassiz, uicarij Sangitorum.      Sultanes, Reginæ.  
Sobaular, Opilio.      Sunet, Incircumcisus.  
Solach:bassi, capitaneus.      Sussam, semen quoddam.  
Solachorum, uide Solachler.      Syua, Græcis Sebastia, nobis Augusta.  
Solachi, uide Solachler.  
Solachlæ, Sagittarij pedestes.  
Solachlari, Sagittarij.  
Solachler, Sinister, inde Solachi Lanizari qui acinaces suos in latere sinistro gestant.  
Soldan uel Souldan, Rex uel Princeps.  
Sor & Sur, Rupes Tyrus in rupe sita.  
Spachoglani, Equites custodes Imperatoris.  
Tachia, pileus Turcus.  
Taco magnus Tartarie, est Tamerlanes.  
Talismaniac & Mesen, Sacerdotes, Doctores.  
Talismanni, doctores legis Turc.  
Tamachi, Conquistores.  
Tamburlanes, Tamerlanes.  
Tangary Verdy, Theodorus.  
Teloz, pueril loco tribuū soluen-

# NOMENCLATVRA

<i>foluendi.</i>	<i>luto.</i>
<i>Temircultu, Tamerlanes.</i>	<i>Tsophra, Mensa Turcica.</i>
<i>Tersenal, Armamentarium.</i>	<i>Tsuneth, Circumcisio.</i>
<i>Tham uel Cham, Dominus.</i>	<i>Tulbe, Sepulchrum.</i>
<i>Tharassus, Tharsus.</i>	<i>Turquimans, Medi</i>
<i>Thierry, Theodorus.</i>	<i>Tymar, stipendijs species,</i>
<i>Thumenestia, Thessalia.</i>	<i>uel ærarium</i>
<i>Toceat &amp; Amasia, id est,</i>	<i>Tymariolzi, ex æratio ui-</i>
<i>Cappadocia, Galatia, et</i>	<i>uens.</i>
<i>Paphlagonia.</i>	<i>Tymariota, stipendiarij</i>
<i>Tolopan, Ornamentum</i>	<i>qui.</i>
<i>capitis.</i>	V
<i>Top, Tormentum.</i>	<i>Vaiuoda, Transsylvaniae gubernator.</i>
<i>Toggibassi, praefectus munitionum bellicarum.</i>	<i>Valagnia, Valachia.</i>
<i>Togz, Tormentatores.</i>	<i>Vesnadar, approbans monetam.</i>
<i>Torquestaini, Turquestani, quasi liberi.</i>	<i>Visirbaehæ, Consiliarij.</i>
<i>Trepizonde, Trapezus.</i>	<i>Vlach, Veredarius.</i>
<i>Tsalma, Pilei.</i>	<i>Vlucha, magnus dominus.</i>
<i>Tsarai, locus circumcisianis.</i>	<i>Vn, nota genitii in lingua Turcica.</i>
<i>Tsaroch, Calciamentum inauratum.</i>	<i>Vnghiar, Maiestas.</i>
<i>Tsauslar, Capitanei.</i>	<i>Voinichlar, pedites equorum regiorum custodes.</i>
<i>Tserbel, Potus ex melle dī</i>	<i>Vrum, Grecus.</i>
	<i>Vrumlar, Greci.</i>
	<i>Vsumcassanus, Assimbe-</i>
	<i>gus.</i>

## BARBARORVM VOCAB.

gus.	præfeciūs.
Vzum Turssi, <u>uuæ passæ.</u>	Zaniligler, <u>Aucupes.</u>
Y	Zaniligibassi, <u>Aucupum</u>
Ybelim, <u>Geb.</u>	magistri.
Z	Zanolcha.
Zagarzibassi, <u>canum</u>	Zmail, <u>Ismahel.</u>

F I N I S.

B R R A T A.

Numerus prior faciem paginæ, posterior uer-  
sum denotat.

Pag. 8 uersu 16 in Aruernis 15.15 cinxidis pleni  
17.8 decollari 21.18 tentorijs 45.27 ieiuni 58.27  
penitus 59.24 Ciciliam 64.18 mensæ 65.11 12  
ipſis 70.17 obſtinatus 73.8 infidentium 87.6  
nationi nomen 91.3 angustijs 92.9 Bulgariz 99.  
8 elapsis 100.10 missio 103.12 Actoceraunii ibid.  
33 Veloniz ibid.16 Riga 105.11 eremitarū 109.  
10 Maeotides 110.7 nolebat 112.13 utrumq; 119.  
24 dicenda 133.4 in Imperatorem 134.1 dicunt  
235.20 & 21 reuertenti 142.12 pleni ibid.16 tetri  
gustos ibid.26 habeat ibid.29 miseri 146.15  
centies & 149.11 inæstimabilis 151.4 egressam ibi.  
8 gallosq; 158.12 & 13 harū ibid.20 ulterius 160.  
6 lucesceret 163.12 fuerit 167.6 & 7 mercaturz  
ibid.9 cæciderunt 176.2 festinus 177.14 successor  
186.20 & 21 Ptolemais 194.5 ordinis 208.27 al-  
teram 269.23 concubitus 270.12 in honorē 280.  
5 posſent 318.10 tradatis 320.9 figmenti 321.7 be-  
ne ſit ibid.8 bone uir 322.1 furore superbissimo  
ibid.28 nomini 324.24 occafuram 326.17 cona-  
tus 328.6 ſimus ibid.18 immortalis 331.10 gra-  
ſentur 332.28 exhalantem 336.18 eſte 340.18 re-  
digere 344.1 quod ibid.20 completes ibi.27  
dubitabit? 346.16 illiferint 347.16 hostes 351.2  
chara 352.25 Irarum 353.16 uicinus 356.26 uti-  
lem ibid.28 uarietate 358.21 incolume ibid.28  
fini-

manistræ ibid. 29 dextræ 359. 2 gemina hæc 360. 13  
& 14 sciunctos 361. 10 polluerunt 362. 20 exani-  
mata ibid. 27 sumemus 363. 10 publicæ ibid. 13  
belli 364. 6 propulsentur 365. 13 & 14 proposi-  
tus est, ibid. 21 ut à nobis ibid. 27 quasi ibid. 28  
præstant 377. 1 ad aliquid 383. 19 deligite 384.  
13 infidæ omnibus 385. 21 opitulentur 186. 6 or-  
stentat 387. 9 resurgens 389. 13 deseret ibid. 15 o-  
pemps 392. 21 transmitti 393. 7 socordiam ibid.  
15 & 16 animaduertitis, 395. 25 rei militaris ibid.  
29 in agendo 396. 25 belligeraudum 399. 16 co-  
lamus, 402. 2 excultam 407. 2 Rascianis 409.  
20 flagellandi ibid. 22 æternis: Palmis in 411. 20  
officinam 413. 9 ambire ibid. 23 nec lineæ ibid.  
24 sunt uix 414. 23 inter omnes 416. 22 penè exi-  
tialem 417. 27 murice 418. 20 inferiores uobis  
419. 2 Rasciam 420. 3 percurrisse ibid. 17 attingat  
423. 6 conuersati ibid. 12 indulget 425. 23 Formo-  
so 426. 10 reuerenter ibid. 16 capessere ibid. 27  
spurcus 427. 5 regenerauit ibid. 8 dignitas ibi.  
11 armemini 428. 16 pectora 429. 4 exultabant  
430. 9 in cor 431. 14 dicebant 434. 24 quoad  
ibi. 27 quadringentesimo 436. 10 è re uisum ibid.  
22 salutem nostrâ ibid. 28 orbam 437. 6 forsitan  
ibid. 8 regna ibid. 12 & 13 ferè amplectatur ibi. 25  
specula & 27 sit 438. 9 in nos ibid. 13 uestro 441.  
9 iurauimus 450. 20 inuita 451. 5 uices ibi. Orco,  
ibid. 21 in uestræ & 24 priuatim 482. 1 audie  
483. 26 lacescebant 485. 14 & 15 facitarunt.



**A V L A E**  
**T V R C I C A E , E T O T -**  
**T H O M A N N I C I I M P E R I I**  
**D E S C R I P T I O , C V M E P I T O M A**  
*Superstitionum sectæ Mahometicæ, & Originis quinque  
Imperiorum quæ ex ea prodiere, in gratiam amici Gal-  
licè confecta, ab Antonio Geuffræo e quite militiæ  
Hierosolymitanæ, nunc in Latinum conuer-  
sa, interprete Wilhelmo Go-  
deleuco.*



AE P I V<sup>1</sup> S à me requi-  
sisti, & requiris adhuc,  
ut aulæ Turcicæ statū,  
in scripta tibi redigam,  
rem petens tibi cogni-  
tam, uel etiā notiorem  
tibi, quam mihi meti-  
psi. Non dubito enim te & uidisse, & le-  
gisse omnia, quæ de hoc sunt mandata li-  
teris, tam à veteribus, quam recentioribus,  
qui ita copiosè de hisce scripsérunt, ut ar-  
rogantie esse uideatur, post ipsos os aperi-  
re uelle. Veruntamen amicitiæ à teneris  
unguiculis (ut aiunt) inter nos initæ de-  
beo, ut uoluntati cùx morem geram, atq;  
A non

non solum in hoc, sed & alijs in rebus satisfaciām. Quare operi initium faciendo sciendū, quod magnus Turcarum Imperator sedem regiam Constantinopolī habeat, quam Turcæ Stambol uocant, uolentes dicere Stibolim, ut Græci qui hanc uocem *εἰς τὴν πόλιν* commutarunt suumq; pa-

**Stambol** Saray, Pala latium quod Saray dicitur, ad mare Asiam **Cōstantino-** tium Turciuersus situm est, respiciens Castella, quæ **polis.** cum. **Scutari ea-** Scutari uocantur, ubi olim urbs Bithyniæ **stella olim** Chalcedon sita fuit, uix parui milliaris spa- **Chalcedon.** tio ab illo distantia, quæ angustiæ antiqui **Fretum Cō-** tu's Bosphori Thracij nomine dictæ, nanc **stantinopoli** uero fretum Constantinopolitanum no- **tanum.** minatur. In dicto Sarayo, quod est palatiū regium maximū circuitus, quām plurima sunt cubicula opulentissimè instructa, maxime id, quod assignatum est magno Turcarum Imperatori, in quo sex pueri ei ministrant, quorum duo excubias, atq; uigilias agunt tota nocte, alter ad caput, alter uero ad pedes lecti, utroq; manu tenete faciem ardenter. Hī manē eum uestiūt, inq; sacculorū uestimenti eius, quod **Castan** uocant: alterum, uiginti auri ducatos, in alterum uero mille aspros coniūciunt, qui sunt paruae species cornutæ monetæ aureg, magis quadratæ, quām rotundæ, quorum ta argentea. quīnquaginta ualēt uno ducato, nec aliam

**Castan,** sac-  
culus uesti-  
menti.

**Aspri,** mone  
ta argentea.

notam

notam, quām scripturæ habent, ut nec ducati, quos appellant *Altum*, & *Altumler*, necq; *Altumler* enim insignijs utuntur, neque coronis: li- ducati. cet nostri pictores ipsis attribuant signa Constantinopoleos , crucem auream in *Constantino* campo rubro, uel rubeo, cum quatuor i. poleos urbis gniarijs, quæ tamen igniaria non sunt, sed signa. quatuor B Græca significantia βασιλεὺς βα- σιλέων, βασιλεύων βασιλίων, REX REGVM, REGNANS REGES. Ea uero pecunia destinata est exilioribus usibus magni Im- peratoris. Et si contingit, eam non expen- di, uel quid de ea superesse, id cōmodo cee- dit puerorum, qui eam in fæculo miserūt, die subsequenti aliam in illos coniicien- tium. His ex pueri quo cunque uadat, eum comitantur, officij iniuncti ergo: illo tamē eos ex arbitrio suo mutante. Vnus uero eorum est Odabassi, id est, caput & magister Odabassi. cubiculi. Secundus Chiocader, id est, uesti- Chiocader. mentorum gerulus. Tertius Silichtar, ar- Silichtar. cum, & sagittas gestans. Quartus Saraptar, Saraptar. portans calices, ad bibendum aquam: ne- que enim magnus Turcarum Imperator uinum bībit. Quintus Chiuester, portans Chluechter. calceos, moris enim Turcarum, ut calceos relinquant in ingressu ædium, quorum pa- uimenta ob id peristromatis è serico, aut storeis factis, ex iuncis pictis, & coloratis

pro facultate patrisfamilias, conteguntur.

**Schemligi.** Sexti officium appellatur *Schemligi*, qui gestat sedem & quadra, quibus magnus Turca insederet. In eodem Palatio Turcæ aula

**Capy.** residet, quam ipsi appellant *Capy*, id est, portam, in qua sunt officia insequentia. Ut uero tanto melius intelligatur, quomodo ea sustententur, & foueantur, sciendum est, in regno Turcico duo stipendiorum genera

**Olopha.** esse, quorum alterum uocatur *Olopha*, uera stipendijs species, ad morem nostrum, à thesaurarijs, uel quæstoribus numerari con-

**Tymar.** sueta: alterum uero dicitur *Tymar*, quod est assignatio terrarum, hereditatum, & possessionum, aut reddituum, decimorum, aut commodorum ex ipsis percipiendorum, instar pensionum. Eiusmodi ergo percipi-

**Tymario-** pientes dicuntur *Tymariotæ*, alijs uero *Olopha-*

*tæ*. Plurimi uero officiales inueniuntur par-

**Olsphagi.** ticipantes de utroque, ut postea dicetur, nominatis singulis: incipiam uero ab ingressu Palatiij.

Primo itaq; in ingressu Palatiij uel Saray,

**Capigibas-** tres sunt *Capigibassi*, id est, capitanei sanito-  
si. rum, quorum cuique quotidie numeran-

rum, quorum cuique quotidie numeran-

**Capigizi.** te habente ducentos quinquaginta *Capigi-*  
zios, id est, sanidores, qui septem uel octo  
Aspros quotidie habent. *Trium* uero isto-

rum

rum Capigibassarum semper unus portæ  
 astat, cum Capigizis, indies inter se offi-  
 cium permutates. Adhæc illic est Capagaz, *Capagaz.*  
 id est, Capitaneus portæ, Eunuchus geni-  
 tus castratus, quem ipsorum lingua nomi-  
 nant *Monoue*, sexaginta asprorum stipen- *Monoue.*  
 dio donatus indies. Præter hunc & *Saray-* *Saraybassa.*  
*bassa* itidem Eunuchus capitaneus palatijs,  
 uel Saray in absentia magni Turci, qui ha-  
 bet quinquaginta aspros. Horum uero ut-  
 terque duodenos habet sibi subiectos Eunu-  
 chos, quorum quidam decem, alijs quindecim  
 aspris merent. In hoc palatio uel Sarayo a-  
 luntur quingenti pueri ætatis annorum  
 octo usque ad uicesimum, quos Turcicus  
 Imperator curat instrui & exerceri tam in  
 literis, quam armis; maxime uero in scien-  
 tia legendi, scribendi, cognoscendi ipsorum  
 legem, equitandi, sagittandi, alijsque simili-  
 bus exercitijs, uel ad belli, uel pacis artes  
 spectatibus, ad quas idonei esse deprehen-  
 duntur. Qui ipsis informandis præficiun-  
 tur sunt seniores *Talismani* doctores legis *Talismani.*  
 ipsorum Dicti autem pueri uestiuntur bis  
 in anno, in ipsorum duobus Bayram, id est, *Bayram.*  
 paschatis, quidam serico, quidam uero la-  
 na, nec palatio egrediuntur, ante quam Tur-  
 cicus Imperator uiderit ætatem ipsorum  
 aptam officijs, quibus seruire queant. Tūc

**Spachoglā.** enim eos facit Spachoglan, aut Silichtar, aut al.  
**Silichtar.** terius cōditionis homines, pro ut, uel eos  
 idoneos inuenit, uel fauore complectitur.  
 Sunt uero in decurias distributi, & ad  
 quamlibet earum Eunuchus nominatus  
**Capoglan.** Capoglan: Ogli autem, uel Oglan in ipsorum  
**Oglī.** lingua puerum sonat. Dormiūt in eodem  
 cubiculo separati, alter ab altero, integrā.  
**Sclauina.** mento admodum hispido, quam illi Sclauia-  
 nam uocant. In medio dormitorij, Eunuchi  
 quietis, suæ locū habent, quod tota nocte  
 ardentibus lumenib[us], & facibus lucet.

Habēt præterea Turcæ alia loca ad insti-  
**Scholæ Tur** tuendum, Ochumachgirleri, earum lingua ap-  
 carum. pellata, & suos Doctores quos Hogsialar uo-  
**Hogsialar.** cāt, tam masculos, quam fœminas, separa-  
 tūt tamen instituunt, masculi masculos, &  
 fœminæ fœminas, Astronomiam, Philoso-  
 phiam, Artem poëticam. Inter descendū  
 clara uoce clamantes ad latus corpora mo-  
 uent. Musicam non norunt artificialem,  
 sed fingunt carmina ad præscriptas regu-  
 las, quæ ita se habent. Quodlibet carmen  
 undecim debet cōplecti syllabas. Placuit  
 itaque exempli gratia hæc pauca inserere.

## CARMINA A B I P S I S

Bethler dicta.

Birechen bes on eiledum derdum;

Iarà dandan i stemiscem i ardum;

Terch

*Terch ei ledum Zahmanumi gurdumi*

*Ne ileim centemezum glungumi*

Sunt enim carmina amatoria, deæ ipsarū lingua Assich uocatæ, id est, deæ amoris, Assich. quarum interpretatio hæc est de uerbo ad uerbum. *Birechen*, id est, ex una. *Bes*, id est, quinq; *On*, id est, decem. *Eiledum*, id est, feci. *Derdumi*, id est, tribulatione mea.

*Iarà dandan*, id est, à creatore. *Istemissem*, id est, postulaui. *Iardumi*, id est, auxilium. *Terch eiledum*, id est, neglexi. *Zachmanumi*, id est, patriæ meæ. *Gurdumi*, id est, uisitationem. *Ne id est, quid. Ileim*, id est, faciam. *Ieniemezum*, id est, nō possum uinceri. *Gungumi*, id est, mensem meam. In eodem palatio, uel *Sarayo*, est amœnissimus, & maximus hortus, cultus per quadraginta, aut quinquaginta hortulanos, nominatos *Bostangiz*, quorum *Bostangiz*, præfecto nomen est *Bostangibassia*, cui indies *Bostangi-* numerantur quinquaginta aspri: *Bostan-* *bassi*, *gorum* uero, seu hortulanorum quibusdam tres, quibusdam quatuor, aut quinque, pro conditione, & qualitate cuiuscq;. Hi quotannis uestiuntur ueste cerulea, & sunt *Ianiferoti*, diminutione à *Ianizaris* tra- *Ianiferoti*. cta, nam ex hortulanis *Ianizari* fiunt. In horto uero sunt distributi per 'decurias, quarum cuiq; præfectus decurio appellatur *Odagassi*. Sed præter hos & præfectus *Odabassi*.

**Bossangibassi**, uicarium, seu legatum habet, quem lingua Græca **Protogerò** dicunt,  
**Protogerò**. ipsorum uero **Checaya**, & indies stipendium  
**Checaya**. viginti asprorum habet. Propè dictum  
hortum duę asseruantur Liburnice naues,  
quibus hortulanī animi gratia Turcicum  
Imperatorem uehere consueuere, uel Scu-  
tharos, id est, Chalcedonem, uel alio, quo  
ipsi placuerit, traſcidentes. Sunt & præter  
iam dictos in eodem Sarayo, uel palatio  
centum Ianiseroti, ad ligna in carris por-  
tanda, deputati, quorum salaryum tres uel  
**Sacca**. quatuor sunt aspri. Itidem etiam **Sacca** la-  
niseroti decem, aquam equis, uel in utri-  
bus, uel pellibus caprinis gestantes (ut ui-  
num in Auuernis & Lemouicibus apud  
Gallos portatur) pari stipendio cum ligna  
**Aſibassi**. riſs utentes. In culina dicti palatij est **Aſi-  
bassi**, magister coquorum, qui indies ha-  
bet quinquaginta aspros, & sub se quin-  
**Aſiz**. quaginta **Aſiz**, id est, coquos, quorum cui-  
que septem, aut octo aspri numerantur. I-  
**Mutpache**. tidem est illuc **Mutpachem**, id est, dispenſa-  
min. tor, uel condus, pro salario habens qua-  
draginta aspros, & sub se scribam cui sol-  
**Cafnegir**. uuntur viginti aspri. Quinetiam **Cafnegir**-  
**basti**. **basti**, Architriclinus, cui cura incumbit ci-  
borum, & portandi patinas, & discos, ad  
magnum Imperatorem, hic habet 80. a-  
spros,

spros, & sub se centum Casnegiros, id est, cel- Casnegiri.  
 larios ministrantes in simili officio, qui in-  
 dies quadraginta & plures aspros recipiūt  
 usque ad sexaginta. Præter hęc in eodem  
*Sarayo* uel palatio est equile, uel stabulum  
 cum ducentis equis, & centum homini-  
 bus, qui eos curat, seruientibus sex aut o-  
 cto aspris in die.

Sunt & alia officia tenuiora in eodē pa-  
 latio, sed præcipua commemorasse sufficit.  
 Nunc uero loquar de his quę sunt extra pa-  
 latium, & primo de custodia.

Pro custodia itaq; Imperator Turcicus *Custodia* re-  
 habet duo decim millia Ianizaroru, quos gis.  
 appellant *Ianissarler*, & *Ianissar*, qui omnes *Ianissarler*,  
 sunt serui, seu mancipia magni Imperato- & *Iannisa-*  
*rīs*, & filij Christianorum, ut posteā dicam. *far.*  
 Audiui ex quodam ipsorum, & nos, & i-  
 plos hoc nomen male scribere, & id deriuua-  
 ri à uoce *Cham*, quam illi pronūciant *Tham*, *Ethymolo-*  
 & *dominum*, aut *principem* significare, ac *gia* uocabu-  
 uoce leser, quod *Sclauum*, id est, seruum li *Ianissaro*  
 denotet, non quidem de grege illorum, *ler.*  
 quos uendunt & emunt(h)os enim appell-  
 iant *Cout*, & *Coulet*) sed ex numero eorum, *Cout*, &  
 qui sunt destinati ad seruitia magni Impe- *Coulet.*  
 ratoris. Hi Ianizari pedites sunt, ducem *Ianissara-*  
 habentes, quem uocat *Ianissaragam*, aut sim- *ga.*  
 plíciter *Agam*. *Agam* uero ipsorum lingua *Agam*.

A s signifi-

significat baculum, qui pro stipendio diurno mille aspros habet, & sex millia ducatorum quotannis ex ærario, quod Tymar uocant. Estq; in tanta autoritate & existimatione, ut saepius filias, aut sorores magni Imperatoris in matrimonium ducat,

**Checaya.** & sub se Checayam, id est, Vicarium, quoties

**Iannissaria.** die ducentos aspros recipientem, & Ianniss-

zigi. sariazigi, id est, scribam Ianizarorum uoca-

tum, sub se habet. Dicti uero Ianizari habent aspros ad octo, alter plures alio, & sunt in decurias distributi, quarum cuiq;

**Odabasii.** decuriæ præfector uocatur Odabasii, id est, magister hospitiorum : Centuriæ autem

**Boluibassi.** Boluibassi, quod significat ducem centuriæ. Decurioni stipendum est quadraginta asprorum, Centurioni sexaginta, hi uero e-

quites eunt. Vestiuntur præterea Ianizari quotannis bis panno cerulæo, & qui in-

ter ipsos mariti sunt, uxoribus cohabitæ, reliqui uero locantur in certarum platea-

rum certis ædibus, ipsis Constantinopoli assignatis, & una uiuunt octoni, deni, duo-

deni, & plures. Qui tenuiore stipendio ali-

erū alijs seruiunt, qui uero liberaliore, æ-

quales portiones ad expensas conferunt. Porro cum Ianizari consenuere, nec am-

plius utiles sunt custodiæ, mittuntur in ar-

ces atq; castella pro excubitoribus, & ap-

pellan-

pellantur *Assarer*: sed Decuriones ac Cen- *Assarer*.  
 turiones senio confecti, custodes & præfe-  
 cti dictorum locorum stipendium ex æra-  
 rio recipientes, æquivalens illi quod antea  
 habuere. Ex hisce Ianizaris centum, &  
 quinquaginta *Solachler* eliguntur, à Græcis *Solacher*,  
 nominati *Solachi*, qui similiter pedites e. *Solachi*.  
 unt, cingentes latus principis, & stipendiū  
 diurnum ad uiginti aspros recipientes. Et  
 duo ipsorum Capitanei dicti *Solachbassi*, tri *Solachbas-*  
 cenos, subiecti Agæ Ianzarorum. Signi- si.  
 ficat autem *Solachler* sinistrū, sic dicti, quod  
 gestent suos acinaces in latere sinistro.

Præter Ianzaros etiam in custodia prin-  
 cipis sunt tria millia *Spachoglanorum*, qui du- *Spachogla-*  
 cem habent magnæ autoritatis & existi- ni,  
 mationis, idem'q; sub se *Checayam*, id est, ui-  
 carium cum scriba. Dux habet quingen-  
 tos aspros, uicarius centum, scriba trigin-  
 ta: ipsi uero *Spachoglanii* ad quadraginta  
 aspros & seruiunt quatuor aut quinque e-  
 quis, equitantes ad dextrum Principis la-  
 tus. Tria etiam millia *Silichtar*, cum duce, *Silichtar*,  
 uicario, & scriba habentia idem stipendiū,  
 eundem'q; numerum equorum cum Spa-  
 choglanis, & sinistrum principis latus cir-  
 cundant. Vtriq; autem tam *Spachoglanis*  
 quam *Silichtar* enutritur in palatio prin-  
 cipis, ut superius diximus.

Vlterius

**Mutafera.** Ulterius habet octoginta *Mutaferacha*, *lan-*  
*cha*. ceam gestantes ante principem, horū ma-  
ximum stipendium octoginta aspri, quo-  
rundam enim minus. Enutriuntur & hi in  
**Chazilorū** principis Sarayo. Sunt & alijs milites *Chaz-*  
*conditio* & zilar uocati, strenui, & in re militari miro-  
~~ordo~~ modo exercitati, qui in primo cōgressu lan-  
ceas frangūt cū aduersarijs suis, nulla pror-  
sus armatura, præterquam clypeo, hasta,  
framea utentes more nostratum, utputa lo-  
rica, galea: sed fractis hastis, euaginata fra-  
mea, clypeo sese defendentes, uiriliter pu-  
gnant, semper capiti, manuī aduersariorū  
insidiātes, aduersarios totis uiribus extin-  
guere nitentes: Punctura autem gladij ho-  
stem uel equum ferire, non laudi, sed igno-  
miniæ, ducitur apud eos. Hi omnem uitā  
& salutem in protectione Fortune Deæ, i-

**Nassup.** psorum lingua *Nassup* siue *Cisutaria* dicta, ha-  
bentes, cuius apud omnes prouerbium i-  
stud celebratissimū est: *Lazilon Gelur Bassina*,  
**Lazilan.** qd' ita potest interpretari lingua latina *la-*  
*Gelur*, *zilan*, id est, scriptura: *Gelur*, id est, ueniet. *Bassi*  
**Bassina.** na, id est, capiti: quasi diceret, quicquid die  
natiuitatis uniuscuiusvis Fortuna Dea ca-  
piti inscripsit; id euitare impossible erit,  
etiamsi latitauerit in arce inexpugnabili.  
Horum enim gesta carmine in historijs  
descripta, ab omnibus recitantur, ut & cæ-  
teri

teri eadem audacia ( honoris & laudis stu-  
dio exciti) fortiter & intrepide hostem ag-  
grediantur. Cæterum pro qualibet ui-  
ctoria talium , stipendia duplicantur, ita  
quod omnes prædicti equestris debent re-  
gem sequi, instructi his armis lancea, fra-  
mea, sagittis, clava ferrea; alijs habent cly-  
peos, alijs non, & semper accipiunt stipen-  
dium tam tempore pacis quam belli.

Deinde obseruatur alius ordo in expedi-  
tione: primus enim ordo peditum est, *s. Solachlar-*  
*lachlarum*, id est, sagittariorum, tales utuntur  
arcu, sagittis, frameis, differunt pileis à le-  
nitseris. Secundus ordo est lenitserorum,  
illi etiam habent arma similia *Tsolachla-*  
*rūm*, pro arcu tamen & sagittis *Harcabys*  
utuntur, & una securi. Tales omnes col-  
lecti à Christianis ibi de gentibus sub tri-  
buto, ui abrepti circuncisi, in loco *Tsarai* di-  
cto, educati, contra Christianos pugnant  
strenuissime, & habent satis exigua stipen-  
dia: uictui uidelicet alijs quatuor, alijs  
quinquæ uel sex nummos *Athse* uocatos, qui *Athse* quid  
sexaginta Coronatum conficiunt: & hi sit  
sub poena uitæ non possunt equitare, nisi  
ægrotent. Reperiuntur etiam ex filijs Tur-  
carum facti lenitseri quamplurimi. Ter-  
tius ordo peditum *Azaplarum* est, quo-  
rum finito bello finitur & stipendum: &  
sunt

sunt omnes filii Turcarum. Tales utuntur longiori hasta, framea, pileo habent rubros, uel alterius coloris ex panno, cum quatuor angulis corniculatis. Tachia dictis, & differunt a lenitseris & Solachlaris uestitu atque armatura: tales perfodiunt hostium equos in bello. Deinde aliud genus peditum ex Vualachia sectae Graecorum, Voinichlar vocati, hi nihil aliud habent stipendi a Turca, quam quod immunes sunt a tributi solutione, & decimis. Tales tenentur otiosos equos Regis Turcarum proprijs sumptibus alendo, curamque illorum gerendo, ducere tempore belli.

Tentoria autem Regis Turcarum in bellis eum in modum custodiunt. Cum Turcarius tentorum rex ad bellum proficiscitur, duo usurpat tentoria, cognomento Satorlar, cum hodie alterum pro eo tenditur, alterum, ad proximam mansionem figitur, ut ibi posterius recipiatur. Magnitudo tabernaculi tanta est, ut procul uisentibus urbs videatur: in proximo castrametantur principes, & ambient Regis sui tabernaculum: deinde equites, qui uel singuli, uel terni tentorum habent. Etiam pedites habent propria tabernacula, id enim ex disciplina habent, ne quis sub dio cubet. Ituro exercitui stratores viam faciunt, hinc inde collo-

collocantes aceruos lapidum, uel strues lī- *Turearū ex-*  
*gnorum, ad indicium uiæ, adeo ut ne in peditio quo*  
*tenebris quidem facile erretur. Mouent se modo com-*  
*media nocte, & usq; meridiem sequentis modè fia;*  
*diei in agmine sunt. Inter equitandū Rex*  
*in medio duarum Bassalarum cum illo col-*  
*loquentes incedunt, quos præcedunt ali-*  
*quot lenitserorum ordinis milites in e-*  
*quis, ferentes candelas ardentes: & hoc sic*  
*tempore noctis obscurō. Deinde Tsauslar,*  
*id est, Capitanei, clauas habentes ferreas,*  
*undicq; cuspidatas, pellunt homines à con-*  
*spectu regis, ad iactum, uel cursum sagittę,*  
*ibí Sulihtarlarum, id est, stipatorum copia, in-*  
*ter quos currus cynedis, pleni, in usum*  
*Turcæ & procerum. Subsequuntur &*  
*præcedunt iam dicti Duces cum maximo*  
*militie equitum, & peditum, & diuersæ*  
*conditionis hominum, alij habentes sti-*  
*pendia, alij quæstus gratia & lucri, ma-*  
*sculi tantum, nullas secum ducentes mu-*  
*lieres.*

Deinde sequitur multitudo Camelorum, *Animalium*  
*molorum, equorum interdum solēt uectura in*  
*& Elephantes eorum lingua Phil dictos, bellis.*  
*deducere) portantes uictualia, tentoria, &*  
*similia militi necessaria. Et ubi figitur ten-*  
*torium Turcæ, ibi iam singula suo ordine*  
*tanquam in urbe parari debent. Ibi locus*  
*Sar-*

Sartorum, Pistorum, Macellariorum: alij parant epulas carnium omnium generum, qui si non potuerint habere carnes recentes, tunc exponunt ea quae ab animalibus uehuntur, uidelicet, panes, his coctos, carnes siccas, Pastarma dictas, caseum, lac coagulatum. Sunt enim patientissimi famis, *Turcae* labo sitis, frigoris. Raro hospitantur in urbibus, sed in agris sub tentorijs, circa foenilia & rimi. uos, maiorem gerentes curam animalium, quam sui ipsorum, paruo & satis uili cibo contenti, uidelicet, dicto lacte coagulato aqua temperato, & immisso pane, uel recenti uel his cocto, seruū pariterque domini. Ibi silentium tempore noctis magnū, adeo ut captiuos fugientes negligant, ne clamor excitetur, ob paenam iniunctam: sed cum uadunt cubitū, & cum surgunt ad proficiendum. omnes alta uoce clamāt hæc uerba, ter repetentes, *Allah Allah Allahu*, id est, o Deus, ter repetitum.

*Turcarū* iu  
stitia que exercetur in re, alioquin sine misericordia puniretur: bello. habentur enim inter eos ordinarij custodes, siue defensores earum rerum, quæ in via occurunt militi, ut pueros octo, uel decem annorum portates uenales panes, oua, fructus, auenam & similia. Tenentur quoq;

quocq; defendere dicti præfecti hortos fructuum circa viam sitos, adeo, ut nec ipsi audeant unum pomum, vel huiusmodi simile, sine licentia possidentis carpere, alioquin & tales capitibus poenam luerent. Cum Turcarū sæ esset in exercitu Turcæ in expeditione uera iustitia contra Persas, uidi Tspahiam unā cum equo, in bello. & ministro decolari, quod solitus equus arua cuiusdam ingressus fuerat.

Hæc sunt firmissima & certissima Turcæ præsidia, quæ constant duodecim milibus peditum, & circiter uiginti quinque millibus equitum.

Venationi ex aucupio præfectus est Sechmenbasti, qui est quasi supremus uenator, & indies centum aspros, & sub se magnum numerum Ianizarorum habet.

Ceterum nulla natio sub Sole tantum gaudet uenatione, quantum Turcica. Penetrant enim insequendo feras loca aspera & montuosa in equis, capientes diuersa animalia, & si animal extinctum à canibus suffocatum fuerit, illo non uestuntur nec ipsi, sed nec Christiani inhabitantes illas regiones. Et si casu occidunt a primum, dant illum Christianis illarum regionum, quia Musulmanis prohibitum est uesti porcarum carminibus.

Zagarzi.

Hos sequitur Zagarzibassi præfectus ca- bassi.  
B num,

num, qui quinquaginta aspros, & sub se complures lanizaros habet.

Sunt etiam illi duo aucupum magistri Zaniligi- dicti Zaniligibassi, quibus centum aspri sol- bassi. uuntur, & ipsorum uicarijs uiginti quin- que, cum ducentis aucupibus dictis Zani- zaniliger. ligler: quorum centum indies habent de- cem aspros, reliqui uero salario ex prin- cipis ærario, & sunt exempti ab omnibus publicis.

Porrò sunt & ei præstò circiter quadra- ginta Peich, id est, cursores, ad exequenda i- psius mandata tam tempore pacis, quam belli: præter Veredarios, quos hinc inde Vlachses dispositos habet, ipsis dictos Vlach aut O- Olach. lach. Quibus tantam obedientiam præ- Turcarū o- stant, nomine Regis Turcarum, ut cum ue- bedientia er redarios cum literis suis, ad aliquos recto- ga uereda- res prouinciarum mittat, quorum equi- rios nomine in itinere ubi defatigati, & ueloci cursu las- principis. si fuerint, facultatē habet ueredarius quo- cunq; in uia repererit, equis deiçere: qui si in itinere neminem offendit, ad ciuitates uel pagos diuertit, Cadiam, id est, iudicem aggreditur, qui, si illi equum non inuenie- rit, ante ostium domus suæ suspenditur, & hanc ob causam pauci equis, sed a finis ut- tuntur. Et quum talis Nuntius ad eos, ad quos missus est peruerterit, a quibus ho- nori-

norifice exceptus, literis eorum Regis magna cum humilitate acceptis & deosculatis, mandatis eius mira celeritate exequuntis, dimititur. Nemo ibi princeps qui illi contradicat, nulla prouincia uel ciuitas (ut sit apud nos) quæ rebellet, nullus demum qui illum non timeat.

Est ei etiam interpres Dragoman dictus ut Dragomani exteris loquatur, magnæ autoritatis & fidei, cui quingenti duecati pro annuo salario numerantur, & tantundem ex principis grario recipit, muneribus & donis, que ei a legatis & exteris conferuntur, non computatis.

Hi omnes aulæ sunt officiales. Ceterorum belli tempore, & alijs quoque, qui & ipsi inter ordinarios computantur, ut & apud Christianos principes potentiores, Asapagæ. præcipue uero Asapagæ. Duces Asapler uel A. Asapler usl sapiz, qui sunt pedites extraordinarij. Asapix.

Duo Agæ Caripoglan, qui sunt equites extraordinarij. Agarum autem cuiq; assignati octoginta aspri, uicarijs ipsorum trigineta, & Caripoglanorum intra duodecim & sedecim aspros definitur stipendium.

Vnus Olofagibassa, dux Olofagitorum, Olofagi, qui habet indies ceturum & uiginti aspros: basit. sed uicarij, scriba, & Olofagi, similis conditionis cuius præcedentes.

**Toppibassi.** Huic accedit *Toppibassi*, id est, præfectus *Top quid si-* munitiōnum bellicarum. *Top* enim līn-  
gnificet. gua ipsorum tormentum bellicum desi-  
gnat: huic quotidie sexaginta aspri, cum  
**Topgiz.** uicario, scriba, & duobus millibus *Topgiz*,  
id est, tormentatoribus, sunt assignati, il-  
lorum quolibet usq; inti quinque, horum  
uerò ad octo aspros stipendium accipien-  
tibus.

**Arabagi-** Est & *Arabagibassi* præfectus curruum (*A-*  
*bassi*. raba enim currum significat) pro stipen-  
dio diurno quadraginta aspros recipiens:  
**Arbagiz.** *Arbagiz*, id est, carrucariorum ad sex aspros:  
**Bracorbas-** Duo *Bracorbas* præfecti Agasonum, alter  
si. maior, alter uero minor. Maiori quingenti  
aspri indies constituti: maiori duceti cum  
uicariis & scribis, imperantq; mulioni-  
bus, ephippiariis, calcarium factoribus, ca-  
melorumq; ductoribus, & sub ipsorum  
imperio sunt, quatuor millia electissimo-  
rum equitum.

**Chiausbasi-** Vnus *Chiausbassi*, capitaneus Chiauslero-  
rum, qui sunt quasi apparitores, & admis-  
sionales, & *Chiausbassi* quasi præfectus basi-  
licæ, tantæ autoritatis, ut si eat ad subditū  
principis, cuiuscunq; etiam ille sit status,  
qualitatis, aut conditionis siue Bassa, siue  
Bellerbeius, & illi dicat, se missum, ut ca-  
put

put ipsius habeat, & magno principi adferat, continuo ei pareatur, etiam nullo mandato aut commissione commonstra-ta. Tanta enim Turcarū obedientia est er-Turcarum ga suum Imperatorem, ut nemo neque ex obedientia lenitseris, uel proceribus armatus, uel gla-erga suū im-dio accinctus, habeat licentiam per ciuita-peratorem-tem incedere: nisi quid Turca uenādi aut orandi gratia, palatum egreditur, & si qui sunt custodes ciuitatis aut officiales, bacu-los gestant: qui ubi litigantes, uel alteri in-iuriā seu calumniā inferentes reperiunt, fustibus eos puniunt. Neque quispiam il-li loquens, audet eius faciem intueri, sed in terrā procidens deosculatis pedibus eius, fixis in terrā oculis sibi loquitur.

Aggregat se hisce *Mechterbassi*, prae-fectus *Mechter-centorijs*, pauillonibus, aulæis, & hospitio *bassi*. principis, quæ ipse curat tendi, consterni, & præparari, cum princeps sub dīo degit: pro salario uero ipsi quadraginta, uicario uiginti quinqꝫ, ministris qui sub ipso sunt sexaginta numero & *Mechter* nominantur, *Mechter*. quinqꝫ aspri indies dependuntur.

Rursus & alius *Mechterbassi*, capitaneus *Mechter*-tubicinum, tympanistarum, aliorumqꝫ in-*bassi*. strumentorum succendorum, cui indies tri-ginta aspri dantur, scribæ uero duodecim. Sub eo sunt ducenti *Mechter*, partim equi-

tes, partim pedites, idem stipendium cum prioribus recipientes.

**Imralis.** Ad hosce concedit *Imralis* Aga. Vexillifer, magni principis, in cuius uexillo cauda equina pendet, in memoriam (ut mihi

*Turcarum* retulerunt.) Alexandri Magni, qui eam in vexilla, capite, & in suis insignijs gestauit, ut ipsius numismata testantur. Idq; ueteres du-

Ducū apud ces fecisse testis est Virgilius de Aenea in-

priscos insi- quiens,

gnia. *Christaq; insignis equina,*

Appenduntur uero Imrali quotidie ducenti aspri, estq; dux omnium instrumenta musica tractantium, uel tentoria curantium.

**Arpaemyn.** In horum numerum refertur etiam *Arpaemyn*, dux commeatus, cui cura feni, paleæ, hordei, auenæ, frumenti, omniscq; pabuli pro equis cōmissa est, tam pacis, quam belli tempore, cui sexaginta, uicario uero eius triginta, scribæ uiginti aspri personuuntur. Subsunt ei uiginti, quorum salariū inter octo & decē aspros definitur.

**Saraemyn.** Nec uero prætereundus *Saraemyn*, deputatus ad cōplanandas & purgandas vias, tam pacis, quam belli tempore quinquaginta aspros indies recipiens, quadrigenitis hominibus imperans, quorū cuiq; ad quinq; aspros numerantur.

Nunc

Nunc superest ut de officialibus quæsto Officialis  
rj ministerij agamus, deinceps uero loque quæstorijs  
mur de suo cōsilio, & gubernatione, ac tra- muneris.  
statione negotiorum eius.

Initio itaq; sciendum est, Turcas uocare  
suum thesaurum Chasna: impositiones ue- Chasna  
ro & subsidia, uectigalia, tributa, aliosq; Thesaurus.  
redditus Caraz. Caraz.

Primus uero officialis ministerij quæ-  
storij est Casnadarbassi, thesaurarius pecuniae Casnadar-  
palatij, qui est Eunuchus & quasi præfe- basii.  
ctus Gazæ, domicilium habens in Sarayo  
seu palatio cum sexaginta aspris diurnis.

Post hunc duo Desiderar quasi generales Desiderar.  
receptores, quorum uni datum est nego-  
cium pecuniarum prouenientium ex ter-  
ris uersus Danubium, ut Seruia, Bulgaria,  
Bosna, Valachia, & alijs, cum regionibus  
Asiæ, Syriæ, & Aegypti. Et pro salario ex  
principis, Tymar seu ærario decem millia du-  
catorum annuatim habet, emolumentis  
& commodis quæ maxima percipit, exce-  
ptis. Alter uero recipit pecunias ex Græ-  
cia, qui, magno Turcarum principe in bel-  
lum peregrè proficidente, Cōstantinopo-  
li manet, instar eius Vicarij. Huic ex Ty-  
mar seu ærario sex millia ducatorum dan-  
tur, nec alijs commodis caret. Officium i-  
psorum est maximæ autoritatis, & subsunt

eis quinquaginta scribæ ad referendas pecunias, in rationes: quorum diurnum stipendium inter triginta & quadraginta aspros continetur.

**Vesnadar.** Horum sodalitio adiuncti duo Vesnadar, appendentes ducatos & aspros: quotidiano salario usq; ganti asprorum remunerati.

**Seraffiers.** Itidem sex Seraffiers quasi trapezytæ uel mensularij, ad examinandū aurum, argentum, & numisma, simili stipendio cū prioritibus fruentes.

**Casnadar.** Duo etiā præter hos Casnadarbassi, id est, bassi. thesaurarij extranæi, unus Græciæ, alter Asiæ, constituti ad hoc ut pecunias exigant, salario diurno quinquaginta asprorum sustentati.

**Casnadar.** Quilibet uero eorum decem Casnadar sub se habet, eorumq; quilibet totidem aspros.

**Deftere-** Similiter etiam duo Defteremyn, alter myn. Græciæ, alter Asiæ, qui præfecti sunt Tymar seu ærario, & rationibus pecuniarum

**Tymariol.** quas percipiunt, Tymariolzi, id est, ex ærario sustentari soliti: quinquaginta asprorum salarium habentes, & decem scribas,

**Turci Impe** quorum cuique quindecim indies personarioris rediuntur.

**ditus annu.** Mihi ab ipsis relatum est, redditus magni

gni Principis ascēdere ad summam quindecim myriadum ducatorum.

Porro uero magnus Turcarū Princeps *Turcar. com*  
non habet aliud consilium quam quatuor filium.  
Bachas, quos ipsi uocant *Vishbachas*, id est,  
confiliarios. *Bacha* autem est Bachi ipso. *Bacha.*  
rum lingua, significat caput, ideo dici pos-  
sent capitanei. Sæpius ipsorum saltem  
tres sunt, ut recens accidit, cum essent *Ayas.* *Ayasbacha.*  
*bacha* oriundus è Cymera, quæ est prope  
insulam Corphu, ab antiquis dictam Cor-  
cyram: *Cassinbacha* Croata, & *Ibraymbacha* è *Cassinba-*  
*Parga* Epiri natus, cui tres filios Christia-*cha.*  
nos Turca interfecit: peruerenatus hic I. *Ibraymba-*  
*braymus*, quod educatus fuisset in Sa-*cha.*  
rayo, cum magno Principe ad tantam au-  
toritatem & existimationem, ut absolu-  
tam potestatem haberet, & de rebus om-  
nibus disposeret, ita ne magnus Princeps  
ijs se implicaret, habebatq; parētem Chri-  
stianum Constantinopoli hominem insi-  
mæ sortis, tabernarium adeo ebriosum, ut  
in plateis publicis uino repletus instar be-  
stiae obdormiret, nec Ibraymus eum a fœ-  
da ebrietate retrahere, aut ad honestæ ue-  
stis usum adducere posset, et si nihil opere,  
uel studij in eo prætermitteret. Nec ion-  
go abhinc tempore, magnus Turcarum *Aireden-*  
*Princeps* alium Bacham creauit, *Airedenbey*, bcy.

quem nos appellamus Barbarossam. Intellexi uero, quod præteritis diebus alium **Mehemet.** adhuc fecerit *Mehemet Bacham*. Horum trium aut quatuor Bacharum quidam habent uiginti quatuor millia ducatorum ex Tymar, id est, ærario, quemadmodum *Ibraym Bassa*, quidam uero sedecim & octodecim millia, absq; commodis, emolumen tis, atq; muneribus, quæ duplo plura sunt. Sunt inter ipsos, qui sex millia ministrorum ordinariorum suis stipendijs alant, omnes autem sua palatia puerorum & puellarū, ut magnus Princeps, habent. Ante hæc **Perybacha.** tempora, & alijs duo fuere, ut *Perybacha*, qui moderator magni Principis in eius iuuentute fuerat. *Pharathbacha* Syriæ uicarius, & **bacha.** *Achmaibacha*, *Cayri*, & Aegypti gubernator, qui cum Sultananum se constituere uelabacha. let, à Turcis, qui ei præstdo erant, interemptus fuit. Hi Bachæ ingrediuntur cubiculum magni Principis, atq; deliberant & disponunt de omnibus negocijis, ad regni gubernationem pertinentibus.

**Mofly,** Post hos est *Mofly*, qui est quasi ipsorum Papa, protector, & declarator legis Mahometicæ, nec alijs rebus sese immiscet.

**Cadizles-** Duo *Cadizleskier* *Talismans* doctores legis, **kier.** ipsorum iustitiæ dicundæ præpositi, quasi *Talismans* præsides, alter *Græciæ*, alter *Asiæ*, & uulgo

gō aulam magni Principis sequuntur, & honoris ergō præcedunt Visirbachas, licet non sint tantæ autoritatis, ut hī. Ipsī constituunt & remouent ex suo arbitrio re exi gente, Cādis, qui sunt iudices prouinciarū, Cādis. & quilibet ipsorum quotannis habet septem millia ducatorum, ex Tymar, seu æratio, & ducentos uel trecentos famulos, & decem scribas, quibus magnus Princeps stipendium soluit. Iustitia autem *Iustitia ac apud ciues* hoc ordine obseruatur. iudi- pud ciues. cem omnes habent eundem, tam Christia ni quam Turç: ex Musulmanis, tamen unum electum, qui ex æquo omnibus ius ministrare tenetur. Si quis occidit, ipse quoq: mortem subire debet. Si quis furatur, aut uiolenter rapiat, suspenditur: ut contigit lenitsero cuidam, qui mulierculę cuiusdam portantis in forum uenale lacerberat, non soluendo pretium, cum accusatus coram iudice negaret factum, pedibus sursum suspensus, chordaq: per medium ligatus, lac statim euomuit, atq: illico iudicio strangulatus Hoc me præsente in Damasco contigit. Cum ex Armenia Hierosolymā proficiserer. Si aliquis adulterium commiserit, masculus in carcerem coniectus, post aliquot menses pecunia redimitur: & mulier uidelicet adulterata,

super

super asinā uicatim & plateatim ducitur,  
flagris cæditur denudata, & lapidatur ui-  
scera bouis in collo habens.

**Nassangi-** Deinde est unus *Nassangibassi*, tanquam  
*bassi*. Cancellarius, qui signat literas nota & si-  
gillo magni Principis, quod officium & i-  
psum magnæ est autoritatis, & existima-  
tionis, secundum à Beglerbejs. Quotan-  
nis uero ex Tymar, uel ærario, habet octo  
millia ducatorum pro stipendio, plus ue-  
ro commodorum aliunde, & comitatus  
incedit magno peditum, & equitum nu-  
mero.

**Baratemyn.** Post hunc unus *Baratemyn*, qui dat & di-  
stribuit dictas literas & mandata. Huic in-  
dies numeratur quadraginta aspri, & sub-  
sunt ei decem scribæ, & duo uicerij, quos  
Græci Protogeros uocant.

Nunc antequam progrediamur ulte-  
rius, & ex aula discedamus, quia superius  
diximus de Iannissaris, inç̄ ijs consistere  
uires atç̄ potentiam magni Principis, id-  
eò breuiter exponemus quales sint homi-  
nes, & unde originem habeant.

**Constantinopoli Aga**, id est, capitaneus,  
**Iamoglan.** est eorum, qui uocantur *Iamoglan*, aut *Azæs*  
*Azamoglæ*. *moglan*, qui sunt infantes tributarij, sic dicti,  
ut quidam uolunt, quod *Azamoglan* si-  
gnificet innocentes, & simplices, infantes,  
nihilç̄

nihilq; sciētes: aut propterea, quod in Asyria addiscant, quam uocant Azamiam: ut uero alijs uolunt, dicendi sunt Chamoglan, Chamoglā. id est, infantes Principis, aut domini, numero ad sex millia. Ipsorum Aga indies habet pro salario aſpros ſexaginta. Scindum autem eſt magnum Turcarum Principem quolibet quadriennio mittere in Græciam & Anatoliam (quæ eſt Asia minor, Andicū, à Græcis dicta Ἀνατολὴ, uoce nobis Orientem denotante) ad abducendos filios masculos Christianorum, qui ſunt ſubiecti huic oneri. Neque enim omnes ad id teinentur. Licet ſæpe, quo plures conſequantur & habeat Christianos tam magno & intolerabili tributo atq; ſubſidio, quod i- pfis Teloz, oneret, ut alijs qui alioqui ab ipſo Teloz, exempti & liberi ſunt, propter penuriam aliorum, cogantur & ipſi ſuos dare, ita, ut interdum decem mille aut plures colligat, ex quibus elegantiores electos in ſuum Sa-rayum, uel palatium dimittit.

Reliquos uero in Bursia, & Caramania (quarum illa olim Bithynia, hæc Cilia erat) curat diſtribui, & dari agricolis atque pastoribus, ut ibi aut agris colendis, aut pecoribus paſcendis, aut alijs laboribus agriculturæ uacent, & affuefiant, indurenturq; ad labores perferendos, Turcicumq;

cicumq; idiomā addiscant. Sub finem uero exacti quadriennij, cu'm rursus mittit ad conquirendos alios, illi Constantinopolim euocantur & Agae Azamoglanorum traduntur, ibiç nutriuntur, & uestiuntur bis anno, & in diuersis artificijs instructi inter Iannissaros distribuuntur, ut ipsis ministrent, ex ministris Iannissari, ex Iannissaris uero Solachler, & Silichtarler euadentes, aut ad alia officia cōscendentes. Quoad uero in Bursia & Caramannia manent nullis impensis magno Principi constant, quod quibus seruiunt eos uestire atq; nutrire cogantur.

Porro superius dixi in Sarayo uel Palatio, in quo magnus Princeps residet, esse circiter quingentos pueros. Præterid Sarayū uero est, & aliud, in quo sunt suæ mulieres, & filij. Mulieres appellantur Sultanae. Mulierum nes, id est, reginæ, & sunt separatæ in uicem Turcicarū cum liberis, in sua quæcq; custodia atq; conditio. mitatu, in quo magna est copia Eunuchorum, & iuuencularum circiter trecentas, quibus aniculæ præfectæ sunt, quæ eas suere atque texere addocent. Iuuencularum quælibet aspris ad quindecim indies donatur, & quotannis bis in ipsorum Paſchate, quod Bayram, ut anteā dixi, uocant, uestiuntur panno bombycino; sic quædam

dam ipsarum magno Principi placuerit,  
ille ea pro uxore utitur, eiçq; pro unica uice  
mille aspros dono dat, & ab alijs separatæ  
stipendum, & dignitatis gradum ampli-  
ficat. Cum uero hæ iuuenculæ, ad annum  
ætatis uicesimum quintum peruenere, nec  
amplius magno Principi eas in seruitio  
suo retinere libet, elocantur Spachogla-  
nis, & alijs ministris, ac seruis, pro ipsorum  
qualitate, & conditione, & in ipsarum lo-  
cum aliæ in Sarayum substituuntur, ubi  
sunt Aga, id est, dux Capigz ianitores, alijsq;  
ministris, quales in eo ubi ipse residet.

Luxta ciuitatem Peram, quæ sita est è re- *Pera*  
gione Constantinopoleos, nec alio quo-  
quam portu ab urbe disternatur, uoce  
denotante uim præpositionis Trans, & a-  
liud Sarayum est, in quo sunt quadringen-  
ti pueri, cum ipsisdem officialibus, ut in pre-  
cedentibus.

Andrinopoli aut Adrianopoli uero duo *Andrino*  
sunt, uetus & nouum. In ueteri educantur poli, ne  
trecenti pueri: In nouo, quod est in ripa *Adrianopo*  
*Marissæ*, trecenti sunt laniseroti, omnesq; li.  
officiales, qui & in alijs. *Marissa o-*

Ex hisce duobus Sarayis uel palatijs, & lim *Hebrus*  
Perensi, sumuntur qui in grandius mittun *dictus*,  
tur, prout in hoc alij uel deficiunt, uel eo-  
rum translatione id euacuatur. Qua uero  
parte

parte Pera mare respicit, est armamenta.  
**Tersenal.** rium, quod ipsi *Tersenal* uocant, locus, ubi  
**Armamen-** fabricantur, & conseruantur triremes, &  
**tarium.** naues, in quo communiter ducenti archi-  
**Protoz.** tecti, denorum & quinquaginta *Protoz*, id  
 est, superintendentes, duodenorum aspro-  
 rum stipendio indies operantur: his tamē  
 ubi feriantur, saltem sex aspros recipien-  
 tibus. Præter hos in eodem armamenta-  
 rio, & scriba degit, cui decem alijs subsunt,  
 & aliorum operariorum magnus nume-  
 rus, quibus quaterni aspri indies nume-  
 rantur. Tantum autem ipsis materiae, e-  
 iusq; optimæ ad naues fabricandas suppe-  
 tit, quantum desiderant: cæterum ipsis ea-  
 rum condendarum imperiti, maximè tri-  
 remium. Non etenim eas tam bonas &  
 tam agiles construunt, ut Christiani, sed  
 crassas, graues, maleq; tractabiles, licet ali-  
 quot opifices Christianos habeant, qui  
 bus tantum stipendijs, quantum exigunt,  
**Beglerbey** soluant. Eidem armamentario omnibusq;  
**armamenta** officialibus in eo præfectus est generalis  
**rio præf-** capitaneus, dictus *Beglerbey* maris, cui etiā  
 clus. iniuncta est cura classis, quotiescunq; illa  
 in altum progreditur. Id uero muneris ge-  
**Calliopolis.** rere solebat capitaneus *Calliopolitanus*, qui-  
 tanus capi- cunq; is esset, sed aliquo ab hinc tempore  
 taneus. magnus Princeps id delegauit atq; com-  
 misit

misit Barberoſſæ, qui officij huius ratio. Barberoſſæ.  
ne ex ærario percipit quatuordecim mil. Lesbus ho-  
lia ducatorum, assignata ipsi in reditu in die Methæ  
ſularum Lesbi, Rhodi, & Euboeæ, unde lin.  
triplo plus exigit illa hodie dicta Methæ. Eubœa di-  
lin, hæc uero Nigroponto. citius Nigræ

Antequam Barberoſſa conſitueretur, ponit.  
Turcæ nihil aut parum noticiæ rei nauti. Turcæ rei  
cæ habebant, exceptis per paucis pyratis. nauticæ im-  
Quin & num hodie cum classem adorna- periti.  
re uolunt, pastores quos ipsi uocant Coy-  
nariz, id est, opiliones ex montibus Græcię  
& Anatolię ſumunt, eosq; triremibus im Coynariz.  
ponunt ad uelificandum & ſeruendum  
in nauibus, ad quæ uſq; adeo inepti ſunt,  
ut non tam ea præſtent, quam naues deti-  
neant. Et hæc cauſa eſt quod Turcæ in ma-  
ri hactenus nihil laudabile gollerint. Veo  
runtamen dictus Barberoſſa eos non nihil  
informauit, habilioresq; reddidit.

Nimium ferè immoratus ſum circa Cō-  
ſtantinopolim & curiā magni Principis,  
& tamen nō dixi omnia, nec etiam omnia  
mihi cōſtant, præterquam quod & maius  
ingenium quam meum ſit ad inquirendā  
formā tanti regni requiri agnosco. Nunc  
uerò breuiter dicam de ratione gubernationis  
prouinciarum, & de ordine militiæ  
ſuæ, quantum cognoscere licuit.

C In

In qualibet Prouincia rector est, quem uocant Beglerbey, quod nostra lingua so-  
nat Dominum Dominorum.

**Beglerbeius** Primus itaque est Græciae Beglerbeius, sub  
Græciae, est qua comprehenduntur omnes regiones,  
maximus o- quas Turca in Europa tenet, & est omniū  
nnium in re maximus. Ex Tymar seu ærario quotan-  
gno Turci- nis habet sedecim millia ducatorum: Cæ-

co. terūm triplo magis exigit. Sub eo est u-  
nus Diefierdar, id est, thesaurarius, cui tria mil-  
lia ducatorum soluuntur, & centum scri-  
bæ administrantes rationes ærarij, & pecu-  
niarum, quæ Tymariotis penduntur. Por-

**Sangiacus** rò Beglerbeius sub se triginta Sangiagler,  
equestrium aut Sangiacos habet capitaneos copiarū  
copiarū ea- equestrium, quæ sunt diuisæ per signa &  
pitaneus. uexilla, quæ ipsorum lingua Sangis appelsi-  
Sangis. lantur. Hic uero Sangiaci, quotannis partim

octo, partim decem, partim duodecim mil-  
lia ducatorum, ex Tymar, uel ærario reci-  
piunt, & in principalibus ciuitatibus pro-  
uinciarum commorantur, ad continendū  
eas in officio, & pace. Ipsis porro subsunt

**Sobassiz.** quadringenti Sobassiz, aut plures, qui sunt  
quasi uicarij, distributi per minora oppi-  
da, ad eundem finem, quotannis mille du-  
**Flamboler.** catorum stipendum habentes, & complu-  
res Flamboler, quod signū seu uexillum de-  
notat, duces, & capitaneos ducentorum,  
trecen-

trecentorum, quadringenitorum, & quingenitorum equitum, qui mittuntur per Beglerbeios, & Sangiacos, huc, illuc, necessitate postulante, quo celeriter, ac mature emergentibus negotijs prospiciatur. Sub istis autem Sangiacis, triginta mille Spachi sunt, quorum quilibet meret tribus aut quatuor equis, productis ducatis annuis, & omnes sunt Azamoglan, ac servi magni Principis.

Præter has, etiam in Græcia sunt uigin ti millia equitum, qui Tymariotæ vocantur, non plus, quam quadraginta ducatos pro salario anno recipentes, subiecti Sangiacis.

Vterius etiam sexaginta mille Akengi, Akengi, periclitatores, qui ab aliquot Latinis auctoribus dicuntur Aconizij, quos interpretantur fatales, equites eunes, absque ullo stipendio, uel salario, sed solum liberi, & exempti à contributionibus, tenenturq; ciuitates ijs transeuntibus, atque ad seruum Principis proficiscentibus, uictum præbere.

In ASIA sex sunt Beglerbeij. Primus est Beglerbeius Anatoliæ, cuius administratio- glerbeios. ni commissæ sunt, Pontus, Bithynia, Lydia, Phrygia, Meonia, & Caria, regiones, natolæ Be- compræhensæ sub appellatione Anatolæ Beglerbeius.

liæ. Ex Tymar seu ærario, quotannis illi  
quatuordecim millia ducatorum soluun-  
tur. Eiç parent duodecim Sangiaci, qui  
habent ad sex millia ducatorum quotan-  
nis, & Sobassiz, ac Flamboler, & duode-  
cim millia Spachorum.

**Secundus Be** Secundus, est Beglerbeius Caramaniæ, que  
glérbeius antiquitus Cilicia dicta est, & Lyciæ, Ly-  
Carama- caoniæ, atq; Pamphyliæ, qui ex erario, de-  
niæ. cem millia ducatorum, & sub se septem  
Sangiacos, & septem mille Spachos haber,  
eodem stipendio, atq; salario, quo alij pre-  
cedentes.

**Tertius A-** Tertius, est Beglerbeius Amasiæ, & Toc-  
masiæ, & cat, quæ est Cappadocia, Galatia, & Pa-  
**Toccat Be.** phagonia. Is habet octo millia ducato-  
glérbeius. rum, ex Tymar, quatuor Sangiacos, &  
quatuormille Spachos, pari cum priori-  
bus stipendio fruentes. Huic Trapezus  
subiaceat.

**Quartus** Quartus, est Beglerbeius Anandulæ, quam  
Anandulae alij uocant Aladulam, hi sunt montes Ar-  
Begler- meniæ, ueteribus dicti mons Taurus, nunc  
beius. uero Cocaz quorum una pars Cancasti no-  
Taurus ho- mine appellatur. Huic Beglerbeio decem  
die Cocaz. millia ducatorum numerantur: eiusq; Im-  
perio subsunt septem Sangiaci, & septem  
mille Spachi. In eadem uero Prouincia tri-  
ginta mille equites sunt, sine stipendio me-  
rentes,

rentes, immunes à subsidij, ut Aconizij  
Græciæ.

Quintus est Beglerbeius Mesopotamiae, Quintus  
quam Turcae appellant Dierbech, cuius Mesopota-  
metropolis est Edessa, dicta in Sacris lice- *mia* Begler  
ris Ragez, & a' Gallis Rohatz. Sub huius beius.  
administratione comprehensa est pars ma Edessa me-  
gnæ Armeniæ: reliquam enim tenent So- tropolis in  
phus, Cordini, & Beduini, qui sunt popu- Mesopota-  
li montani à quibusdam Turquimans, ab *mia*.  
antiquis uero Medi dicti, habití pro popu Beduini  
lis militaribus & bellicosis, confines Baga- qui?  
det uel Baldac ciuitati Assyriæ à Gallis dictæ Baldac.  
Baudias, quam quidam Babylonem esse  
arbitrantur: alijs uero Niniuen metropo-  
lim Assyriæ. Hic Beglerbeius, ut dicitur,  
triginta millia ducatorum ex Tymar uel  
ærario habet, & sub se duodecim Sangia-  
cos, uiginti quinque millia Spachorum, qui  
maiori stipendio donantur quam alijs, eò  
quod sint in liminibus uel finibus terra-  
rum Sophi.

Sextus est Beglerbeius Cayri uel Aegy- Sextus Cay  
pti triginta millium ducatorum stipen- ri uel Aegy-  
dium, sedecim Sangiacos, uiginti millia pti Begler-  
Spachorum habens. Sangiacis octo mil- beius.  
lia ducatorum annuatim Spachis ducenti  
numerantur. Huius administratio sese ex-  
tendit usq; ad mare rubrum, Mecha aut Mecha.

Mecquam ciuitatem, ubi Mahometi corpus est, & continet Arabiam desertam, &  
**Arabia fœ-** partem Arabiæ fertilis, quæ foelix dicitur,

**lix.** licet nō tota Turcico Imperio pareat. Plurimi enim illuc domini sunt, quorum quidam partes Sophi, alijs Turcæ sequuntur, inueniunturq; qui neutrum recognoscāt. Ex altera uero parte contermina est Assy-

**Azamia.** riæ, quæ hodie Azamia dicitur, subiecta Imperio Sophi, & in longitudine de Me-

**LIVERI** sopotamia usq; ad Liueros, uetusq; Hibe  
~~olim~~ **HIB** ros dictos, sese extendit. In Spachis porrò

**RI.** secundum robur magni Principis constitut, quod per magnum futurum esset, si omnes æquè strenui essent. Ad pedites sanè quod attinet, exceptis Iannissaris nō sunt, qui aliquid ualeant. Nam ordinis seruandi ignari sunt, nec unquā illum addiscēnt, natura ipsorum eius incapace.

Postremò nullus ex Satrapis possidet prouinciam aut ciuitatem aliquam iure hereditario, quam post obitum liberis vel suis successoribus possit relinquere sine consensu sui regis. Sed si aliquis Ducum, vel Principum certas possessiones cupit habere, id illi conceditur, hac conditione: Initur ratio precij & reddituum illarum possessionum. Cognoscit & Turca, quot milites alii annuo illo censu possint, tunc satrapa

trapa ille cogitur habere illum numerum  
militum semper promptum, ad omnia im-  
perata, alioqui capite plectitur: Nihilq;  
eū à belli comitatu potest excusare, quām  
sola aduersa ualetudo. Et si quando Tur-  
cæ placuerit eum priuare tali beneficio, in  
eius est libertate: si autem non deponi-  
tur, suum est usque ad mortem Post obi-  
tum, si successores defuncti pactum ob-  
seruare uoluerint, admittuntur: sin secus  
alijs prouidetur. Atque hæc sufficiant de  
Turc. aulæ gubernatione, sequitur nūc de  
eorum religione.

## DE TVRCARVM CAEREMONIIS, RELIGIONE,

*Natura, & Moribus. Item de Christianorum de-  
bellatorum atq; captiuorum con-  
fessione.*

### L I B E R I I.



ESTAT ut loquamur de na-  
tura, moribus, conditione, fi-  
de, & uita ipsorum in genere,  
id quod summarie, & quo ad e-  
ius fieri potest, breuissime facturus sum.

Itaq; ut ad rem perueniamus. Adorant

**Cultus Turc.** Turcæ unum solum D E V M , creatorē cœlestē carum. & terræ, qui ipsiſis ( ut aiunt) misit legem suam per prophetam Mahomet scriptam,

**Alcoran.** in Alcorano, id est, lectione, aut uera lege: **Alphurcan.** aliter uero à quibusdam dicto *Alphurcan*, Mahomet uero quod distinctionem, aut redemptionem xii temporum denotat. **Vixit autem Mahomet,** Anno

bus Heraclij sexcentesimo uicesimo, temporibus He-

clij. raclij, qui Phocæ parricide successit, in Gal-

Mahomet lijs, regnante Dagoberto rege, cum Longi-

er familia gobardij in italia dominarentur, fuitq; Ma-

Coralsch. homet natus, ex genere dicto Coralsch. Et

**Musulmans** quemadmodum nos Christianos appellavimus, Iamus, sic Turcæ se Musulmans, uel Messelmans,

mans. id est, saluatos, nos uero ipsorum lingua

**Caours.** Caours, id est, infideles nominant, & maxi-

mè quidem Græcos, quos nihil faciunt,

atq; contemnunt, quod quasi non resisten-

tes ob priuata odia, intestinas dissensio-

Turcarū iunes, & similitates, eos subegerint. De La-

dicium de tñnis tamen honorificentius sentientes, e-

Latinis. osq; homines militares, & bellicosos ess-

Freins, id prædicantes, quos Freins. id est, Francos ap-

pellant: neq; etenim differentiam lingua-

rum, & nationum harum scire solebant,

Fundamen- Fundamentum uero ipsorum fidei in hi-

tum fidei sce uerbis consistit: LAHILAHE, HILAL

Turcicæ. L A, MEHEMET RESVLLALLA TAN-

GARI BIR BEREMBERAC, id est,

D E V S

DEVS EST DEVS, NEC EST ALIVS DEVS, MEHEMET EST NUNCIVS, AVT CONSILIA-  
RIVS DEI, DEVS SOLVS, ET VERVS PROPHETA. Quæ uerba, si  
Christianus uel ex imprudentia, uel alia  
ratione, in ipsorum natione alijs audienti-  
bus pronunciauerit, aut ipsorum legem  
recipere, aut moitem subire cogitur.

In locum nostri Baptismi, ipsi circumci- *Circumcisio.*  
duntur, ut Iudæi, licet Circumcisionem  
(eorum lingua *Tsuneih*) parum curent, sæ-  
pius enim infantes ipsorum quinque uel se-  
ptem annos, uel etiam plures attingunt,  
antequam circumcidantur, & complures  
incircumcisi moriuntur. In circumcisione  
uerò magnam festiuitatem conuiuijq; pō-  
pam agunt: nulla etenim melior ipsis hi-  
larius largiusq; sese inuitandi occasio esse  
uidetur. Fit aut circumcision in hunc mo-  
dum: quam primum natus septimum aut  
octauum annum exegerit, sermonis iam  
peritus: idq; ipsis mysterium est, propter  
uerba confessionis, quæ ante circumcisionem  
requiruntur, erecto pollice manus  
*Parmach* dicto, hæc uidelicet, quæ ante in *Parmach*.  
fundamento illorum fidei scripta ostendi-  
mus Puer ob id non defertur in templum,  
sed in domibus parentum circunciditur.

C 5 Huic

**H**uic solennitati s<sup>e</sup>pe interfui, quae ita se  
**Circumci-** habet. Primo conuocatis amicis ad conu-  
**monis cere-** uium, quibus satis delicata parantur fercu-  
**mone.** Ia, ex omni genere carnium, quo ipsis ue-  
 sci licet, & passim (ut apud d<sup>i</sup>tiores) bos  
 c<sup>a</sup>editur, in hunc excoriatum & exentera-  
 tum includunt ouem, in qua gallinam, & in  
 illa ouum, quae integrè assuntur ad splen-  
 dorem illius diei. Deinde inter epulas tem-  
 pusq<sup>e</sup> cœnæ adducitur puer circunciden-  
 dus, cuius medicus illius artis glandem re-  
 tegit, & replicatam pellem forpiculis ap-  
 prehendit: deinde quod metum adimat pue-  
 ro, ait se in proximum diem circunctionem  
 peracturum, atq<sup>e</sup> ita discedit: mox simu-  
 lans, quasi omissum aliquid esset, quod ad  
 præparationem attinet, ex improviso pre-  
 putium abscondit, uulneri parum salis, &

**Muselman.** bombasini apponens: iam uocabitur Mu-  
 fulman, id est, circuncisus. Et die circuncisio-  
 Turcis quo nis non induntur illis nomina, sed ipso die  
 die nomina natali, quo in lucem eduntur, quæ talia  
 dentur. sunt; & primò Regum, ut Suleiman, Solomō  
**Suleiman.** interpretatus. Sultan Scelim, id est, princeps.  
**Sultan Sce-** pacis. Murathbegh, id est, desideratus domi-  
 lim, nator. Mustafa & similia Ducum, Pirin, Hai-  
 Ducum no- radon, Hader, Ebrahim. Dominorum humilio-  
 mina. ris conditionis, quemadmodum sunt Spa-  
 balar, Sauslar, Eminler, Behram, Memmi, Mehemet, Al  
 li,

li, Ahmat, Tcielebi, Paiazith, Chatsun, Hutsref. Cæ-  
 teris omnibus Mutfa, Ionuz, Schender, Perhat, Fer-  
 ro. Captiuorū ac seruorum maiori ex par- Captiuorū  
 te Seremeth, quod nomen significat auda- nomina.  
 cem, atq; uelocem. Postea continuato triū  
 dierum conuiuio, circuncisus ducitur in  
 balneum cum maxima pompa. Cum re-  
 dit domum, ducitur per conuiuas, qui pa-  
 rata illi munera offerunt: alij uestes seris-  
 ceas, alij scyphos argenteos, alij pecunias,  
 uel etiam equos. Mulieres quoq; indusia,  
 sudariola, & alia huiuscemodi. Iuxta uo-  
 luntatem & opes unusquisque conuiua-  
 rum donat. Foeminæ non patiuntur cir-  
 cunctionem, sed tantummodo iam dicta  
 uerba confitentes, Musulman efficiuntur. Si  
 autem ex Christianis quispiam sua spon- Christiano-  
 te confessio Mehemeto circuncidi se pa- rum circum  
 ciatur, quod saepe contingit, propter gra- cisorum con-  
 uissimum iugum, & onus tributi, talis du ditio.  
 citur per omnes uicos atque plateas ciui-  
 tatis, summo cum honore, & gaudio po-  
 puli sonantium tympana: ipsi quoq; dan-  
 tur munuscula, postea immunis efficitur a  
 solutione tributi, Haracs eorum lingua ap- Heracs.  
 pellati: Et cupiditate huius lucri, multi  
 Græci, quos Vrumlar, & Albani, quos Ar Vrumlar.  
 naular uocant, circunciduntur. Si quis ui Arnaucler.  
 compulsus, utputa qui Musulmanum fe-  
 riret,

ritet, uel uituperio afficeret, aut Mehemedum blasphemaret (quod uidi Episco-  
po cuidam Gr̄ecorum sectæ, contigisse) cir-  
cunciditur, illi nihil datur: à tributi tamen  
solutione liber erit, sicut & ceteri Musulman-  
lar, id est, Circuncisi.

**Turcarum Sacerdotes.** uero, illorum lingua *Talismani-*  
*sacerdotes.* niar & Mesen uocati, parum uel nihil diffe-  
*Talismani-* runt à laicis, nec etiam à proceribus cære-  
*ar & Mesen* moniarum, (quales apud nos sunt Episco-  
*sacerdotes.* pi) nec magna in ipsis doctrina requiritur:  
satis erit si Alcoranum, & Mussaphum no-  
uerint legere. Illi autem qui etiam inter-  
pretari secundum textum nouerint, peri-  
tiissimi habentur: quoniam non uulgari  
lingua Turcica, sed Arabica à Mehemme-  
to sunt tradita, quod nephias esse putant, si  
uulgari lingua interpretata describeren-  
tur. Eliguntur isti Pontifices à populo, sti-  
pendium autem à Rege pro labore acci-  
piunt. Vxores habent, & habitum ut se-  
culares. Si stipendium non sufficit pro-  
pter multitudinem liberorum, mechanica  
tractant, ac libero etiam homine digna at-  
tingunt: præficiuntur scholis, aut libros  
describunt. Apud illos sanè nullos uidi ty-  
pographos, sed chartam optimè parant.  
Alij alium quæstum faciunt, ut sartoris, su-  
toris, & similia.

Non

Non etiā desunt illis Monachi Deruislar, *Monachī*  
*uocati, uarij quidē, ac imprimis triplicis or* *Turcarum.*  
*dinationis.* Primus ordo talis est, qui ni- *Deruislar*  
*hil proprij habentes, quasi nudi incedunt,* *Monachi.*  
*præter pudenda pellibus ouinis tecta: &*  
*tempore frigoris ad cooperiendum dor-*  
*sum similiter pelle utuntur: latus, manus,*  
*pedes, & caput nullo prorsus tegunt ue-*  
*stimento. Exigentes eleemosynam tam à*  
*Christianis, quam à Turcis *Alahici* peten- *Alahici.**  
*tes, quod significat, propter Deum. H̄i*  
*deuorata herba *Maslach* uocata, in rabiem *Maslach**  
*agūtur, adeo ut per pectus totum in trān- *Herba homī**  
*uersum uulnus ducant, itidem per bra- *n̄es furiosoz**  
*chium uel nullo dolore dissimulato, & fun *reddens.**  
*gum arborum incensum capiti, pectori,*  
*manui superpositum non remouent, do-*  
*nec in cineres resoluatur. Aliud genus ui-*  
*di, qui incedunt pertusa uerpa, siue men-*  
*tula, & inclusō anulo ḡeo ponderis trium*  
*librarum, à coitu disclusi, obseruandam ca-*  
*stitatem. Tertium genus raro egreditur,*  
*sed manent die noctu' q̄ in templis, haben-*  
*tes in angulis templorum rugioli, sine*  
*calciamentis, uestimento, discoperto capi-*  
*te, nihil gestantes præter unam camisiam,*  
*multis diebus ieunij, orantes, ut Deus i-*  
*p̄s futura reuelet, quos rex Turcarū bel-*  
*lum moturus consuere solet.*

Habent

Habent Templas satis ampla, & summa  
*Meschit* tenuosa, ipsorum lingua *Meschit* appellata,  
 pl. in quibus nullas prorsus imagines uidi,  
 praeter hæc uerba, *Fila Gallib Illellah*, id est, nō  
 est fortis sicut Deus. Deinde conspicitur  
 magna abundantia lampadum ardentium  
 oleo, totum Templum dealbatum, paui-  
 mentum storeis stratum, ac desuper tape-  
 tis ornatum. Circa Templum turris mira  
 altitudinis, quam eorum sacerdos tempo-  
 re orationis ascendens, uoce alta, digitis in  
 aures insertis, hæc uerba ter repetit *Allach*  
*Hechber*, id est, Deus uerus unus. Auditio  
 clamore conueniunt in Templum nobis  
 les & otiosi, tatum deuotioni astricti. De-  
 inde praedictus Sacerdos descendens orat  
*Czalauat*. cum illis, & inclinationes faciunt, quas *Cza*  
*lauat* uocant, id est ex officio sacere debent  
 quinques inter diem & noctem. Primam  
 mane, secundam in meridie, tertiam ad ue-  
 speram, quartam tempore serotino, quin-  
 tam cum cubitum eunt. Neque uero te-  
 nentur adire templa pro inclinationibus  
 praestandis, si nolint, sed extendunt solum  
 in terram, ubi sunt, sudariolum, aut linte-  
 olum album, faciem super id quinques  
 inclinantes, manibus pectori impositis.  
 Quicunq; uero ueniunt ad orationem, de-  
 bent abluere manus, pedes, & pudenda:  
 postre-

postremo ter spargunt aquam super capita, recitando hæc uerba, *Elhemdu Lillahi, id est, gloria Deo meo.* Deinde exutis calciamentis *Patsmagh* dictis, eisq; ante ianuam *Patsmagh*. Templi relictis introeunt, aliij nudis pedibus, aliij habentes munda calciamēta *Mesih Mesih*. uocata, quibus non palpant terram. Fœminæ nunquam congregiuntur cum uiris, sed seorsum certo in loco, prorsus abstruso, à uirorū conspectu, & auditu, quod incircumcisæ sint, unde immundæ reputantur, & apud illos dicitur, ipsas non ingressuras Paradisum, sed præ foribus cum Christianis, mansuras, qui piè legem ipso-  
 rum seruauerint: ipsæq; rarius Templum frequentant, ut tempore *Bairam* pâschatis, *Bairam* pâ-  
 nonunquam diebus Veneris, quæ *Gsuma-scha*.  
 agn eorum lingua uocatur, orantq; ab ho *Gsumas*  
 ra nona noctis usq; duodecimam, utputa agn.  
 medium noctem: atq; inter orandum cor- *Mulierum*  
 pus continuo agitatu, & uociferationibus *Turcicarū*  
 mirè affligunt, ut sæpius uiribus & animo orationes.  
 defectæ, in terram pronæ concidant, & si  
 aliqua ab eo tempore se grauidam sense-  
 rit, spiritus sancti gratia imprægnatam es-  
 se affirmat. Cumq; pariunt, ab ipsis nati  
*Nefes Oglu*, id est, *Animæ*, uel *Spiritus san-  
 cti filij* appellantur. Ita mihi narratum est  
 à pedissequis earum: nam nec ipse uidi, nee  
 aliquis

aliquis uirorum huic spectaculo interesse  
**Virorum Turcicorum o-** potest. Virorum autem orationibus cum  
ratio. hero meo saepe interfui, quibus mos hic  
**Tsalma.** illorum lingua uocantur non deponunt,  
sed summis digitis attingunt, quasi eleu-  
turi, genibus incumbunt, & terram saepe  
deosculantur. Christianum eorum sacris  
interesse nepharium putant: credunt enim  
ab hominibus (ut ipsi aiunt) illotis, sua te-  
pla contaminari, quippe Christiani non  
usurpant illorum more frequentia lau-  
cra. Ibi Sacerdos illorum suggestum ascen-  
**Turcarum conciones.** dit, ac ad duas circiter horas concionatur:  
peracto sermone ascendunt duo pueri, qui  
cantando suas preces pronuntiant. pera-  
cto eorum cantu, incipit Sacerdos cum to-  
to populo submissa uoce cantare, quassan-  
do corpus in latus, nihil aliud praeter hæc  
uerba, *La illah illellah, id est, non est nisi unus*  
*Deus.* sic media ferè hora personat, ac mo-  
uetur. Huiusmodi autem orationes, & ce-  
remoniæ, ut cantus prædicatio, non fiunt  
singulis diebus, nisi tempore Quadragesi-  
mali & die festiuo, utputa die Louis, ab ho-  
ra nona noctis, usq; duodecimam. Et ipsa  
**S V N E T** dies Veneris, a qbusdā religiosissime colit.  
**incircumci-** Pro magna iniuria apud ipsos habe-  
sus. tur, si quem sunet, id est, incircumcisum  
appel-

appellent. C H R I S T V M dominum no- Fides Tur-  
strum in magna ueneratione habent, & cre carum de-  
dunt eum natum ex uirgine Maria, quam Christo.  
ipſi appellant Meriem Ana, & à Deo præ MERIEM  
latam omnibus creaturis, Angelo ei an. A N A ma-  
nunciante ipsam concepturā ē sancto Spi- ter Dei.  
ritu uerbum D E I, quod nominaretur IHE-  
S U S, quem ipſi appellant I E S S E uel I S S A I E S S E uel  
Bereimber, id est ihesum Prophetam. De I S S A B E-  
quo etiam dicitur in ipsorum Alcorano REMBER.  
capite Elnea, id est, de mulieribus, non esse  
dicēdū de Deo nisi ueritatē: N A M I H E S V S  
C H R I S T V S E S T D E I V E R B U M,  
Q V O D M I S I T I N V I R G I N E M  
M A R I A M P E R S A N C T U M S P I-  
R I T U M. Si quis eū blasphemauerit Tur- Lex Turcio-  
cus, Iudeus aut Christianus ille punitur ca de bla-  
non secus ac si Mehmet blasphemasset. sphemia.  
Pæna uero blasphemiae sunt 50. iactus su. Pæna bla-  
stium, & multa pecuniaria. Non credunt sphemia.  
eum mortuum per manus Iudæorum, sed  
alium fuisse quem pro ipso Iudei ceperint.  
Honestiorem enim melioremq; hominem  
& præstantiorem Prophetam fuisse, quam  
qui debuerit iniuria affici à tam perdita  
gente Iudæorum, quam habent pro uilis-  
fima totius mundi, hos appellantes Chi Chifout, &  
fout, uel Chifouler, eosq; tanto odio atq; con Chifouler.  
temptui habentes, ut ne quidem in ipsoru

sodalitio comedere dignentur, nec iungit  
 matrimonio Iudæis, licet saepius Christianas  
 ducant, quas uiuere ipsarum legibus  
 permittunt, & delectantur cibum capere  
 cum Christianis. Adhæc quod maius est,  
 si Iudæus uellet abnegare suam legem, &  
 Turca fieri, nunquā recipere tur, nisi prius  
 sacra baptismatis aqua ablutus, & Christianus  
 factus sit. Inter sacras literas habet  
**Ingil.** nostra Euangēlia, quæ uocant *Ingil*, sed ex  
*ihs* decerpunt, & adimūt passionem Christi, dicentes, eam in irrisione Christianorum  
 à Iudeis adiunctam esse. Picturas, i-  
 magines, arcis sculpturas non ferunt, idq; ex lege Mosaica tenent. Dicunt oratio-  
**Oratio Do-** nem Dominicam, ut nos, in linguam Ar-  
 minica. arabicam & Sclauonicam translatam, quasi  
 de uerbo ad uerbum quæ in hunc mo-  
 dum sonat.

## DOMINICA ORATIO

Slavon. Ling.

Oisse nast, li yesi na nebesii,  
 Pater noster qui es in cœlis,  
 s̄uetisse ime tuoie. Pridi  
 sanctificetur nomen tuum. Adueniat  
 Kralyeustuo tuoie. budi uolia tuoia,  
 Regnum tuum. fiat uoluntas tua,  
 kato na nebū i na zemlij. Kruha  
 sicut in cœlo & in terra. Panem  
 nassega

nassega ftagdaniega dai namga  
 nostrum quotidianum da nobis  
 danass, i odpusclainam dughe nasse,  
 hodie, & dimitte nobis debita nostra,  
 Kato i mi odpusclano dusuikon  
 sicut & nos dimittimus debitoribus  
 nassijm, i nepel ai nats v  
 nostris, & nenos inducas in  
 nafast, da izbaui nats od  
 tentationem, sed libera nos a  
 nepriaxni, Amen.  
 malo, Amen.

## DOMINICA ORATIO

Lingua Turca.

Babamoz, hanghe gugtessen chuduss  
 Pater noster qui es in celis, sanctificetur  
 olssun ssenung, adungelsson ssenung  
 nomen tuum, adueniat regnum  
 memlechetun, olssum ssenungh istedgunh  
 tuum, fiat uoluntas tua  
 nycse gugthe ule gyrd. Echamegumozi  
 sicut in cœlo & in terra. Panem nostrum  
 hergunon uere bize bugun, hem  
 quotidianum da nobis hodie, &  
 bassa bize borsligomozi, nycse  
 dimitte nobis debita nostra, sicut  
 biz de baslaruz borsetigleremozi.  
 & nos dimittimus debitoribus nostris.

D 2 hem.

hem yedma byzegeheneme, de  
 Et ne nos inducas in tentationem, sed  
 churule bizy iaramazdan, Amen.  
 libera nos à malo, Amen.

## S A L V T A T I O

Angelica.

Zdraua Mario milostii puna, gospodin  
 Aue Maria gratia plena, dominus  
 stobom, blasena ti meu senami, i  
 tecum, benedicta tu in mulieribus, &  
 blasen isad utrobe tuoye Iesus  
 benedictus fructus uentris tui Iesus  
 Krisius.

Christus.

Diabolum, qui ipsorum lingua est Sei-  
 Seuhan. than, exhorrescunt, ut & nos. Ante preca-  
**Diabolus.** tiones, & inclinationes lauant pedes, ma-  
 nus, ac uultum cum toto corpore, in pri-  
 uato quoties id facere possunt. Similiter  
 & se abluunt post omnes egestiones, & e-  
 xonerationes naturæ, in quibus tam uiri,  
 quam foeminæ tantam honestatem seruat,  
 ut pro maximo pudore ducant, uideri uel  
 deprehendi, id quod exprobrant Christia-  
**CHVNVP** nis, eos appellando Chunup Caour, id est, sor-  
**CAOVR.** didos, spurcosq; Christianos. Duas qua-  
**Ramada.** dragesimas quo rannis agunt, quas Rama-  
 dam appellant, & quolibet tempore per  
 men-

mensem ieunant, quem uocant *Lunam*, to- *Luna.*  
 to quidem die à cibis abstinentes, sed tota  
 nocte genio indulgentes. Licet enim illis  
 omnia manducare præter suffocatum, &  
 porcinas carnes. Suffocatum ab eis, *Mur-*  
*dar*, id est, cadauer siue immundum & por-  
 cus *Domuz* uocatur. Quadragesima pera-  
 cta, Pascha celebrant, eorum lingua *Bayram* *Bayram.*  
 uocatum, magna cum solennitate per tri-  
 duum, oblinientes ungues manuum & pe-  
 dū certo ceromate ab eis *Chna* appellato,  
 quod unguis rutilos efficit: eadem quoq;  
 tinctura caudas equorū & pedes imbuūt.  
 Hic color tenacissimè heret, nec ablui, aut  
 extergi potest: quamobrem nisi noui à ra-  
 dicibus unguis exierint, semper rutilan-  
 tes apparent, sed de manibus frequenti lo-  
 tione potest deleri. Mulieres non solum  
 unguis sed manus, atq; pedes illo cero-  
 mate imbuunt. In ipsorum etiam Pascha-  
 tis, magnas inter se salutationes faciunt, si-  
 bi inuicem bonum diem, & fœlicem an-  
 num precantes, ut nos primo Ianuarij die.  
 Non incident autem dies isti festi in idem  
 tempus, sed unus aliquando in Aestatem,  
 alter uero in Hyemem, aut in Ver, uel in  
 Autūnum: quod propterea accidit, quod  
 ipsorum anni ratio non subducitur secun-  
 dum solis, sed lunæ cursum, quam ipsi *Hay* *Hay.*

nominant, & in magno honore habent, præcipue crescentem. Visam incontinenti salutantes, & in primis in bellis maximo clamore, alta uoce, bombardarum dislosionibus, sonitu & clangore tubarum. Eius etiam figuram mulieres & pueri in collo, atque auriculis pendentem, gestant, ut

**Nalcha.** nos imaginem crucis Christi, eamque Nalcha nominant, quod repræsentet formam soleæ ferreæ equi.

Præter ipsorum sacerdotes, qui sunt **Derviz MESEN, & TALISMANS,** habent & **Der-Sophiz.** his, **Sophiz.** **Demfcher.** **Serifz.** aliasque species reliquias, giosorum, differentes in uestitu, & ceremoniis, ut & nostræ.

**Turcarum** Si quis ex Musulmanis moriens testamata & te mentum condere constituit, talia ferme uestimenta. gata fiunt, adhibitis amicis & uicinis : ut aut riuos deducere ex longinquis partibus ante aliquod hospitale, aut templum, siue in locum aridum, qui frequentatur ab hominibus **Hairitsi**, id est, pietatis gratia, & **Gasianitsi**, id est, pro anima. Alij captiuos, & emptitios seruos legant liberos faciendo. Mulierculæ enim (ut hoc genus præceteris superstitionum est) legant pecuniâ militibus, pro certa cæde Christianorum. Id putant magnò ad salutem suæ ipsarum animæ prodesse. Reges uero templo, hospita-

spitalia, extruenda constituunt, & alij si qui sunt potentes.

Vbi quis moritur ex Musulmanlaris masculus, tunc masculi funus curant: si foeminae defunctorum, foeminæ. Abluunt cadauer, ac nitidissimis lineis induunt, postea effterunt extra urbem in locum aliquem: nphas enim est in templis sepelire. Procedunt cæroferarij cum candelis Monachi illorū, subsequuntur sacerdotes cantillantes interim, donec ad sepulturæ locum perueniant. Quod si pauper fuerit ille defunctus, pro laboribus religiosorum plateatim collectæ pecuniae solent illis offerri.

Demortuo uero' hoc modo Sepulchrū, *Aedificium ipsius Tulbe dictum*) construunt. Conditorio superædificatur (utputa Regio) templum, ipsi enim Reges in urbe sepeliuntur: Diuitum & pauperū instar altaris in eam altitudinem, ut bestiæ insultare, aut locum conspurcare non queant. Sæpius eodem luctu redeunt, & inferias ciborum monumento superposito, panes, carnes, caseum, oua, lac, nouendialis coena, more Ethnorum, pro anima defuncti deuoratur à pauperibus, aut auib. cœli, & formicis. Dicunt enim æquè gratum esse Deo, offerri elemosynam tam brutis egentibus, quam hominibus, cum ob amorem Dei offertur.

Multos uidi, qui auiculas reclusas, data pecunia ualoris auiculae, euolare iusserint, alios panem piscibus in flumen projcere amore Dei, dicentes se pro tali pietate erga egētes mercedem amplissimam à Deo consecuturos.

**Turce su-** Natura uero Turce sunt superstitionis, creperstitutionis. dentes miraculis, somnijs, prophetijs, & diuinationibus, inter quas uidi eos uti cera liquefacta in aquam coniecta, & fabis signatis, alijsq; diuersis modis. Certò prædestinationem credunt, & quod in ipsorum fronte hora mortis scripta sit, quam effugere non liceat, unde bestiarum more pericula adeunt, præcipue uulgus: nam potentiores nō sunt eius opinionis. Sanctos quoq; habent, quos inuocant in certis necessitatibus & morbis, ut & aliqui Christiani. Nostrorum uero sanctorū nullum norunt, excepto D. Georgio, quem uo-

**DERE-** cant Dereletz Bozaile, id est, equitem in equo  
**LETZ** leucopæato, &, ut mea fert opinio, eum  
**BOZAT.** non alia de causa honore prosequuntur,  
**LE.** quam quod pictus sit instar hominis militaris, cui hominum generi magnum honor rem deferunt.

**Peregrinas** Utuntur etiam peregrinatione & iustificatione. Peregrini, eorum lingua *Hagilar ap-*  
**tio Turca-** rum. *pellati*, loca ab ipsis sancta habita inuisunt,  
uide.

uidelicet *Mecham*, *Medinum*, ut nostri Hierosolymam: ibi autem Mehemetum obijſſe: sed non minus quæſtus gratia quam religionis & deuotionis. Ibi uiso calciamen-  
to *Tsaroch* uocato, quod inauratum ſolummodo à teſtudine templi pendet, coēm-  
ptis ſubtiliſſimis telis, *Chumas* dictis, in pa-  
triā regrediuntur magno cum lucro. Et  
cūm redierint, alij uectant deuotionis gra-  
tia aquam in utribus plateatim, idq; ob-  
uijs ſitientibus gratis offerunt: alij rem ſuā  
agunt, & ſi qui in itinere pereunt quocun-  
que modo, etiam ſi non ueniant *Mecham*, ni-  
hilominus in peregrinorum numero ha-  
bentur.

Si quid præterea boni in ipeſis eſt, hoc  
eſt, quod charitatē libenter exercent, &  
crebra hospitalia fundant

Habent etiam xenodochia *Imareh* appel *Imareth*.  
lata, ex teſtamento Regum condita, ubi da *Eleemosy*  
tur cibus pauperibus atq; peregrinis, ſed na *Turca-*  
alibi aliis. Sunt qui dant oryzam *Pirincis rum*.  
*Tſorba* diētum cum carnibus: alibi *Bogdaias*,  
qui fit ex tritico, pro obſonio: additur pa-  
nis fatis magnus: potus quem præbent, eſt  
aqua. Cæterūm pernoctandi ibi aut dor-  
miendi locus nulli conceditur, ſed habent  
alium locum pernoctandi publicum *Char-*  
*uafarie*, ubi gratis recipiuntur hospitio: nō  
D s habent

habent tamen lectos, sed in fœno uel stramine sub techo dormiunt.

**Victimæ** Immolant etiam uictimas, sed plerumq; Turcarum. uotiuas Chorban tam Turcica, quam Arabi Chorban. ca linguis uocatas, in morbo enim aut periculo ouem uel bouem pro cuiuscq; opulentia in certis locis se sacrificaturos promittunt, uoti deinde uictima non comburitur in holocaustum, ut Iudæis mos est, sed maſtato animali, cutis, caput, pedes, & quarta pars carnis sacerdoti præbetur, altera deinde pars datur pauperibus, tertia uiciniis. Cæteras reliquias ipsi uictimatores sibi, & comitibus parant ad uescendū, neq; tenentur uoto, si è morbo uel periculo erepti nō fuerint. Omnia enim illorum conditionalia sunt, dabo si dederis. Similis etiam apud Græcos & Armenios, & cæteras nationes Asiaticas Christianæ religionis cultus obſeruatur.

**Ritus Tur-** Quantum ad uictum & potum ipsorum carum in ea attinet, satis sordidi sunt, in terra recumpiendo cibentes, cruribus in crucem plicatis, circa bo, rotundam tabulam ualde demissam: à ditioribus coopertam, pellibus maioricis, quæ deauratae sunt flosculis: à tenuioribus uero genitus planis: quæ tabula circundata est linteo longo & stricto quo utuntur pro mantili ad abſtergēdas manus. Cum itaq;

Itaque manducandum est, subiiciunt storeas  
*Hac*ser uocatas, deinde insternunt tapetia,  
 aut puluinaria. Alij in nuda humo discum  
 bunt. Mensa illorum *Tsophra* dicta, ex corio  
 sit, & explicatur, & contrahitur, ut marsupium.  
 Non assident nostrorum more, nec  
 discumbunt ueterum ritu, ut cubito inni-  
 tantur, sed decussatim pedibus inter se co-  
 plicatis more sartorum: antequam cibum  
 sumant oratio præmittitur. Raptim co-  
 medunt, & magno silentio.

Omnium ipsorum delicatissimi cibi *Cibus Turc*  
 sunt dulcia, & caro concisa cum multis ce-  
 pis & aromatibus, *carū qualis,*

Utuntur & ipsi quoque non pessimō pa-  
 ne *Echmech* dicto, nigro & albo, quemad-  
 modū & nostrates, sed illi spargunt quod-  
 dam genus seminis *Sussam* uocatum, super *Sussam.*  
 recentem panem, postea coquuntur, quod  
 tribuit magnam suavitatem manducanti-  
 bus, quo nusquam utuntur nostri, præter-  
 quam in Hispania passim in quibusdam  
 locis, uidelicet in regno Granatæ, & circa  
 Ciuiliam. In edulijs illis multiplex ars, &  
 uaria conditura: cibus uero maxime solen-  
 nis est, plus ex oryza & mel, ita addensata,  
 ut partes inde manibus decerpantur. Pi-  
 scium mira abstinentia. Carnibus omni-  
 bus utuntur præter porcinis. Nullę ibi ta-  
 bernas

bernæ hospitijs designatæ, aut publica diuersoria, quemadmodum apud nostrates, tamen in plateis diuersa uenduntur cibaria, & alia huiusmodi ad uictū necessaria.

Triplex illis potus: Primus ex succaro, **Secher.** ab illis Secher uocato, aut melle diluto a **Tserbeth.** qua, Tserbeih appellatur is potus. Secundus ex truis passis detractis acinis in aqua decoctis, additur deinde aqua rosacea, & **Hossaph.** aliquātulum ueri mellis, & hic potus Hossaph uocatur, & uenditū ubique locorum in Turcia, est enim dulcis & inflat uentrem. Tertius fit ex illo defruto Pechmez appellato quod ex musto factum, speciem mellis præ se fert gustu & uisu, diluitur enim aqua, & datur seruis ad bibendum. Vinū lege ipsis est interdictum, sed aliquando bibunt, si in id inciderint, eoque se inebriat, præsertim homines militares, qui id pro crimine non ducunt, sed saepius ex propo sito faciunt, uel conflictus, uel oppugna tionis tempore: Quod si uinum non inueniant, comedere consueuere herbam, quā **Afion.** ipsi Afion: pharmacopolæ uero Oppion esse dicunt, quæ omnem metum, sollicitudinem, curam & anxietatem ipsis eximit.

Hoc etiam apud illos laudandum, quod nunquam utantur papyro, in qua sit scri ptura, ad rem spurcam, uel inhonestam, ne qui-

quidem etiam ad pecuniam obuoluendā,  
ob metū, ne nomen Dei illī cōscriptū sit.

Tantam reuerentiam Turcę Machome- *Turcarum*  
ti traditionibus & statutis præstant, ut nō reuerentia  
solum Deum (quod nostris pleruncq; acci- & obedien-  
dere solet) non blasphemant, imò schedam *tia erga*  
quomodo cunque scriptam in terra iacen- *Deum.*  
tem si repererint, erectam, & sæpius deo-  
sculatam, in rimam aliquam parietis po-  
sitam, obstruunt: dicunt peccatum esse, si  
literæ, quibus nomen Dei & lex Macho-  
meti describuntur, pedibus conculcentur.  
Et nemo audet Christiano, uel alterius fi-  
dei seu religionis homini uendere Alco-  
ranum, aut alia eorum scripta, ne abiecta  
palpentur pedibus, uel immundis mani-  
bus contrectentur: alioquin capitis pœna  
plectentur, quare in hac re nobis profe-  
cto meliores dici possunt.

Dies nobis Veneri sacer, illis Domini-  
cus est, & eum uocant *Iumar*, ut suprà dixi. *Iumar.*  
mus etsi à laboribus non ferientur, ad mi-  
nus, post meridiem, & noster dies Domi-  
nicus ipsis est *Bazar*, id est, mercatus, eo ete. *Bazar.*  
nim die ipsis suos mercatus celebrant.

Ad rem familiarem ipsorum & familiā *Res familiā*  
quod spectat. Matrimonium eorum in *res & fami-*  
*gia Eulenmech* uocatum. tale est. Coēunt nu- *lia Turca-*  
*ptiæ* sine iuramento, accipiunt plane in- *rum.*

*dotatas,*

dotas, propemodū emere cogūtur, contrario (quam olim apud Romanos) more, ubi gener emi solebat, nō nurus. Nihil habet spōsa in corpore cultus uel ornamēti, quod non cogatur à soceris redimere.

Permissum est ipsis habere, atq; fouere tot mulieres, quot alendis sunt sufficiētes, non tamen habent, nisi unicam legitimē desponsatam, minime obstante lege, quæ ipsis permittit ducere usq; ad 4. Mulieres ipsis dotem non adferunt, sed uiri patri ac matri pecunias donant, ut filias ipsis elo- cent, magnaç; festiuitate nuptias celebrāt.

**Diuorūm** Nihilominus tamen, si postea alterutri cō-  
Turcis libe- iugum matrimonium displiceat, ipsis li-  
rum est. bertas separationis relictā est, & integrum  
cuique ad alterius matrimonium transire.  
Diuortium autem apud illos faciunt im-  
probi mores, uel infœcunditas: cognoscit  
de istis rebus iudex ipsorum.

Inter seruos etiā matrimonium permit-  
tunt, sed geniti ex illis uernæ fiunt.

**Ritus mulie- rūm Turcas** Mulieres nunquam domo egrediuntur  
facie aperta. Et cum elocatae sunt aedes pa-  
rum, rentum, uel fratum, non frēquentant, sed  
matri, sororibus, & consanguineis inuite-  
re licet.

Ipsæ capillos tingunt, ut & manuum, &  
pedum superiores partes, herba, quam

CNA

CNA uocant, repræsentante folia myrti, CNA her-  
 eamq; imbuunt liquore malorum puni- ba.  
 corum, aut cytriorum, unde ipsarum capil  
 li, pedes, & manus fiunt ualde rubicundæ,  
 præsertim ungues, id quod sæpius eas sa-  
 cere uidi, non durat autem iste color non  
 diu 14. diebus, aut tribus septimanis,  
 tunc etenim reiterandus est, eumq; pro ma-  
 gno ornamento, atque decore habent. I. *Vestimenta.*  
 psarum uestimenta omnia sunt in anterio-  
 ri parte aperta usque ad pedes, excepto in-  
 dusio quod Gumlesh illi uocant, quod inter  
 eundum uidetur, plæruncq; è multitudo fa-  
 ctum, circundatum segmentis ex filo au-  
 reo usq; ad strophium collare. Tenuioris  
 autem conditionis utuntur, confecto ex  
 tela, aut uariata, aut pellucida, prætexta ta-  
 men lemniscis: & desuper cinguntur larga  
 zona, quæ bis ipsarum corpora ambit.

Vestimenta uero ipsarum nihil differunt *Vestimenta*  
 ab habitu uirorum, præterquam quod pa- mulierū Tur-  
 rum per sint in pectore coarctata manicis cicarum ni-  
 æquè longis, strictis, ac pendulis, ut uiro- hil, uslpari-  
 rum. Viris in nostris uestimentis nihil ab- differunt à ui-  
 surdius uidetur, quam subligacula caliga- rorum habi-  
 rum, que ipsis summoperè displicant, & p tu.  
 inhonestis habent, nec Græcis ea portan-  
 tibus: et si inueniant Christianum eo loci,  
 ubi ipsi præualent, ea illi amputant.

Sunt

**Zelotypia** Sunt præterea admodum zelotypi, sū Turcarum. perbi & iactabundi, & in uniuersum omnes ita arrogantes, ut somnient, non esse nationem in toto terrarum orbe ipsis æqualem, uel comparandam, & arbitrentur se toti mundo subiugando sufficere. Colunt milites, & præ omnibus nobilitatem: nam si Christianus ipsorum legem recipiens, ipsis persuadere potest se nobili prospicia **Cheleby.** natum, honorem ei deferūt, eumq; Cheleby dicunt, id est, nobilem.

Delectantur uestitu splendido, & opulentio, & inter alia acinacibus & gladijs, **Cymeterræ.** quos ipsi Cymeterras uocant, auro, & argen- **Genius Tur** to ornatis. Natura sunt homines hebetis carum qua- crassiq; ingenij, pigri, ociosi, nihili, & plæ- lis. runq; ingluwiei dediti, adeo, ut totum triduum mense assideant, non surgentes, nisi lotij reddendi gratia, & si somno capiantur, eodem loco obdormiant: nunquam tamen recte exhilarantur, nisi uino, quod, licet ipsis interdictū sit, à Christianis & Iudæis comparant. Quantum mihi uidere, & cognoscere licuit, ualde accedūt ad Germanorum mores, præsertim in pulchritudine & uenustate corporum, linguae suæ pronunciatione, & magnanimitate bellica, literarum cognitione ipsis inferiores, nullius nisi legis suæ periti. Veruntamen **Prin-**

Princeps aliquot libros philosophicos Aristotelis habet, traductos in linguam Arabicam, in quibus aliquando legere solet, ut & prædecessores sui factitabant.

In bellis secum ferunt magna uolumina chartarum conscriptarum, in medio quarum depictæ sunt formæ gladiorum, hastarum, arcuum, sagittarum, & pugionum, sibi imaginantes, se ipsis à læsione & uulneratione immunes fore. Omnis generis luxuria ad quam propensissimi sunt, ipsi concessa est, nec in militiam eunt, nisi ui, & ictibus fustium compulsi, præsertim si periculum subesse sentiant, auarissimi adhæc omnium gentium,

Domus ipsorum paruae, humiles, curtaq; supellectile, & nullo ordine instructæ sunt, & inferiori parte auleis uel tegetibus confratæ, ut dixi, unde cum calceis eas non ingrediuntur, sed præ foribus relinquent eos, facile enim exui possunt ac detrahi, ut nostræ crepidæ, appellati lingua ipsorum *Posmach*: iij uero, quibus in profectionibus, & in agris utuntur, & in pedibus retinent, *Papouoch* uocantur. *Posmach.* *Papouoch.*

Dormiunt in hypostromatis ex subtili lana, coopertis serico, & alio panno bombycino pro cuiuscq; facultatibus: non enim na Turca-plumis utuntur. *Linteamina* ipsorum con-

*E ficiunt*

ficiunt ex crassa tela, cooperta opere ex se-  
rico acuminato pulcherrimo & singulari,  
ita ut linteum non uideantur, cuiusmodi o-  
peris quam plurimum inuentum in mu-  
nitissima urbe Methone, a nostra classe in Pe-  
loponneso capta. Comedunt ex uasis grecis  
incoctis largis, atque profundis.

**Turcarum** Rustici per seruos suos agros colunt, qui  
operatio- decimam dependunt suo Imperatori. O-  
nes. pifices uero artibus mechanicis se sustinēt.  
Qui otium colunt, fame contabescunt. Mer-  
caturam quoque strenue exercent. Asiam  
mīnorem, quam nunc Natoliam uocant,  
Arabiā, Aegyptum peragrant, ad Vene-  
tos sese deferunt. Balnea in singulis ciuita-  
tibus habent, ubi solenni more, bis, uel ter  
selauant. Si reddunt urinam, mutonem,  
sive mentulam lauant. Si uentrem soluūt,  
podicem abluunt: idem fit a mulieribus.  
quos sequuntur serui, uas aquae plenum  
gestantes, masculum masculus, & fœminā  
ancilla. Et cum exeuunt lauatum mulieres  
ungunt se quodam genere ungueti, quod  
post medium horam pilos cadere facit, ui-  
ri ipsi et radunt mutones, nec quouis mo-  
do sinunt crescere pilos, sed singulis men-  
sibus bis uel ter ita faciunt, tam masculi  
quam fœminæ: & maximè cum tempora fre-  
quentant, alioquin ignibus cut uiolatores  
sacri

sacri loci) traderentur. Habent etiam diuersos artifices, ut sartores, sutores, auri, argenti, & omnis generis metalli fabros, similiter carpentarios, pictores, lapicidas, sed non tam subtilis & præstantis ingenij, ut in istis partibus nostris.

Tam Christiani, quam Musulmani, a- *Turcarum*  
*gross, uineas, & pascua colunt, habentes fru-* *agricultu-*  
*mentum simile nostrarum regionum, tri-* *ra,*  
*tici, milij, hordei, auenæ, siliginis, fabarum,*  
*& omnium generum legumina: insuper*  
*oryzam in abundantia, lini, bombacis,*  
*plus quam hæ regiones. Vineta quoque*  
*utracq; gens possidet fructu eius uariè uten-*  
*tes. Christiani uinum conficiunt, & Tur-*  
*cæ mel eorum lingua Pechmez uocatū, uvas Pechmez;*  
*passas quasdam ita medicantur, ut semper*  
*& uisu, & gustu recentes appareant, has*  
*Vzum Turssi uocant. De fructibus in magna Vzum*  
*copia habent. Ibi peponum, melonum, Turssi,*  
*cucumerum, suo tempore horti & agri re-*  
*pleti. Ibi nuces, poma, pira, mala punica,*  
*nuces castaneæ, ficus, cerasa, poma narran-*  
*za, & alia id genus uili pretio, sed non in*  
*omni regno. Sunt etiam loca ut passim in*  
*Cappadocia & Armenia minori, ubi nihil*  
*horū (propter ualidū frigus) possunt habe-*  
*re. Habent etiā opiliones Sobanlar appella-* *Animalium*  
*tos, hi semper in solitudine degunt, & ad diuersitas.*

pabulum singulis fere mensibus sedes mutant, nullas prorsus domos, uel possessio-nes præter tentoria, & greges armatorum possidentes, sed pascunt camelos, mulos, equos, boues, oves, & hædos: conficiunt caseum, butyrum: tondent lanam, inde faciunt penulas *Ghepenech* appellatas, tape-tia: ea uendunt & inde emūt frumentum, ad uictum suæ familiæ. Omnes prædicti dependunt decimas Regi Turcarum, de omnibus quolibet anno creatis animalibus. Insuper Christiani sub tributo uiuen-tes, coguntur dare tributum, uidelicet, de quolibet masculo unum coronatum. & quod est crudelissimum, etiam filios om-nes uxores non habentes, ui abripiunt, singulis quinque annis perlustrantes do-mos eorum. Non curant ædificare, uel uel acquirere quicquam: præcipue uero serui magni Principis, quod ipsis morien-tibus ille tertiam partem omnium bono-rum occupet, sæpius etiam uniuersa bona potentiorum, ut sunt Bassæ, & Beglerbeij, liberis stipendum ex ærario cōferens. V-tuntur & alijs moribus, & rationibus ui-uendi, quas commemorare minimè necel-se est. Quapropter cum nonnulla de hisce dixerim, finem faciam iam ferè modum prætergressus.

Ad

Ad extremum magnus Princeps, qui  
hodie rerum potitur, dictus est *Sultan Sely-*  
*man.* Nam *Sultan uel Soldan uel Souldan* lingua  
Mauritana denotat regem uel principem,  
aut superiorem, & sic eum Turcæ appellant,  
quando de eo familiariter loquuntur.  
Verum cum per reuerentiam eum nomi-  
nant tunc solum *Vngiliar* dicūt quod quasi *Vngiliar*.  
maiestatem sonat. Interim dicunt *Sultan Se-*  
*lymam Cham*, quod pronunciant *Tchaam*, quæ *Cham*.  
uox denotat Dominum, sed lingua Tar-  
tarica, non Turcica, id quod mea opinio-  
ne nonnullos Latinos mouit, eum uocare  
*Sultanum Soleymannū Psacum*. Ego eum  
à Turcis audiui nominari *Badichaa* & *Badi-* SVLTAN,  
*chaum*. *Seleymanus* uero tempore, quo hęc SELEI-  
scribimus quinquaginta annorum uel cir MAN,  
citer est, & ut cognoui, procerę stature, ma PSACVS,  
silentus & disparis proportionis, facie fu- Badichaa et  
sca, capite raso, uno cirro in uertice saltem *Badichaa* um  
relicto, pro more Turcarum, quo melius Effigies For-  
collocent suum *Tolopam*, quod est ornamen mae Sultanū  
cum capit is è Sindone, fronte eleuata & *Selymanni*.  
larga, oculis prægrandibus & nigris, naso *Tolopan*.  
alto & nonnihil incuruato uel aquilino,  
mystace longo & rubro, mento raso forcipe  
non nouacula, collo longo, gracili, &  
pendulo, natura melancholica, pauci ser-  
monis, risus, naturæ ad iram præcipitis, &

omnibus ludicris exercitationibus alienę.  
 Cætera uero habitus, uirtutum compos,  
 & uix bonus inter suos, legis suæ cultor,  
 moderatus & temperās, pacis & tranquili-  
 litatis studiosior ullo suorum antecessore,  
 quod Turcæ ipsius pusillanimitati ascri-  
 bunt. Ad hæc benignus & humanus, fidei  
 & promissorum obseruāns, nec offensa.

**Oblectamē-** rum tenax. Oblectamenta ipsi sunt lectio  
*ta Sultani* librorum philosophicorum & legis suæ,  
**Soleyman-** in qua ita instructus est ut suus Mofty, nec  
*ni qualia.* ipse in eius cognitione ulteriores progres-  
 sus facere queat. Liberalis non æstimatur,  
 sed parcior restrictior'q; suis antecessori-  
 bus. Obnoxius est gubernationi atq; con-  
 filij, eorum quos amat, & quibus confi-  
 dit, quamvis aliquando abstinatus & ca-  
 pitosus inueniatur. Ter in hebdomada co-  
 ram ipso historiæ antecessorum leguntur,  
 quibus non patitur inseri ullum menda-  
 cium ipsi cognitum, nec adulaciones, sed  
 solum uerum, purum, & nudum factum  
 exponi, nec alijs rebus insistit, uel intendit  
 quām machinationibus & artibus contra  
 uicinos & alias gentes usurpati, uerisq;  
 narrationibus concernentibus tractatio-  
**Mustapha.** nem rerum. Habet filium Mustapham æ-  
 tatis annorū triginta circiter, qui est præ-  
 ses Iconij & omnium maritimarum regio-  
 num

num Magnesiæ, quæ respiciunt insulas Chium & Lesbum, Rhodum uersus ubi ipse residet.

Nunc, quo narratio absoluatur, & quibusdam satis fiat, admiratibus Turcarum principis potentiam indies augeri, nihil Potentia Imperiorum eum perdere, dicā quo ordine & quibus rationibus utatur in prouincijs acqui-  
Turcici quo sitis, & quomodo ipsas gubernet. modo con-

Quando itaq; cepit uel debellauit regio seruetur.  
nem, primo omniū demolitur & destruit  
omnes munitiones quæ ipsi nihil seruire  
uel alicuius momenti esse uidentur, ut &  
mœnia omnium aliorum oppidorum. Ee-  
si in ijsdem sint familiæ opulentæ atq; po-  
tentest, uel habentes foedera cum exteris  
principibus, illas inde transfert in alias na-  
tiones iam ipsius obedientiæ assuetas, inq;  
ea confirmatas. Veruntamen unum quæ-  
que permittit uiuere in sua lege ac fide, nec  
quenquam ad eam abnegandam adigit, id  
quod eo consilio facit ne penitus eos per-  
dat, uel ad desperationem compellat, cum  
& id in ipsorum lege uetitum sit. Deinde  
mittit Sangiacos & Spachos tam magnis  
impositionibus atq; oneribus populum  
onerantes, ut impossibilis sit ei rebellio.  
Adhæc non relinquit populis ulla arma,  
nec potestatem prouincia exeundi uel mi-

licitandi alteri, sed eos domi paratos esse cogit re exigente, ijsq; cibo dato fossoribus & operarijs utitur.

*Zustitiae ad- ministratio Turecum qualis.* IVSTICIA in prouincij per praefides summarie & peracerbe administratur: Verum negotia Imperij per ipsum & Bachaz tractantur & expediuntur. Rarid enim magnus princeps, cum alio suorum subditorum sermones confert. Dat quidem audiencem nuntijs & legatis exteris, praeципue munera offerentibus: de nulla uero re cum ipsis familiarius comunicat, solummodo causam aduentus audiens, qua cognita nihil responderet: aut si quidquam responderit responsum hoc est, *Mos Seley-* diui te, recipe te ad Bassas, qui te expediēt, *māni in mit- tendis lega- tis qualis.* postea nulla ipsis eum uidendi copia est. In more habet, ne prior legatos mittat: cæterum si quis initium fecerit, contentus est, ut ille continuet, & ut sui quoque mittantur ad ipsum.

Diximus haetenus de officijs & administratione Turcici Regni, deq; eorum ceremonijs & moribus, postulat nunc ratio ut breuiter lectori exponamus statum & conditionem captiuorum atq; debellatorum Christianorum apud Turcas.

**D E A F F L I C T I O N E T A M**  
*captiuorum, quam sub tributo uiuentium  
 Christianorum.*

**S**Vscipienti Turcarum Imperatori, ad- *Quomodo*  
 uersus Christianos expeditionem, in- *Christiani*  
 ter reliquos mercatores semper comes *in bello à*  
 est *ingens turba mangonum, & lanistarū, Turcis ea-*  
 camelis insidientium: hi in spem manci- *pti distra-*  
 piorum longissimas catenas secum dese- *hanit.*  
 runt, in quib. facile quinquageni aut sexageni per seriem colligantur. Idem quoſ-  
 cunq; non absumit hostilis gladius, à pre-  
 datoribus emunt, quod illis ea lege per-  
 missum est, si principi decimās mancipio-  
 rum prætent; reliquos ipsis uel in suum  
 usum, uel ad nundinationem detinere fas  
 est, nec ulla apud illos uberior aut frequen-  
 tior mercatura, ut & olim apud Romanos  
 fuit, qui merces nullo uitio emptas, & in  
 quibus euictio timeri non debuit, res man-  
 cipi appellabant.

Senes & utriusq; sexus iuuentutem, que *Quibus re-*  
 illi decimarum nomine obtigit, ita discer- *bus Turca-*  
 nit, ut grandiorem ætatem ad agricultu- *rum Impera-*  
 ram uendat, qui tamen rarissime capiun- *tor suos ea-*  
 tur: raro enim eis parcunt, quos ætas mul- *piuos desti-*  
 torum annorum parum uendibiles fecit. net.  
**P**uellas uero & iuuenes ad certum locum

E 5      rele.

**Sarai.** relegant, qui ipsorum lingua *Sarai* uocantur, ut ibi certis artibus instruantur, quo illos in posterum cōmodius utantur. ac primum id agitur, ut abnegata Christiana fide, circuncidantur. Iamque eorum cæremonijs iniciati, diligenter pensitatis per Physiognomiam liniamentis corporis, pro cuiusque indole, uel ad leges eius gentis discendas, uel ad militiam destinantur, si maior uis corporis quam ingenij appareat; danturque in stipendium quotidianū duo

**Achse.** uel tres *Achse* nummi, quos *Aspros* uocant, qui sexaginta faciunt unum coronatum: id ad cibarium & uestiarium sufficere arbitrantur, donec in expeditionem sit abeundum. Rudimentis militiae ita imbuuntur, primum pro teneritudine uirium datur leuior arcus, mox crescente robore, & peritiae, grādior ac grauior, donec bello sit idoneus. Adest magister seuerissimus exactor quotidiani exercitiij, quotiescumque a scopis errant, toties flagris cæduntur, atque isti ascribuntur ordinis *Solachlarorum*, id est, sagittariorum. Alij in hoc erudiuntur, ut lenitseris cooptentur: isti quoque suos præceptores habent, qui illos ad quotidiam batuationem cogunt, bini, inter se baculis decertat. Reliqui, proh nefas, in quibus maior gratia formæ, ita absinduntur,

**Solachlari.** que isti ascribuntur ordinis *Solachlarorum*, id est, sagittariorum. Alij in hoc erudiuntur, ut lenitseris cooptentur: isti quoque suos præceptores habent, qui illos ad quotidiam batuationem cogunt, bini, inter se baculis decertat. Reliqui, proh nefas, in quibus maior gratia formæ, ita absinduntur,

ut nihil virile in toto corpore appareat, gra-  
uiissimo cum discrimine uitæ: quod si euadant,  
non in aliud sunt incolumes quam  
in obsequiū sceleratissimæ libidinis, mox  
senescente pulchritudine, ad officia eunu-  
chorum, ut matronas seruent deputantur,  
aut custodiendis equis & mulis, aut culinæ  
ministerijs addicuntur.

Mulieres uero quæ luculentæ pulchri- Quomodo  
tudinis sunt, eliguntur in concubinas: me- agatur cum  
diocres dantur matronis ad officia pedis- puellis, & re  
sequarum, inter quæ adeo sunt nonnulla liquis mulie-  
fœda ministeria, ut honestè dici non que- ribus.  
ant: coguntur enim illas sequi cum uascu-  
lo aquæ, quando ad exonerandum aluum,  
& perpurgandum eas partes egrediuntur.  
Aliæ ancillaribus operibus, ut textrinæ  
mancipantur. Nullis ex omnibus liberum  
est uel Christiana fidem reseruare, aut spē  
libertatis quam diu uiuit, concipere.

Hactenus quid Imperator Turcarum Quomodo  
agat, diximus: nunc quid priuati isti, cum reliqui Ture-  
primum nouitios adepti sunt, omnibus & cum mā-  
minis, promissis, blanditijs agunt, ut re- cipijs a-  
cens mancipium circumcisionem admit- gant.  
tat: id ubi fecerit, humanius aliquanto tra-  
ctatur, cæterum spes redeundi in patriam  
plane abscissa est: conanti enim id poena  
incendijs destinata est. Hi quia firmiores  
cre

creduntur: ac minus fugaces, ad dominis ad ministeria castrensis assumuntur, libertas cum demum competit, ubi uel ipse annis inutilis potius rejecitur a domino, quam dimititur: uel ubi dominus in bello inter pericula mortis libertatem legarit. Matrimonia illis quidem permissa sunt, sed liberi eorum pro arbitrio Domini distrahuntur, quae res sapientiores a nuptijs abhorre facit. Alios qui circumcisionem repudiant, immaniter tractant: quam miseriam per tredecim annos expertus sum: nec ulti uerbis consequi possum, quid sit calamitatis in hoc genere uitæ.

**Quomodo** Durissima illorum sors est, qui artes meagatur cum chanicas non didicere: eae enim sole ibi in Christianis honore ac pretio sunt, quam obrem literarum Meti, sacerdotes, nobiles homines, qui in otio chanicarum uitam degerunt, ubi in horum manus uenire, omnium miserrime habentur. Mango enim in illos, utpote uix uedibiles, nullos sumptus facere sustinet, hi pedibus capitibusque intectis, ac plerunque maiore parte corporis nudi inambulant: nullus enim nouus cultus detritis ueteribus uestimentis succedit, per niues, per saxa, aestates & hyemes detrahuntur, nec finis donec uel moriantur, uel stultum dominum, qui malam mercem emat, inueniant, talis enim illorum

Iorum est iudicatio. Cæterum nemo omnium tam est fœlix, cuiuscunq; uel conditionis, uel ætatis, uel artis, uel formæ, ut *Statut horum* eum in itinere ægrotantem apud hospitium miserrimus. tem deponat. Primum cogitur flagris ire, id si non potest, iumento imponitur, ibidemq; si sedere nequeat, prono corpore al ligatur, nō aliter quam sarcina aliqua, aut mantica: morientem detractis uestibus in proximam foueam aut uallem canibus & uulturibus abiiciunt.

Non solum perpetuae catenæ concepti *Quomodo* uos includunt, sed manibus quoq; in iter recenter cau nere manicas addūt: passus unus inter singulos interstitij est, ne se mutuò conculentur. *pti in itinere tractentur.* cent: id ideo faciunt, ne à mancipijs lapidentur. Quum enim singuli magones ingentem numerum ducant, adeò ut decem saepe quingentos homines concatenatos habeant, uim metuunt tantæ multitudinis, si ad iactum liberas manus haberent. Cæterum ubi nocti concedendum, uinculis quoq; pedes onerant, eosq; supinos omnii iniuriæ aëris exponunt. Mulieribus uero humanior conditio est, quæ ualent *Feminarum* robore, pedibus incedunt: teneriores in iuventutis conditio, mentis uectantur: quæ adeò infirmæ sunt, quæ debilius uei iactationem iumenti non ferant, in corribus tanquam anseres gestantur. Nox ille lis

Iis tristior est, aut enim munitis locis includuntur, aut mangonum impuram libidinem pati coguntur. Auditusq; ingens pro ratus per tenebras adolescentium utriusq; sexus uim patientium, nec sexenis aut se Turcarum pennis ætas miseris à tali fœditate defensibido & imdit, adeò scelerata gens, & contra naturam pudicitia. & ante naturam libidine sœuit.

**Quomodo** Vbi dies illuxit, in forum uenales tan Venalitij quam greges ouium, aut caprarum produ tractentur. cuntur. Conueniunt mercatores, statuitur pretium: si placet mancipium, detractis testibus futuri domini oculis exponitur, inspiciuntur omnia membra, tentantur, explorantur, nunquid uitij in iuncturis aut articulis resideat. Si displicet, reiçitur ad mangonem, toties id passurus, quoties empturiens aliquis aduenerit: si placet, abducitur ad grauem seruitutem, ut uel arator, uel pastor sit, ne duriora commemorem. Multa sunt ibi inaudita exempla miseriæ. Cæterum homines iugo copulatos arancillarum trum ducere nonnunquam uidi. Ancillæ status. arctissime habentur in perpetuis laboribus & extra conspectum uirorum, & ne cum conseruis quidem illis ulla confabulatio permittitur. Si quis cum uxore & liberis captus fuerit, hunc libentissime magnates emunt, & uillis præficitur, ut cura uel

uel aruorum, uel uinetorum, uel pascuum agat, nati ex illis uernæ fiunt. Si in Christiana fide perseverauerint, statuitur certum tempus seruiendi, quo elapsi liberi fiunt: filij tamen eorum nisi redimantur, in seruitute manent, pro domini arbitrio, uel in hysdē sedibus mansuri, uel alio transferendi: nulli enim ibi sunt ascriptitij glebae, quibus certa sit sedes seruitutis. Si cipiunt post adeptam libertatem in patriam redire, dantur diplomata commeatus. Verum illis qui nostram religionem abiurarunt, nec certum tempus est seruiendi, nec ullum ius in patriam redeundi, spes libertratis solummodo pendet a domini arbitrio, ubi tamen libertatem nacti fuerint, soluant decimas, ut cæteri Turcae, a reliquis tamen oneribus, quibus Christiani premuntur, immunes sunt.

Dura uita agricolarum, durius tamen a Captiuorū  
gunt qui ad pastoritias curas emuntur, ui- pastorū du-  
uendū illis in solitudine, perpetuò noctes rissima cona  
& dies sub dio agendū: dominus cum uxo ditio.  
re solus in tētorio uersatur, & præter tuens  
di gregis officia, penulas & tapetia succisi-  
uis horis facere coguntur. Singulis mensi-  
bus pascua mutant, de montibus in mōtes  
se transferentes. Qui humaniores sunt,  
dant aliquam mercedulam seruis, qualem  
dimen-

dimensum fuisse apud Romanos legimus, id in peculium cedit, quod conseruant uel in uiaticum, si in patriam post libertatem adeptam redire uelint, uel ad alias necessitates uitae. Cæterum id non ubique sit, est autem illud miserum blandimentum seruitutis, quo illos à consilio fugæ retrahunt. Illis autem qui Christū abnegrant, iamque recutiti sunt, quia certi sunt, quod non fugient, nihil tale indulgetur.

**Fuga capti-** Facilior fuga illis, qui in Europa agunt, **uorum ex** quam qui in transmarinas regiones uen-  
**Europa.** duntur: his enim preter flumina nihil trajectandum, quæ facile enantur, maior diffi- cultas in Hellestanto transmittendo. Qui autem fugam instituunt, tempore mēsis id soliti sunt facere, ut & faciliter in segetibus lateant, & inde uictum habeant: nos etiā autem fuga initur, per diem aut in sylvis, aut in paludibus, aut in segetibus lese abdunt, maluntque a lupis alijsque bestijs devorari, quam ad ueteres dominos retrahi.

**Fuga ex As-** Qui uero ex Asia fugā molitur, Helle-  
**sia minore.** spontum petunt, inter Callipolim & arces illas olim Seston & Abidon, nunc autem Bogaz Asar dictas, id interpretari potest, ca- stella faucium maris, ibi enim mare angu- stissimum est. Hi secum deferunt securim & funes, ut & ligna cædant, & colligant, quo

quo inde ratem faciant ad trajectio[n]em maris, nihil nisi salem secum deferentes, nocte raticulam inscendunt. Si uenti & fortuna maris fauet, tribus aut quatuor horis trai[n]ciunt, si[ne] minus, aut pereunt in fluctibus, aut ad littora Asiae re[ci]untur. Emenso mari montes petunt, Polumq[ue], & Booten inspectantes ad Boream tendunt. In fame glandibus aut herbis sale conditis sese sustinent. Si plures societate fugae inierint, noctu opilio[n]es inuadunt, quibus occisis, quicquid ibi alimenti inuenerint, secum asportant, saepe tamen & ipsi pereunt occisi ab opilionibus, uel ab eisdem capti, & pristino hero traditi, ad ueterem seruitutem rediguntur. Cæterum longè plures pericula absunt, quam incolumes evadunt: aut enim naufragijs, aut dentibus bestiarum, aut ferro inimicorum, aut postremo fame pereunt, cum longior erratio in fuga contigerit.

Fugitiuis multiplex poena: alij enim su  
spensi pedibus dirissime flagellantur: qui tuorum.  
enim homicidium committunt, illis plan-  
tæ pedum in multos sulcos cultro resci-  
duntur, & rescissis sal inspergitur: quibus-  
dam furca ingens ferrea cum ferro collaris  
inseritur, quam dies noctesq[ue] in longum  
tempus gestant.

**Incantatio  
Turcarum  
contrafu-  
gientes.** Habent quoddam genus *incantationis*, quo inuitos retrahunt. Nomen serui in schedula scriptum suspenditur in tabernaculo, uel domicilio serui, deinde diris uerbis & deuotionibus illius caput impe-tunt: deinde fit uia dæmoniaca, ut fugiens putet sibi in itinere uel leones, uel draco-nes incurrire, uel mare uel flumina con-tra se exundare, uel omnia tenebris ni-grescere, ijsq; terriculis repulsus ad he-rum reddit.

**Sacerdotū  
& monacho-  
rū sub Tur-  
ce tributo  
uiuentium  
conditio.** Sacerdos & monachus pessima illic con-ditione sunt, ut sacrilegia & scandala Dei & hominum existimantur. Nihil de Ec-clesia accipiunt: feriatis diebus pauxillu-lum panis à mulierculis nonnullis porri-gitur, ceteris diebus nihil datur. Ipsi ligna-tionibus uiuunt: nam mos est, ut ligna in-syluis cædant, hisq; dorsum aselli onerant, ea cū merce per omnes plateas ambulant, ligna uenalia proclamantes.

**Tributa  
Christiano-  
rum.** Quartas omnium fructuum dant Chri-stiani: & istiusmodi quartatio non solum ex prouentibus agrorum & pecorum col-ligitur, sed etiam mechanici de suo quæstu quartas dependunt. Deinde est & aliud o-nus capitacionis, qua singuli, quotquot sunt in una familia, singulos ducatos sol-uunt. Si parentes soluere nequeunt, ad li-beros

beros suos in seruitutem uendendos compelluntur. Alij in catenis uinciti, ostiatim obambulant ad stipem emendicandum: quod si ne ita quidem soluendo fiunt, perpetuis carceribus mancipantur. Iam cum omnia officia praestiterint, adhuc semper ius est Turcae optimum quenquam ex liberis diligere, quem circuncisum summotumque a conspectu parentum in militiam alit, nec unquam ad parentes reddit: & primum, quia puer facile Christum obliuione dedilicit, mox etiam parentes & consanguineos, adeo ut si inter eos ueretur, neminem suorum agnoscat. Nemo uerbis id explicare potest, quibus lacrymis, gemitu, singulisbus' ue, istiusmodi diuulsio fiat. Pater filium, quem in cultum Christi educauerat, rapi uidet ad militiam Satanae, ut Christum oppugnet: filius abstrahitur a parentibus, perpetuo inter alienissimos uicturus, quicquid charum est sanguine, sodalitate gratum, familiaritate amicum, relicturus: postmodum in eorum numero futurus, quos Graeci ἀνάτορας & αμύτορας uocare solent. Et hi quanquam magnopere a fide Christiana degenerarunt, plerique tamen eorum, Euangeliu[m] Ioannis pro amuleto certissimo sub axillis portant, uidelicet in principio erat uerbum, Graece aut Arabicè

scriptum totum usque ad finem: qui sumi-  
mopere magnoq; cum desiderio Christia-  
norum gladium expectant, ad vindican-  
dum, & liberandum Christianos de Affli-  
ctionibus, & persecutionibus eorum. Qui,  
quod hactenus contra eos non maturaue-  
rit, quicunq; sunt in causa & quocunq; a-  
nimo id faciant, pessime profecto de Chri-  
stiana religione mereri uidentur. hactenus  
de Christianorum captiuorū afflictione.

Ex supra dictis sati svideri potest Magno  
Principi non esse peditatū saltē bonum, &  
quod in suo exercitu semper sit magnus  
numerus Christianorum, classis ipsius ma-  
le instructa hominibus, & bonis nauibus,  
& quod comitatus ipsius seruis constet,  
terræ à Christianis habitentur, ex quibus  
suas copias conflent, nec in medijs regioni-  
bus ullus locus occlusus inueniatur. Vn-  
de credendum ipsius imperij magnitudi-  
nis autorem esse DE VM, qui id adeo omni-  
nis politiæ expers propter nostra peccata  
seruat, non autem prudentia, industria,  
uires, uel uirtus gubernato-  
rum eius.

## DE INCREMENTO

ET PROGRESSV IM-

perij Turcici.

## LIBER III.



AM me officio defunctum, & tibi me satisfecisse putabam, ex positis ijs quæ mihi de rebus Turcicis constant: Nunc uero etiam petis progressum Imperij ipsorum, per seriem à patre in filios, & quomodo ac quisierint tot terras ac regiones, quas hodie possident, nec consideras negotia quibus sine intermissione occupor, uel quod memoria destituar, ad conscribendam historiam rerum, quæ ducentis annis & pluribus in remotis atque longinquis terris acciderunt. Quapropter si non omnia dixerim quæ desyderas, me excusatum habebis: nam oportet me facere quod cupis, siue id bene, siue male fiat.

Anno itaque millesimo trecentesimo, tempore quo Heinricus septimus factio-nes Gibellinorum & Guelphorum in Ita-lia resuscitabat, & Philippus pulcher in Gallia regnabat, in Anatolia seu minori *Anatolia*. Asia erant aliquot duces Turcici. Hæc e-

F , nim

nim gens illi c remanserat post expeditio nem Godefridi Bulionij, & illi c sedes ha buerat ante, & tunc exercitui Christiano. **Nicea urbs** norum sese opposuit ad urbem Niceam olim Antigo olim dictam Antigoniam, sub quodam nia, duce nomine Solymāno. Deinde centum **Solymānus.** anni & plures sine nominis ipsius mentio ne transierūt usq; ad dictum tempus, quo **Otoman.** in Anatolia plures duces, inter hos **Otoman,** **Caraman,** Caraman & **Affan uel Azam,** cognominati **Be Affan uel gy uel Bey,** quod dominum significat, erāt; **Azam.** At illi auferunt Y, & dicunt **Othmanbeg,** **Othmābeg ramābeg & Assāmbeg.** Othmanbeg, qui homo qualis. impiger, audax, & bellorum appetens es set, fœdus inibat cum duobus apostatis Græcis & uno Turca: quorum illorum alteri **Michaēl.** teri Michaēl, alteri Marco nomen erat. Alteri **Marcus.** Michaële descendunt **Michalogli,** quorum **Michalogli.** prosapia adhuc durat: ut & Marci dicta **Marcozogli Marcozogli.** Turca uero nominabatur **Auramony.** my ex cuius linea prouenerunt **Auramogli,** de **Auramogli.** quorum quidem progenie uel posteritate nullus, quod constet, inuenitur. Ipsorum uero successores sunt habiti pro nativis e san guine regio, & linea Othomannorum deficiente, imperium Turcicum ad ipsos devoluītur. Horum uero trium auxilio Oth manbeg ad auctoritatem & potentiam peruenit, & aliquot ciuitates pontico seu Eu-

Euxino mari adiacētes subegit, imperioq; Euxinū mā  
 Turcarum adiunxit, inter alias ciuitates re.  
 Syuam, Græcis antiquitus Sebastiam, no. Syua olim  
 bis Augustam. Caraman autem in Ciliā Sebastia.  
 ciam, & Assam in Persiam se recipientes,  
 utriq; nationis à se indidere. Cilicia à Cara Cilicia.  
 manno, Persia uero & Parchia ab Azam Persia.  
 Azamia appellata. Hi duo eorumq; suc-  
 cessores semper Othomannicæ stirpis per  
 secutionem pertulere, ita, ut Caramanno  
 debellato illa huius terras occuparit: Ve-  
 rum Affambeg qui est Sophus adhuc forti-  
 ter ei resistit, & bella ac inimicitias cum O-  
 thomannicis continuat. Regnauit Otho-  
 manus annis uiginti octo usque ad re- Othoman-  
 gnum Philippi Valesij, sic uocatus à ciui- nus.  
 tate uel castello Othmanech sito inter Sy. Othma-  
 nopen & Trapezuntem. Reliquit post se nech.  
 filium unicum Orcānem in regno succes-  
 forem.

ORCANNES filius Othomanni ducta Orcannes.  
 in uxorem filia Caramanbegi, bellum ei  
 postea infert, interfectoq; sororio, quem in  
 prælio ceperat, Bursiam ciuitatem nobis. Bursia ciu-  
 lem (hæc Prusa uetus sedes regum Byz. tac.  
 thyniæ fuit) expugnat. Quo tempore ac-  
 cedit ut Andronicus Palæologus Impera-  
 tor Constantinopolitanus filijs Calio-  
 hanni & Andronico relicto tutore Iohan-

ne Cantacuzeno uno suorum familiarium, decederet. Qui etsi bene atque prudenter tutelam administraret, tamen ab ea odio patriarchæ atque alterius cuiusdam hominis infime conditionis, sed magna gratia apud Caloiohannem ualentis deiectus atque remotus est.

Eam ergo fortunam expertus, de ratione cogitauit, ut Constantinopolim maioribus uiribus reueteretur, & pro securitate filiam suam Caloiohanni in matrimonium elocauit. At id tantum abest, ut concordiam ac pacem inter eos firmarit, ut Imperator clam in insulam Tenedum secederet, ac classis Genuensium numero sexaginta triremium ueniens, eum Constantinopolim pulso tutore Cantacuzeno reduceret: Hic ergo ad auxilium Venetorum confugiens, ipsorum suppetijs Genuenses in alueo Constantinopolitano antiquitus Propondite dicto inuasit. Victoria autem Genuensibus, & urbe Caloiohanni cedente, hic auxiliatoribus, uel potius eorum duci Francisco Cataluzio insulam Lesbum dedit, quam tenuere usque ad tempora Mahometis secundi, qui eam Nicolao Cataluzio eripuit: Haec exigua dissensio maxima bella peperit, quæ inter Genuenses & Venetos subsecuta, hos ad tantas angustias

stias redegerunt, ut cogitarint de se deden  
dis imperio Genuensium : illos uero ad  
extremum excidium & seruitutem in qua  
adhuc degunt. Coacti enim fuere se dede-  
re Archiepiscopo Mediolanensi, tunc ciui-  
tatis gubernatori, deinde se, aut suas terras  
& possessiones communitati Diui Geor-  
gij, quae est in ipsorum ciuitate, postea con-  
fugere ad regem Galliae, qui ipsos Iohanni  
ducit Calabriæ filio Regis Renati commi-  
fit. At huius uero auxilijs iterum Philip-  
pi ducis Mediolanensis subsidia respicien-  
tes, ea mox fastidierunt, quasi nescij cui san-  
cto se deuouerent.

Amissione Syrie & regni Hierosolymi-  
tani quæ occasione horum bellorum eue-  
nit, magnam quidem iacturam Respub.  
Christiana fecit: maiorem uero, quod illa  
Turcis ianuam & aditum ad Græciam &  
Europam inuadendam aperuerint, ut po-  
stea dicetur. Hæcque acciderunt circiter id  
tempus quo Ludouicus Bauarus & Fride-  
ricus Austriacus inter se de imperio in  
Germania concertabant. Imperauit Or-  
cannes annis duobus & uiginti usque ad  
initium regni Iohannis regis Franciæ, quod  
fuit anno millesimo trecentesimo quinqua-  
gesimo, relicto post se filio Amurathe,

AMVRATHES, quæ Hungari & Sclavo-  
nici

*Amurathes* nici *Amanrat* appellant: *Turcæ uero Morat*,  
 alias *Aman beg uel Moratbey*, & *Moratbegy*, quod significat  
 rat item. *Morat* dominum, *Froissardo* ipsos imitari  
*Moratbeg*, cogitanti nominatus *Lamorabaquin*, regni  
*uel Morat* administrationem eo tempore suscepit,  
*begy*, & *Mo* quo *Cantacuzenus Caloiohannem gene-*  
*ratbey*, rum suum auxilio *Marci Craiouichiij de-*  
*Lamoraba*- spotæ, id est, domini *Seruiæ* iam *Bulgariæ*  
 quin. dictæ, olim *Getarum* & *Gepidarum* sedis,  
*Bulgaria* o. persequebatur, ei quoque assistentibus a-  
*lum Seruia*. Ihs Græcis ab Imperatore Caloiohanne  
 alienatis. Quare hic se uiribus inferiorem  
 esse uidens, coactus fuit auxilium Amura-  
 this implorare, qui ei duodecim millia ele-  
 ctorum equitum Turcicorum in Græciam  
 misit, quorum auxilio adiutus, Græciam  
 in tranquillum statum redegit, partem  
 eorum postea dimittens. *Turcæ uero bo-*  
*nitate* & *pulchritudine* Græciæ uisa atque  
 gustata domum redientes, facile persuase-  
 runt Amurathi, ut illuc ire cogitaret, quē-  
 admodum & fecit, stipatus sexaginta ho-  
*Hellespontia* minum millibus, quæ duarum *Genuen-*  
*cæ angustiæ*, sium nauium opera sexaginta millibus du-  
*bodie bra-* catorum conducta, ita, ut singuli *Turcæ*  
*chium S. Ge* aureum nummum numerarent, angustias  
 orgij. *Hellespontiacas* (quæ hodie *Callipolita-*  
*Adrianopo* næ, uel castella, ob duo castella eo loci ubi  
 lis hodiè quondam *Abydus* & *Sestus* sitæ fuere di-  
 cuntur,

cuntur, & à Gallis brachium Sancti Geor- *Andrinopō-*  
*gij nominantur) traiecerunt, & Callipoli li.*  
*cis angustias, ac Adrianopoli hodie An-* *Thracia, he-*  
*drinopoli & Philippoli olim Olympiade diē Roma-*  
*captis, per Thraciam, quæ hodie est Roma nia.*  
*nia excursiones fecerūt usque ad montem Rhodope*  
*Rhodopen, quem Græci βασιλίας uocāt, βασιλίας,*  
*quasi reginam montium, alijs uero mōrem*  
*argenteum ob metalla, quæ illic effodiun-*  
*tur. Cæsōq; in pugna Matco Craiuichio*  
*Lazarum Comitem Seruiæ, quæ est My-* *Lazarus co-*  
*sia inferior, captum, capite truncarunt eo mes Seruiæ*  
*tempore, quo Carolus Quartus bello con capite ple-*  
*tra filios defuncti Ludouici Bauari & Fri-* *xut.*  
*dericum Marchionem Misnię comitemq;*  
*Vuirtembergicum, & uenditione ciuita-*  
*tum Italæ filijq; sui Venceslai in imperio*  
*surrogatione, occuparetur. Tādem seruus*  
*quidam natione Seruianus Despotę pro-* *Despotę*  
*prij domini mortem ægrę ferens, eamq; mors uim-*  
*summopere uindicare desyderans egregij dicata.*  
*uiri nomen spreta morte post se relinque-*  
*re decreuit, sicq; nactus occasiōne, pugio-*  
*ne Amurathen interfecit, anno M. CCC. III.*  
*postquam imperasset annos uiginti tres*  
*usque ad initium regni Caroli Quinti Gal*  
*lorum Regis. Post se Amurathes reliquit*  
*duos filios Baiazetę & Solymannum.*

BAZAI TES uel Bassaites secūdūm Tur- *Bassantes,*  
*cas*

cas qui nunquam literam, P, pronūciant, a  
Froissardo dictus Bassantes filius *Lamoraba*

*Amoraba-* quini & interdum *Amorabaquinus* iuxta patris  
*quinus.* nomen. Ab Enguerrano uero & Nicolao

Gilleo annalium Franciae collectore, Ba-  
saacus appellatus. Vir erat in periculis  
obeundis promptus ac impiger, rerumq;  
maximarum percupidus. In pugna Mar-  
cum Craiouichium Bulguriæ principem  
patris mortem vindicaturum, cum omni  
Bulgarorum ac Seruianorum nobilitate  
trucidauit, & post eam uictoriā per to-

*Theffalia* tam Thessaliā, Macedoniam, quarum il-  
*Thumene-* la Thumenestia, hæc Albania dicitur ua-

stia. gatus est. Deinde Græciam Athenas usq;

*Albania.* quæ dicuntur Cethinæ, regnumq; Bosnæ,  
Bosna. quod est Mœsia superior, cum Croatia &

*Athenæ* Ce Sclauonia quæ sunt Dalmatia & Libur-  
thinæ. nia, populationibus infestarunt: imperan-  
te tunc Venceslao filio Caroli Quarti, ita  
præclare, ut subditū eum in carcerem conie-  
cerint, & Germani ab imperio remoue-  
rint, electis alijs duobus, nimirum Iodoco  
patruele ipsius, & Roberto Bauaro Ger-

*Rupre-* manis Ruprechto dicto, uoce turbatorem  
*chtus.* pacis significante. Cæterū ut ad Bazae-  
tem reuertamur, is ingressus Hungariam,

*Sagimon-* Regem Sigismundum postea Imperato-  
rus. rem, ab Enguerrano appellatū Sagimon-  
tum,

tum, in memorabili pugna ad Nicopolim profligauit. Gallis Sigismundi neç protestationibus, neç monitionibus contine Bazætis ri uolentibus, ne uidelicet siue Hungarîs, res gestæ in Germanis, alijsç equitibus in hostem impetum facerent, magna superbia atque elevationis reprehensione, ut Froissardus attestatur. In ea pugna capti fuere Iohannes Comes Niuerniæ, postea dux Burgundie Philippi ducis primi filius, Philippus Arthesius, Comes de Viu magister equitum Galliæ, Iohannes Mamgre dictus Bucialdus, & alijs quidam numero circiter octo, qui Bursiā ablegati fuere, reliquis omnib. qui erant mille cataphracti in pugna occisis. Accidit hæc pugna in profecto Michaëlis, anno millesimo trecentesimo nonagesimo sexto.

Captiui postea liberati fuere magna pecunia, annitente Iacobo Helio nobile Piccardo una cum ipsis capto, sed antea in aqua Amorabaquinî noto. Porro uero Bazætes post pugnam Constantinopolim obsessum, eamq; cepisset, nisi Tamerlanes Anatoliâ inuasisset, quem alijs Tamburlanem, Anatoliam Turcæ, Demirlengum, Enguerranus Gallicus historicus magnum Taconem Tartariæ, Tartari Temirciulu uocant, id est, scelum gladium, prognatum Cham Tartariæ dicto

dicto Zaym Cham, de multitudine Zauolba & Czahaday quæ est inter flumina Rha & Volha, quod ingreditur mare Dabacuth, à Latinis dictum mare Caspium & Hyrcanum.

**Dabacuth** mare. **Zaym.** Fuit uero Zaym ille quem Poloni in suis historijs nominant Bathi, primus Mahometistarum inter Tartaros. Tamerlanes postea factus est princeps Tartariæ Preze copiæ, dictæ ab ipsis Prezelzoph quod fossas significat, ac sitæ inter flumina Tanaim,

**Tanaim flu** qui Tartaris Don, & Borysthenem qui Neius. per ab ipsis, à Turcis Dercoz dicitur, quæ re-

**Neper.** gio antiquis fuit Scythia inferior, & hodie à Turcis tenetur. Tamerlanes uero se-

**Samarcan-** dem habuit in magna ciuitate Samarcan da. da ad mare Hyrcanum & se I R A M D E I nominans, titulum habebat Vlucham id est, magni domini. Cum igitur Anatoliam inuasisset, Bazaites relicta obsidione

**Ancyraho.** Constantinopolitana, coactus fuit ei innu die Dango. merabili exercitu instructo, occurrere ad

ri. ciuitatem Dangory, dictam ab antiquis An-

**Stella mōs.** cyram, sitam prope montem Stellam: En guerrano Monstreletio dictum Appadi, ubi quondam Pompeius Magnus regem Mithridatem deuicit. Cæterum pugna

**Bazaites ea** commissa, superatus est Bazaites & captus à Ta ptus à Tamerlane, qui eum compedi merlane. bus aureis ligari, & caueæ includi instar

Leonis,

Leonis, & per totam Asiam circumduci  
 iussit, quoad uixit. Quod tempus biennij  
 fuit aut circiter. Incidit hæc clades Turcis  
 in annum 1397. Fuit autem Tamerlanes i. *Tamerlanus*  
 ste humili loco inter Scythes siue *Tartarus.*  
 ros natus, primò bubulcus, dehinc miles  
 gregarius, effecitq; uirtute sua paulatim,  
 ut ordinem primò, mox exercitum ducta-  
 ret. Eoq; potentiae euectus cum solertia,  
 tum corporis uiribus bellandiq; agilitate,  
 ut magno fortunæ ludibrio, multarum sit  
 gentiū imperio potitus, TERROR gentiū  
 appellatus. In cuius exercitu, duodecies  
 centena millia hominum fuisse traduntur.  
 Primum enim Parthis eum regnasse scri-  
 bunt, mox Scythes ab eo subactos, Hibe-  
 ros, Albanos, Persas, Medos, dehinc Meso-  
 potamiam inuasit, postea Armeniam ar-  
 mis subiugauit. Traiecto demum Euphra-  
 te, cum 600. millibus peditum, ac 400000.  
 equitū Asiam minorē latè domuit. Cum  
 quibus etiam Baiatzetem prælio uicit, ac  
 casis 200. Turcarum millibus, uiuū in po- *Turcarum*  
 testatem suam redegit. De hinc more fera- *rex in cauea*  
 rum aureis uinctum catenis in cauea, om- *circumuechā*  
 nibus suis expeditionibus præ se egit ac tur.  
 circumduxit, pro scabelloq; quoties equū  
 concenderit eo usus, & quasi canem sub  
 mensa comedere iussit. Admirandum re-  
 rum

rum humanarum spectaculum & fortunæ regiæ ludibrium. Tunc domitum est armis Scythicis, quicquid terrarum est à Tanai ad Nilum, Smyrnas, Antiochiam, Sebasten, Tripolim, multasq; ualidiss. urbes ui expugnauit. Vicit deinde prælio Ta-

**Tamerlanis** merlanes Memphiticum regem, quē Sul-  
**sæuitia.** tanum uocant, uictumq; ultra Pelusium

intra Nili fluenta compulit. Cepit Damascum & item Capham in Thaurica Chersoneso. Castra in urbis modum fuerant ordinata, definito cuique artificio loco proprio, in partes suas distributis exercitijs, ut omnia uitæ usuiq; necessaria in promptu essent. Rerumq; omnium tanta semper copia in his inueniebatur, ut nullus esset latrocinij locus, tutoq; omnia affetri possent. Cæterum ut maiorem hostibus terrorem metumq; incuteret, triplici tentorio, si quam urbem oppugnare adortus esset, in exercitu uti consuevit: sic ut in unoquoque dispar color, animi mutationem, prius non uiso stratagemate, intelligeretur.

**Triataber.** Primo enim die candido utebatu*t*ta-  
**næcula tres** bernaculo, quo significabat nulla in re, si  
**animi muta** modo se dederent, iniuriati se illaturum  
**tiones.** aliquam, sed pacem ac salutem, quam candor arguebat, concessurum. Sequenti die purpureo usus colore in tentorio, monstra-  
bat

bat cædem & sanguinem procerum in pri-  
 mis & patrum familiâs, quod alteram diē  
 expectassent. Quod si res ad triduum pro-  
 trahebatur, atro colore in castris excidium  
 urbis & omnibus miserabilem ruinā præ-  
 monstrabat. Tanta erat hominis saevitia,  
 ut cum in obsidione cuiusdam urbis pô-  
 pulosæ, quum prima die ditionem ne-  
 glexisset, agmen puerorum ac puellarum  
 oleas in manibus gestantium, candida ue-  
 ste egressum obuiam tyranno ueniam sup-  
 plex deprecaretur, in illud immisso equi-  
 tatu crudeliter est eius iussu conculcatum,  
 fœde'q; obtritum. Genuensis quidam qui  
 eius familiaritate annis iam pluribus lon-  
 ga cōsuetudine utebatur, cum rogaret cur  
 in supplices mitior non esset, quum faci-  
 lius quæ ueller, si non tanta uteretur cru-  
 delitate, impetrare posset, turbato truci'q;  
 oculorum aspectu, furorem uultu distor-  
 to præ se ferente respondit: Quid tu me  
 hominem esse putas & non Dei iram po- Ira Del.  
 tius ac orbis uastitatem ac calamitatem?  
 Proinde ocyus te hinc aufer, ni tu quoque  
 periclitari cupias & interrogationis tuæ  
 pœnas dare. Et profecto talis fuit qualem  
 se prædicabat. Qui tota ferè Asia domita,  
 deletis regionibus ac tyrannis, pluribus  
 uastatis prouincijs, cum uictore exercitu

G præda'

prædaq; onusto ad suos reuersus, urbem condidit ingentem, quam omnigenum captiuorū multitudine tefersit, captarumq; urbium spolijs exornauit. Regnum moriens duobus filijs reliquit, quorū discordia amplissimi regni opes tanta arte conquisitæ, dissipatæ sunt, imperiumq; Parthorum rursus extinctum est. Ut autem redeamus ad Baizetem, mortuus is est anno millesimo quadringentesimo, cuin regnasset annos usq; ginta septem, usque ad annum uicesimum regni Caroli sexti regis Gallorum. Cognominatus est Bazaitis cognomine. *Ildrim*, quod fulmen denotat. Ex con-

*Ildrim*. sicut elapsi sunt aliquot filij Bazaitis, qui cum cogitarent ire in Europam in manus Imperatoris Constantinopolitanus trans eustodibus obseruentis inciderunt. Vetus uero ipsorum dictus *Cyrus*, à Gallis *Quicquid Calepinus*, ab alijs *CALEPINVS* uel *Calepin*, factus. in uente fortuna Adrianopolim peruenit, per isq; *Cyriselebes* uocabatur. Ego existimo errorem huius cognominis uenisse inde, quod appellaretur *Cyrus*, *Chileby*, *Mehmet*, *Chileby*, *Mustapha Chileby*, id est, nobili prosapia descendens, ut apud Hispanos dicuntur *Don Alphonsus*, *Don Rodericus*, & Galli uoce *MONSIEVR* utuntur qui titulus est eorū qui sunt e regio sanguine nati.

CY-

C Y R I S regnum obtinuit plus minus *Cyris regnū*  
 sex annis relicto filio Orcanne, & tribus  
 patruelibus filiis Bazetis Mosis, quos Tur-  
 cæ uocant Musah, Mehemmet, & Musta-  
 pham, Imperatore Constantinopolitano  
 à Carolo sexto Rege Galliæ ad auxilium  
 petendum profecto, Constantinopoli è  
 custodia elapsos. Moses uero patruelē Or-  
 canne paruulo imperfecto à Mahomete fra-  
 tre rursus occiditur. Atque tunc quidem *Fraternæ cœ*  
*mos mutuæ cædis inter Turcas cepit, quæ dis origo.*  
 exinde in hoc usque tempus optime ser-  
 uarunt.

M A H O M E T E S primus eius nomi. *Mahome-*  
*nis, imperfecto fratre Mose regnū arripuit,* *tes. I.*  
 & mox in Asiā profectus, loca omnia que  
 Tamerlanes occupauerat, recipit, ac sedē  
 Imperialem que Prusia fuerat, Andrino-  
 polim transtulit. Bellum quoq; contra Va *Valachia*  
*lachiam mouit, quā quidam historici Gal* *Flacia.*  
*lici Valagniā appellant, aliij Flaciam: uete-*  
*res uero terram Bessorum & Triballorū,*  
*Sigismundū Imperatorem in planicie Sa-*  
*lunbeziana deuicit, ac primus suæ gentis*  
*Danubium trajectiens Bosnam capit, quæ* *Bosna;*  
*est Mœsia superior, bellumq; Caraman-*  
*no facit. Moritur anno millesimo quadrin-*  
*gentesimo decimo octauo, anno regni Ca-*  
*roli sexti regis Gallorū tricesimo octauo*

cum imperium administrasset annis octo-decim, computato ad hos tempore Cyrus, quod aliqui omittunt. Reliquit filium unicum Amurathem.

- Amurathes.** AMVRATHES secūd⁹, uulgo Moratbeg dī I I. etus in Anatolia patre deceđētē erat, morte uero patris cognita in Europam transmisit, quantumuis Imperator Constantiopolitanus eum prohibere conaretur, missio contra ipsum Mustapha patruo, filio Bazaëtis Mosis, quem tenebat adhuc a captiuitate patris, ut paulo antē dixi. Verū Amurathes Mustapha hostiliter profligato cæsōc⁹ in pugna, ut vindictam de Constantinopolitano sumeret, Thraciam & Græciam igni ferroq⁹ depopulatus est, ac Venetis bello illato nobilem ciuitatem **Theffalo-** Theffalonicam, quam ipfis Andronicus nia. Palæologus in contemptum fratris Constantini uendiderat, per uim ademit. De **Seruia.** inde in Seruiam quam & Rosciā com-muni uocabulo uocamus (hunc enim tra-ctum uersus Macedoniæ montes Dardanī olim tenebāt, ut ueteres scribunt) irruptio-ne facta, coēgit Georgium Vucoichium **Irenes.** Despotam regionis, ut ipsi filiam Irenen cognominatam Cantacuzenam in matrimoniū traderet. Verū eo minime contentus, mox hostiliter redijt. Quare ipse in Hun-

Hungariam ad Imperatorem Albertum generum defuncti Imperatoris Sigismundi configit, relicto filio Georgio ad defensionem terrarum, quem captum Amurathes æreo instrumento ignito lumine oculorum priuauit nulla affinitatis ratione habita. Post mortem Alberti, Rex Hungariæ electus est Ladislaus, frater Casimiri Regis Poloniæ, licet Albertus uxorem Elizabetham grauidam reliquisset, quæ posthumerum peperit, & ipsum Ladislaum dictū, qui sub cura Friderici tertij Imperatoris educatus est. Quare cum Ladislaus ueretur ne se bellis alibi occupato, Imperator uerum hæredem in regnum restituere conaretur, à bello Turcico abstinuit. Interea itaq; Amurathes quietis impatiens Belgradū, gradum obsedit, quam uocat Nandor Albam, Alba Graecam & Albam Græcam, Hungari Chriesch, ue teres uero Taurinum, situm inter duo flumina Danubium, & Sauum, eo loci, ubi confluent. Eam urbem Georgius Vucouichius pro alijs permutarat cum Imperatore Sigismundo, quod clavis Hungariæ esset. Paulò uero post suāsu Georgij Vucouichij Ladislaus Poloniæ, atque Hungariæ rex, magnum exercitum comparauit, cuius auxilio Seruiam, & Rasciam recuperantes, Georgio restituit. Quare

**Caräbeius.** Amurathes cōtra ipsum Carambeium, id  
**Niger dux.** est, Nigrū ducem cum ualido & præpoten-  
ti exercitu misit. Exercitibus itaq; sibi inui-  
cem obuīs factis, propè uallem montis Co-  
**Costegnaz.** olim Hemus, stegnaz, qui ueteribus Hemus est dictus: Ca-  
rambeius copiis fusis in hostium potesta-  
tem uenit. Hæ duæ uero uictoriæ, & aliæ  
**Ioannes Hu-** plures, quæ eas securę fuere uirtute & ma-  
**niades.** gnanimitate Ioannis Huniadis partę, quę  
**Enguerranus Monstreletius,** & Philippus  
**Comineus,** equitem album ex Valachia,  
Hungari Iançoban, uel Vaiuodam, id est,  
gubernatorem Transyluaniae appellā-  
runt, iam Moldauig, & Septem castrorum  
nomen habentis, ueteribus uero Daciæ  
**Huniadis po-** dictæ. Fuit uero Huniades, pater Mat-  
**steritas.** thiæ regis Hungariæ, qui nostris temporis-  
bus uixit. Porro anno post eam uicto-  
riam proximē subsequuto, induciæ decen-  
nales inter Hungaros & Turcas factæ sunt,  
quarum interuentu, & præcijs quinqua-  
ginta millium ducatorum, Carambeius li-  
ber dimissus est. Verum induciæ parum  
roboris habuere, mox ab Vladislao in  
gratiā Eugenij Papæ, maximo suorum  
**VARNA,** detrimento uiolatae. Nam ipse in con-  
**olim DIO-** flictu propè ciuitatem Varnam, quæ olim  
**NYSIO-** Dionysiopolis nominata fuit, in die San-  
**POLIS,** ti Martini undecimo Nouembris, an-  
no

no millesimo, quadringentesimo, quadra-  
 gesimo quarto perijt, Ioanne Hunniade Sophia, me-  
 ægre per montes, & paludes, ac sylvas in tropolis Bul  
 accessas euadente. Non tamen læta A gariæ.  
 murathi hæc uictoria fuit, sed plurimo Acarnania.  
 sanguine ei constitit. Præter hæc in ex Achelous,  
 peditione Seruiana, Sophia metropoli hodie Pach  
 Bulgariæ, Scopia, & Nouomonte occu-  
 paris, tota' que Acarnania, quæ hodie Du-  
 catus dicitur, & Epiro ab Acheloo fluuiio,  
 qui hodie est Pachicolan, usque ad mon- croceramij.  
 tes Diaboli, qui olim Acroceramij fuere, Portus Velo  
 deuastatis, portum Velonæ, qui quoni- niæ, olim Au  
 dam Aulon fuit, ui occupauit, & sinu lon.  
 Lartæ, seu Ambracio superato ad ciuita- Sinus Am-  
 tem Oricum, nunc Rigo dictam, & Cata- bracijs.  
 rum, qui ueterib. sinus Risonicus fuit, non Riga ciuitas  
 usq; adeo multis milliaribus à Ragusio, seu olim Oricus.  
 Epidauro distat, Ioannem Castriotum Gatarus, o-  
 Despotam Epiri cōpulit, ut sibi munitissi lim Risoni-  
 mam ciuitatem Croyam, cum tribus filijs cus simus.  
 obfidibus dederet, quorū natu minimus  
 Georgius saltem nouem annorū erat, po-  
 steā dictus Schanderbeg, id est, Alexāder Ma- Schäderbeg,  
 gnus, dux belli peritissimus, et dignus, qui  
 Pyrrho, alij'sq; suis prædecessoribus cōpas-  
 retur: Nam uiuēte Amurathe. Seruiam aca-  
 quisuit, magnā partem Caramanniæ ad fi-  
 dem & religionem Christianam reuerten-

tis occupauit, Croyam ei per uim ademit, cum omnibus ciuitatibus, uillis, atque castellis patri Ioanni extortis, praelijs ultra uiginti aut triginta cum Turcis commissis, semper uictor extitit, nec Amurathi alia ratio de eo se vindicandi fuit, quam ex probrandi beneficia in eum collata, literis gratiae plenis appellando eum filium ingratum. Adeo uero nihil Schanderbegus ipsum metuebat, ut relictis terris iret in auxilium regis Neapolitanii Ferdinandi contra Ioannem ducem Calabriæ, quo regno pulso id Ferdinando restituit. Meriti itaque istius magnitudine Ferdinandus motus, Schanderbegi filios a Mahomete secundos, post obitum patris omnibus bonis exutos, maximis beneficijs affecit, ita, ut peruererint ad dignitatem Marchionatus Sancti Angeli & Tripaldæ. Ex horum prosapia erat Ferdinandus Castriotus, Marchio S. Angeli, qui in conflictu Papienti periret. Verum quantumuis Schanderbegus Amurathi negotium faceſſeret, hic ta-

Morea, olim men Moream antiquitus Peloponnesum Peloponnesum dictam, occupauit, uel occasione discurſus, diæ flagrantis inter Thomam & Demetrium regionis Despotas, fratres cę Constantini Palæologi, ultimi Imperatoris Constantinopolitani, uel belli ab Albani- cis

cis contra ipsos moti, ita ut ad auxilium Amurathis confugerent, eiusque tributariorum fierent. Cæterum, cum deinceps tributum promissum illi soluere recusarent, pulsi, alio secessere, Demetrius ad Amurathem, Thomas Romam ad Papam, ubi obiit, quatuor relictis liberis, duobus masculis, & duabus filiis. Postquam uero Amurathes ad extremam ætatem peruenisset, mundi huius negotiorum pertitus, in sodalitium Amurathes hæremitarum legis suæ secessit, ut illic in monasticam posterum uitam in solitudine & tranquillitate susci- litate transigeret, filio Mahomete, admoti-  
 dum iuuene, sibi surrogato, eiusque tradito gu-  
 bernatore Halybacha, quem quidam appellant Chaly Bacham. Ioanne uero Hunniade & Hungarum magno exercitu eum inuadere cogitantibus, precibus filij, & Haly Bachæ, quibus exercitus inobsequens es- set, compulsus fuit administrationem res- rum resumere, & ire contra Hungaros, quos uicit, ac pepulit. Deinde uero Ma- homete filio secum ducto, Croyam obse- dit, sed nulla eius capiendæ facultate da- ta, cum inde per montes amoueret, per in- colarum grassationes maximo danno eu- sufficientium uexatus, tantum dolorem, uel potius rabiem ex ea re contraxit, ut mala ualetudine correptus anno millesi-

*Amurathis* mo, quadringentesimo, quinquagesimo  
*obitus.* primo, ætatis suæ septuagesimo quinto,  
*Ianizerorū* regni tricesimo secundo, Caroli uero septi-  
 ordo à quo mi regis Galliæ uicesimo septimo, è ui-  
 premū sit in- ta excederit. Primus hic ordinem pedi-  
 stitutus. tum, quo Ianizaros uocant, instituit,  
 eosque ex Christianis, qui tamen Chri-  
 stum abnegauerant, ut superius diximus,  
 delegit.

**Mahomet** M A H O M E T I L. Enguerrano, a-  
 II. Ihs'p historicis Gallicis dictus *Morbesan*, ne-  
*Morbesan.* scio an dicere uelint *Morbesalem*, quod tan-  
 tum ualeat in lingua Syriaca, aut *Moraui-*  
 ca, quantum hæc uox Euangelica, V A D E  
 I N P A C E. *Morbesan* uero Turcis signifi-  
 cat ducem. Mahomet autem filius Amura-  
 this, atque Irenæ Vucouisiæ filiæ Georgij  
 Despotæ Serbie, anno ætatis uicesimo pri-  
 mo, regni administratione suscepta, bien-  
*Cōstantino-* nio post urbē Cōstantinopolim cepit, cru-  
*polis capta.* deliter imperfecto Constantino Imperato-  
 re, quod accidit anno millesimo, quadrin-  
 gentesimo, quinquagesimo tertio: in quo  
 hoc notatu dignū, ac ueluti fatale fuit, ut  
 quemadmodū Cōstantinus filius Heleng,   
 primus fuit Imperator Constantinopoli-  
 tanus, similiter & aliis *Constantinus He-*  
*lenæ* filius, ultimus esset. Mahomet uero,  
 neque Christianus, neque Muselman, id est,

Ma-

Mahometista fuit. Nam ab incunabulis *Mahometus* in Christiana religione à matre instructus pueritia, fuit: postea autem in alia; cùm adoleuisset, neutrā curauit, talem se exhibens, ut neq; in Christum, neq; in Mahometem crederet. In initio Imperij duos fratres interfecit, alterū octodecim, alterum sex mensium: Veruntamen fertur in locum maioris suppositum fuisse alterum, uerumq; fratrem missum Constantinopolim, posteà Venetias, deinde Romam ad Papam Calixtum, qui eum sacro fonte tingi curārit, atq; uocari Calixtum Othomannum, cui Fridericus tertius postea in Austria multa bona contulit.

Porro Mahometes Constantinopoli capta, ut diximus, in Hungariam sese conuertit, Belgradumq; obsedit, unde à Ioanne Belgradum Huniade, qui in ciuitate cum Ioanne Cardinale Sancti Angeli, & Ioāne Capistrano Franciscano erat, repulsus fuit magno cū damno & dedecore discedens. Nam & uulneratus omnes machinas bellicas cum impedimento, & spe Hungariae subiugandæ amisit, & ad defensionem Moreæ, quam Veneti ei ademerant, retractus est, refecto Hexamilo loco, qui murum in sex milliariorum spaciū porrectum habet, ac Peloponnesum totam, adeo includit, ut ueluti insula

Sim<sup>o</sup> Patræ, insulam efficiat a sinu Patræ, qui Corin<sup>o</sup>,  
 olim Corin<sup>o</sup>thiacus olim, usque ad sinum Leginæ,  
 thiacus. uel Megaricum porrectum ad nobilem ur  
 Corinthus, hinc Corinthum, hodie in exiguum pagū  
 Corintho redactam. Quem Hexamilum  
 Amurathes pater eius diruerat, ut liberū  
 aditum in Moream haberet. Venienti er  
 go Mahometi Veneti restitēre, sed uicti in  
 prælio fuere, in quo magnus numerus no  
 bilium ducum Italorum cecidit, postea  
 quasi in ipsorum conspectu, ac oculis Ni  
 gropontum insulam, quæ est Euboëa iun  
 cta terræ continentí uno ponte, multasq  
 alias insulas, ut Stalimines, antiquitus Lem  
 S. Maura o- num & Lesbum (pertinentē Nicolao Ca  
 lim Nerys taluzio Genuensi) deinde Sanctam Mau  
 thus. ram olim Nerytum, quibusdam Leuca  
 Tantes olim dem & Leucadiam, Iantem alijs Zacyn  
 Zacynthus, thum & Cephaloniam dictas occupauit.  
 Mox quoq<sup>z</sup> Croyam post mortem Schan  
 derbegi recuperat.

Ciuitatem Scodram uel Scutari, Aranith  
 Comneno cognominato Golent, quod  
 comatum significat, patri Constantini ade  
 mit, qui Marchionatu Montisferatensis,  
 post obitum ducissæ neptis præfuit, tem  
 pore quo Carolus octauus ē Neapolí redi  
 Heinricus ret: postea Bosnam ingressus Despotam  
 Hierachæ, regionis, id est, dominum nomine Heinri  
 cum

cum Hiercheo, alijs ducem *Latic* dictum cepit  
 & decapitauit, filio eius puero adhuc cir-  
 cumciso, ac Achmatis nomine imposito,  
 Genuēsibus Capham quæ *Theodosia* ap. *Theodosia*  
 pellabatur eripuit, sitam in *Prezecopia*, *Capha*.  
 quæ est Turcica Chersonesus instar Penin-  
 fulæ ut Peloponnesus, habens ab una par-  
 te sinum *Nigropilæ*, dictum olim *Carsi*. *Sinus Nigro-*  
 uitum, & ab altera mare nigrum, dictum *pilæ* olim  
 picidem paludem, & non longe inde Me- *Cariuites*.  
 cotides paludes, quæ hodie appellantur  
 sinus Tanais. Post has expeditiones bel. *Sinus Tad-*  
 licas auctum tot terris tanquam remotis, *nais*.  
 Piramet, Caramen, Anatoliam, inuadens,  
 à proposito retraxit, nihilominus tamen  
 antequam proficisceretur fortissimū pro-  
 pugnaculum *Mancup* uel *Manzup* situm ad *Mancup*.  
 angustias, continuantes *Prezecopiam* cū *Prezecop-*  
 terra continente, quas ueteres, *Taphram pia*.  
 hodie *Zau* & *Affou*, dixere, ad flumen Ta- *Affou Zau*  
 naim cepit. Hoc uero facto in Anatoliam phra.  
 progressus, Caramanno repulso, eius re-  
 gionem inuasit, eiusq; magnam partem  
 captam suo imperio subiecit. In reditu ue *Sinope ea-*  
 rō *Sinopem* caput Paphlagoniæ ad mare put *Paphis*  
 sitam & *Trapezuntem* (quæ *Trepizonde goniae Trae-*  
 dicta, hodie est imperialis sedes) coepit, ecce *pezuntis a-*  
 ciso Imperatore Dauide Comneno Chri- *lias Trep-*  
 stiano prognato ex nobili *Isaaci* familia, *zonde*.  
 qui

qui Imperator Constantinopolitanus post Michaelem fuit. Hæc uero omnia acciderunt eo tempore, quo Hungari & Austriaci bellum inter se gerebant, de Ladislao filio Alberti ipsorum rege, quem Austriacus in sua custodia constitutum reddere uolebat et si adolescentiæ annos ingressum. Post has uictorias in eum hostis insurrexit nimirum rex Persarū *Vsum-*

*Vsumbeffa-* cassanus uel Assambegus, qui comitatus nus, magno exercitu Persarum, quos Turci *Persæ Ke-* Kesselbach uocant, id est, capita rubra, quod *selbach.* caputia rubra gestent, Cappadociam atque regnum Trapezuntinum inuasit, prelijsque duobus cum ipso commissis, in eorum altero Mahometes, in altero uero multis suorum amissis Assambegus succubuit.

*Assambegus* Erat uero Assambegus gener Dauidis *unde.* Comneni imperatoris Trapezuntini, cuius superius mentionem fecimus, & imperauit anno millesimo quadringentesimo septuagesimo secundo. Porro Mahometes hoc aduersario liberatus, post obitum Pirameti Caramanni, in Caramanniam revertitur, & Abrahamo filio eius imponit necessitatem implorandi auxilium Christianorum maxime Papæ Pij secundi, qui profectione in Caramanniam constituta, Anconam ubi classem adornari curarat profea-

profectus, ibidem moritur, dum aduentum Venetorum sociorum expectat. Unde euenit, ut classe diuisa, acre infecta dilabente, & Germanis bello Hungarico occupatis, Caramannus minime ad resistendum Turcis sufficiens, à Mahomete interficeretur. Et sic familia Caramannica defecit, eiusque terræ Othomannicæ cessere. Caramannæ  
æ familie  
defectio.  
Mahometes itaque hoc loco securitate parta, Omarbeium Sangiacum, Bosnæ natum patre Genuensi ad Istriam olim Liburniam, Carniam, Carinthiam, Stiriam, Valeriam dictas, sub Illyrico compræhensas, depopulandas misit. Isque ad Forum Iulij usque pfectus traiectis fluminib. uado atque nauigij, Venetos obuios cecidit, nobilitate Italica partim imperfecta, partim capta. Omarbeius.  
Ab altera autem parte Mahometes Achmat Bassam cognomine Ghendich a magno de Gbendichte, filium Stephani Despotæ Bosnæ, de quo superius dixi, cum magna classe contra Italiam ablegauit, qui Otrantum uel Otrantus Hydrunrem oppidum Apuliæ antiquis la olim Iappygium dictum occupauit. Quo nuncio giust. tota Italia ita timore territa & prostrata est, ut de salute dubitaret.

Quin & circiter idem tempus Mesih Ba- Mesih Ba-  
cha Palæologus ex Imperatoribus Con- cha,  
stantinopolitanis descendens, Rhodum eijs

eijs iussu obsedit. Nam subactis uī & armis post Constantinopolitanum excidium spacio 28. annorum omnibus circumiacentibus terris & insulis , ægerrime Rhodus op- tulit tyrannus Rhodum liberam esse. Eam pugnatur. ergo cum oppugnare tentaret, saepe clade affectus est, multiq; de eius exercitu, terra mariq; trucidati. Conatus ergo est alia uia expugnare insulam, nempe dolo & proditione, subornatis qui se trans fugas finge rent. Pacem simulat, si aut uectigal, aut munera Rhodij offerant. Generositate animorum Rhodij milites utrinq; rehiciunt, fœdus & munera cotēnunt. Cum igitur trien nio de proditione Rhodi consultasset Mahometes, magister militum Rhodiorum interim collapsos urbis muros ac moenia restituit, munitionibus egregie custoditis. Tyrannus uero fra incensus, classem maximam cum 100. millibus militum mittit, inter urbem aggreditur, occiduntq; à parte eius primo congressu septingenti & multi uulneribus confodiuntur. De hinc 2. mil lia, postremo ceciderunt 3. millia, cum penitus urbem diruere moliretur. Durauit obsidio 90. ferè dies. Abiens ergo Mahometes confusus & cum ignominia. Nec his tribus expeditionibus contentus Mahometes, ipse met Sultanum Aegypti peti t.

tit. Verum cu'm ad Nicomediam perue- Nicomedia  
 nisset, quæ hodie dicitur Comidy, & à Tur- hodie Comi  
 cis Nichor colico dolore correptus, uitam fi- dy & Ni-  
 niuit anno millesimo quadringentesi- chor.  
 mo octogesimo secundo, ætatis suæ circi-  
 ter quinquagesimum quartum, Imperij  
 sui tricesimo uno, sub finem regni Ludo-  
 uici undecimi & initiū Caroli octaui Gal-  
 liarum regis. A' Turcis dictus fuit Mahu- Mahometes  
 metes Boiu, id est, Magnus. Duos filios re- Boiu, id est,  
 liquit Pazaitem & Zyzimum ab amore Magnus.  
 dictum. Nam Mustapha prīmogenitus I- Zyzimus.  
 conij Gubernator, post secundam pugnā  
 cum Vsumcassane in qua fortiter & egre-  
 giè se gesserat, uita excessit.

PAZAITES aut Bazaites secundus Pazaiter.  
 eius nominis & natu minimus inter fra-  
 tres auxilio & fauore Ianissarorum, quo-  
 rum dux seu Aga Bazaites gener erat, im-  
 perium inuasit. Cum' que Zyzimus frater Zyzimus.  
 Bursiam occupasset, ea haud dubiè conten-  
 tus futurus, Baizetes eum exercitu à pa-  
 tre contra Sultanum parato, inde deiecit.  
 Ad hunc itaq; Zyzimus statim se recepit,  
 adiutus ab ipso copijs & pecunia. Cæte-  
 rum alea fortunæ tentata, bis ab Achmat  
 Bacha Gendich superatus est. Quamob-  
 rem fuga rebus suis consulere coactus, ad  
 Rhodij maris litora peruenit, ibi' que spe  
H omni

omni destitutus, Magno Rhodiorum Magistro se ipsum tradidit ætatis anno uice-simo octauo. Bazaites hoc cognito magna munera Magistro eius que consiliarijs misit, eos rogans, ut fratrem diligenter assertarent, ac pro sustentatione ipsius quadra-

**Turcæ fæ-  
dus cum Io-  
bannitis.** ginta millia ducatorum offerens, se à bellis contra Christianos abstenturum interea

promisit, ea que, omnia fideliter præstit. Et hic est Zyzimus, qui ob maiorem securitatem, & terrorem Balaizeti incutiendum in Gallias est ablegatus, ubi in domo ordinis militum Hierosolymitanorum dicta Bur-

**Burgonou.** gonouo longo tempore uixit, postea datus Innocentio octauo pontifici & Romam deductus, ubi ad tempora expeditionis Neapolitanæ à Carolo Octauo suscepit mansit. Qui tunc eum sibi dari petiit, sperans, se eo usurum ad recuperationem Imperij Constantinopolitani. Verum Alexander sextus eum ut fertur, ueneno potionatum tradidit, ita, ne ultra triduum uiueret Zyzimo Tarracinae anima exhalante. Bazaites uero metu fratris libertatus, ad Transylvanianam subigendam animum mox adiecit, ac Moncastrum ad Boristhenem (quem hodie Neper uocant) &

**Acomathes** Lithostomum in Danubij ora situm, cœ-Bauha. pit. Ac nō ita multo post Acomathem Ba-cham

cham æqualem omnibus præstantibus  
 ducibus natumque ex Stephano Despota  
 Bosnæ, ut dixi, interfici iussit, testatus ni-  
 triam serui magnitudinem ac uirtutem  
 Domino timorem incutere. Verum hisce  
 peractis Bazaices, insistens sententiæ pa-  
 tris, ac de uindicta contra Alcaïti Sulta-  
 num cogitās, quod Zyzimo fratri fauisset,  
 maximas contra ipsum copias Tharsum  
 uersus misit. Quo Mammoluchis cognito  
 statim Antiochiae conuenerunt, atq; Ama-  
 num nunc Nigrum montem appellatum  
 transeuntes, Turcas intra eum & Sinum *Amanus hoc*  
 Issicum, hodie sinū Layasseum dictum ca-  
 strametantes impetuerunt ac profligarūt *die Niger*  
 eodem loci, quo Magnus Alexander olim *mont.*  
 memorabili pugna cum Dario conflixit. *Sinus Issicus*  
 Exercitu uero Turcico in fugam conuer- *hodie Layaf-*  
 so, Cherseolus gener Bažaitis captus, Al-  
 caïrum, quam Turcae Mizir appellant, ad *Alcairus a-*  
 Caïtheum Suldanum deductus fuit. Et *liás Mizir.*  
 hoc quidem dedecore atque hac strage nul-  
 lam maiorem Turcae unquam à qua uis or-  
 bis natione perpessi sunt. Quando quidē,  
 autem in Mammeluchorum mentionem *Mammeluci*  
 incidimus, non abs proposito erit, si bre- *qui dicantur.*  
 uibus indicemus qui dicantur Mamme-  
 luci. Mammeluchi itaque lingua Syriaca  
 que & Aphricana est, à nobis Maurica,  
 H 2 dicta

dicta, omnium linguarum uulgarium usitatissima, ministrum aut stipendiariū significat. Et sciendum est Suldānū & Mam meluchos fuisse speciem quandam religio sorū qui cœlibes uixere, ut & equites Hierosolymitani: in uestimentis portantes amictorium ex lino candido atque pellucido. Ac ut magnus Turcarum princeps à latere suo quatuor Visirbachas habet, sic **Emir, Qui-** Suldano, quatuor **EMIR QVIBIR**, id est, **bir.** Magni Admirali erant.

Quibir enim lingua Morauica significat Magnum, erant & præter hos alijs minores: & Magnus Comes stabuli, quem **Derdart** appellabant **Derdart Quibir**, Iouio dictus **Quibir** ali. Magnus Diadarus. Suldanus uero per as **Magnus** Mammeluchos ex ipsorum numero elige **Diadarus**. batur, ut equites Hierosolymitani suum magistrum creant, ac sæpius quidem unū ex numero Emrorum, uel **Admiraliorum**. Qui uero eligebatur, pro felici introitu cuiq; Mammeluchorum centum ducatos dono dabat.. Omnes hi erant Christiani abnegati, aut filij Christianorum, ut & Iannissari sunt, neque ullo modo adduci potuerant, ut in sodalitium suum recipere **Liueri, Hibe** rent Turcas, Mauros, uel Iudeos, sed mari & Circas- gna ipsorum pars Liueris constabat: sic e- si. nim Turcæ appellant Hiberos & Circas- fos,

sos, uocantes eos *Cercaz*, qui erant Colchi,  
 Georgi, Albani, & alij Christiani Iacobite,  
 & Nestoriani commorantes ad fluuium  
 Fasum, qui ueteribus fuit Phasis, quos Tar *Fasus olim*  
*tari capiebant*, & turmatim abducebant, *Phasis*.  
 uendentes eos *Emyris*, id est, Admiralijs,  
 emptos educantibus, atque Mammeluc-  
 chos efficientibus, erant' que omnes uiri  
 strenui, & in armis exercitatissimi, præser-  
 tim in re equestri, legis Mahometanæ cul-  
 tores.

Hæc secta cœpit tempore regis Ludouï *Seclæ Maho-*  
*ci Sancti*, qui ad Damiatam captus est, di- *metanæ ini-*  
*ctam Heliopolim*, primusq; Sultanus no *tium*.  
 minatus fuit Melechsalem, quem Māma- *Damia-*  
*luchi obtruncarūt*, quæ cædes causa fuit fa *ta*, aliás *He-*  
*cilioris liberationis sancti Ludouici.* *liopolis*.

Cæterūm, ut ad Bazaitem reuertamur, *Melech Sa-*  
*strages*, quæ Turcis ad sinū Issicum à Mam *lem*.  
 maluchis illata est, omnium maxima fuit, *Turcarum*  
 quam unquam perpessi fuere. Quare Ba- *strages à Mā*  
 zaites uidens res minimè illis ex animi sen *meluchis il-*  
 tentia procedere, in Sclauoniam rediit, ce- *lata*.  
 pitq; ciuitatem Duraz, antiquitus dictam *Dyrrachiu*,  
*Dyrrachium*, & *Epidamnu*, quæ erat Car- *Duraz*.  
 louiorum, qui ex familia regum Galliæ,  
 atq; Caroli Durazij, cognomine Pacifici,  
 filij Petri ducis Grauinæ, nepotis Caroli  
 II. regis Neapoleos, & Hūgariæ, qui filius

fuit Caroli Andegauensis, regis Neapolitani fratri dicti, sancti Ludouici, se prognatos profitebantur.

Porro, anno millesimo, quadragesimo, nonagesimo tertio Bazaites octo milia equitum misit ad infestandam Hungariam, & Sclauoniā, ductore Bacha Cado, cōtra quos quidam Hungari, Sclauoni, & Croatæ arma cepere. ihs'q; ad fluuium *Moschus* rauam, antiquitus Moschum dictum, oce Moraua. currere, ubi Christiani cæsi, fusisq; fuere.

*Iara, uel Ias.* Quinquennio deinde interiecto, Haly Bacha Mammoluchus Epiroticus, magnā classem, Iaram, uel Iaderam usq; sitam, in sidera, nū maris Veneti, quod appellat Adriaticum, eduxit. Quamuis autem classis Vene ta, quæ magna erat Halym, sequeretur, nā tamen ipsum adoriri ausa est. Quo ipse cognito, p̄tē Venetorum oculis Lepanthū, antiquis Naupactū dictam, expugnauit. Anno insequēti, qui erat millesimus, quin gentesimus, Bazaites ipse Modonem, que olim Methone fuit, in Peloponneso sitā, ui coepit.

Postea, cūm Ludouicus XII. & Veneti contra Ludouicum Sfortiam, à Moro cognominatum, ac ducem Mediolani se prætententem, foedus fecissent, Bazaites ad preces Ludouici Mediolanensis, decem mil-

millia equitum in Forum Iulij submisit, quæ Taruisium usque, & in conspectum Venetæ urbis peruenere. Quare Veneti ingentem, ac ualidam classem adornarunt, cui classis Gallica sub ducibus Rauenstaino, & Consaluo Ferdinando, qui Magni ducis cognomen habuit, & Ferdinandi regis Arragoniæ, cognomine Ioannis Gipponis, coniuncta fuit. Hæc classis recuperauit insulas Cephaleniam & Nerython, quam sanctæ Mauræ uocant. Verum hæc Turcarum non ita multò post Andree Geritti, clarissi Venetorum Venetiarū ducis opera, pace cum Turcum pacificis sancita, his restituta est. Clasis autem catio, Gallica ad Lesbum proiecta, re infecta, inde discessit.

Circiter hoc tempus fama Siach Ismaelis regis Persiæ, cognomine Sophi, à patre tracto, increbuit, qui natus ex filia Vsumcassani, & quodam nomine Seich Aider, id est, bono, religioso, qui, quod sanctus homo, & ueluti Propheta haberetur, Sophus dictus fuit, sectæ, uel religionis, si ita dicendæ sit, quam Sophi, uel Sophilar uocant. Alij dicunt Sophi cognomen ipsi inditum à Sophena, quam possederit, sed nec Turcae, nec Persæ sciunt, quæ sit ista Sophena. Seich Aider autem, post mortem Vsumcassani, à Iacobbego affine suo ex æ-

mulatione, & inuidia propensionis popularis contra ipsum concepta, interfactus est, illo metuente, ne populus Seichum, regem ficeret. Quare siach Ismahel tunc ætatis octodecim annorum, fuga arrepta, in Lezia sita, ad mare Hircanum usque ad ætatem uirilem commoratus est. Eam ergo

*Sumach Metropolis Mesopotamiae.*

*Syra caput Armeniae.*

cum attigisset, in Persiam reuertens, trecētis hominibus ciuitatē Sumach hoc tempore Metropolim Mesopotamie cepit, postea crescente numero, populi Taurim, inde Syram Armeniæ caput, ubi optima arma fabricantur. Postea Aluantem,

qui regnum, trucidato Iacobbegō filio Vsumcassani auunculo suo, occupārat, uictū interfecit, factōq; cum Aladulo, uel Amadulo, & Sultano Aegypti födere, eorum consilio & instinctu bellum Bazaëti intulit, deq; eius ducibus complures uictorias reportauit.

Sub idem tempus minimus Bazaëti filius, nomine Selym<sup>9</sup>, noua moliri cœpit. Nam ē suo Trapezuntino Saniatum profectus, filiam Principis Tartariæ Prezecopiae uxorem duxit, saceri que fauore, & auxilio equitatus, quem affinis ipsius Chamogli, uel Canogli, Turcis dictus, & Ianissarorum, quos sibi deuinxerat, fauore fretus, patrem ad deponendum Imperium compulit,

qui, cùm Dimoticum amoenissimam ciui *Dimoticus.*  
 tatem in Euxini littore sitam, ad transigen-  
 dum reliquum uitæ tempus, peteret, phar-  
 maco uenenato Selymi iussu disposito, in  
 itinere interiit. Veneni præsumptione in-  
 de collecta, quod discedentes ad inuicem  
 simul biberint. Imperium Bazaites trigin *Bazaitis*  
 ta annis administravit. Vixit sexaginta *mors.*  
 tres, obiit anno millesimo, quingentesimo  
 duodecimo, anno regni Ludouici duode-  
 cimi, decimoquarto, relictis tribus filijs,  
 Selymo, Achmat, & Corchuto.

ZELYMVS ergo uel Selymus minor na- *Zelymus 10.*  
 tu filius Baiazeti, imperium è manibus pa- *Imp. Turea.*  
 tris arte & dolo extorsit, ac sibi usurpauit.  
 Tartaris enim iunctis, & impetrata filia  
 reguli cuiusdam Tartari in uxore, immen-  
 sa breui collecta multitudine Tartaroru, *Tartari*  
 Adrianopolim uenit, iræ minarumq; plen-  
 nus. Baiazetus imperator qui diu filium  
 amissum luxit, audiens cum exercitu ades-  
 se, obstupuit, missisq; nuntijs quærebat,  
 quid peteret, cur tam ingétem in patriam  
 aduexisset exercitum, suadebatq; ut hunc  
 dimitteret, missa magna pecuniaru sum-  
 ma, & preciosis uestibus, quibus stipendia  
 militibus & dona posset dare honesta, ne  
 indignarentur. Zelymus placatus mune-  
 tribus paternis, exercitum dimittit, ad te-

chinas confugit, & dolum comminiscitur.  
Cum enim Baiatzetus podagræ morbo  
decumberet, Ianizari imperatorem adeun-  
**Dolus Zely.** tes, dicunt ei: Quia senio confectus es im-  
mi. perator, neque imperium satis defendere  
potes ab hostium incursu, oramus ut no-  
bis successorem designes, qui locum tuum  
occupet, uirū scilicet bellicosum, strenuū  
& impigrum, qui Mahometi legem ense  
possit tueri. Nec possunt pericula longio-  
rem ferre moram. Imperator his auditis,  
nihil suspicatus malī, sese dudum maiore  
natu qui ei succederet, resignasse respon-  
det. Ianizari autem dolum suum non ape-  
rientes eligunt ex se tres, qui maiorem na-  
tu filium, qui tum erat in Naçolia adeun-  
tes, noua ab eo postulant stipendia, si uelit  
ab eis constitui imperator. Indignatus ille  
respōdit, o latrones, uos me imperatorem  
constituetis, quem pater iam dudum desi-  
gnauit! Ianizari rubore perfusi, ad socios  
reuertuntur, & conuitijs designatum im-  
peratorem iaceſſunt, tanquā imperio ine-  
ptum. Quodam ergo die Ianizari seditio-  
nem Constantinopoli grauē mouent, quū  
Baiatzetus cum suis consiliarijs de repub.  
tractat, palatiumq; obsidet, clamant sibi  
dari imp. qui eos tutari posset. Cum autē  
Baiatzetus respondisset, nūquid Achmat  
filium

filium meum maiorem natu habetis, quē  
 imp. uobis designauit. Dixerunt illi: No-  
 lumus hunc regnare super nos. Pinguis  
 est, imbellis & ineptus. Non amat arma,  
 sed procul minuetur & destruetur sub eo  
 imperium. Zelymum cupimus strenuum  
 & bellicosum. Eductisq; ensibus nudis *Ianizari* Ze-  
 quos sub uestibus occultabant, impetuo- lymum eli-  
 so clamore Zelymum sibi dari postulant. gunt.  
 Baiatzetus furori militum acquiescens,  
 Zelymum se daturū eis promittit, quem  
 Ianizari cum gaudio excipientes, ad pa-  
 latium perducunt. Imperator uocato ad  
 se filio, dixit: Quid mihi opus erat his ar-  
 mis atque tali furore? Ne sis adeò p̄r̄ceps  
 ac furibundus. Modestè agas quicquid a-  
 ges. Noli tuo obsequi furori, cede tempo-  
 ri quod omnia occulta detegit, & cogitate  
 esse hominem multis obnoxium pericu-  
 lis. His dictis sellam suam qua uehebatur,  
 iussit amoueri, loco cedens eminentiori,  
 quem filio Zelymo concessit. Tunc in-  
 gētes excitatę sunt acclamations, impera-  
 tor salutatus ab omnibus, patre summa cū  
 mœstitia abeūte, & religionem quandam  
 ingrediente.

Zelymus itaq; arrepto imperio, magna  
 saeuitia gubernationē administravit, mul-  
 tis ex primatib. partim ueneno, partim ui-  
 sub-

subiatis, suis autem diuitijs ac honoribus elatis. Pater interiectis aliquot diebus experiri uolens, quoniam pacto filius regimē suum ordiretur, gazophilacium ingressus, omnes diuitias reperit breui dissipatas tempore. Dehinc armamentarium, ubi spolia hostibus adempta reseruantur, recensuit, & pariter uacuum reperit. Omnia enim suis iam donauerat. Lustrauit *Nouus impe-  
rator om-  
nia dilapi-  
dat.* deinde camieram argentariam, ubi uasa & pocula aurea atq; argentea a principibus & regibus finitimiſ dono missa custodiuntur, quæ pariter iam distributa euauerat.

Postremo stabulum regiorum equorum ingressus inuisit, ubi delectos & insigniores equos nullos inueniens, ingemuit, & vindictam querens, cum reliquo qui supererat thesauro abire instituit in Natoliā ad maiorem filium, idq; per hortum quendam portui maris uicinū, ubi naues quendam ordinauerat, quibus trajecteret. Prius quā aut quæ nauib. erat necessaria præparentur, ab amoenissima confidens arbo-re pyro, cœpit filium diris deuouere ac omnia aduersa imprecari, quod se patrem despexisset, & Mahometi legem præuari-catus fuisset.

*Zelymus intellecta fuga patris, uenit in  
hortum ad patrem uelutī mœstus, multa  
lamens*

lamentatus, quod sic clandestinum molie-  
retur abitum, cum tamen ipse imperij ad-  
ministrationem non expeteret, titulo con-  
tentus. Noli inquit pater clam egredi, no- Filius patrī  
li hanc filio tuo, qui te unice diligit, inure.  
uenenū pro-  
re notam: Ego nomine, tu re sis impera-  
tor. Finem uitæ tuæ patientissime expe-  
ctabo, quæ utinam diuturna sit. Multa de-  
inceps blandè elocutus, ut patrem delini-  
ret, iussit afferre delicatiss. dapes, sed uene-  
no mixtas. Quibus parū degustatis, mox  
sensit ueneni tormenta. Atq; ideo abiens  
ultimum uale dixit, & egressus urbem plu-  
ribus comitantibus & ululatu plateas re-  
plentibus medio itinere à diro sumpto ue-  
neno occubuit.

Selymus, cùm hac inusitata & scelerosa  
uia ad Imperium peruenisset, statim om-  
nes cogitationes eō conuertit, ut fratribus  
ē medio sublati eorum metu liberaretur.  
Et primo quidem Corcuthem interfecit,  
qui cùm ad Smyrnæ littora se contulisset,  
ibisq; in spelunca quadam delitescens, na-  
uem aliquam expectaret, qua Rhodum ad  
Magistrum equitū Rhodiorum trañce-  
ret, à perfido seruo, Bostangæ Bassæ, Sely-  
mi genero, classe ea littora obseruantī, pro-  
ditus, deprehensus, captusq; est, & quem-  
admodum Selymus ordinārat, arcus ner-  
uo.

uo suffocatus. Simili quoq; morte Acli-  
mat in bello, comitatus magno, & poteri-  
ti exercitu, quem auxilio Siachi Ismahe-  
lis, Sophi, & Campsonis Sultani coëge-  
rat, perijt. Nam cum in conflictu cum fra-  
tre ad Hormium commisso, ipse ob nimia  
crassitatem ad equitandum parum agilis,  
equo perturbatus, in terram decidisset, nec  
eluctari posset, captus est ab hostibus. Vi-  
dens igitur sibi imminere fatum, consedit  
exanguis super lapidem, & compellans mi-  
litum præfectum dixit ei: accipe à me hos  
annulos, & à fratre faciliorē mihi mor-  
tem impetra, ut incisis uenis in balneo me  
mori sinat, non crudeliter in me grassetur.  
At Zelymus de omnibus certior factus,  
carnifices submisit, qui ligatis in dorso ma-  
nibus per pedes in terram prosternunt, ac  
mox chordis collum strigentes strangu-  
lant, cadaueris currui imponunt, qui para-  
tus nigro uelo astabat, ac honorifice Brus-  
siam ad sepulturam uehit.

Ita ergo, patre & fratribus exoneratus,  
constituit bellum aduersus Sophum mo-  
uere, tam ob ueteres inimicitias, quæ erant  
inter ipsos, quam cupiditate vindictæ,  
quod Acomathi fauerat. Quoq; id secu-  
rius atq; expeditius efficere ualeret, solen-  
nas inducias cum Ladislao rege Hunga-  
rix,

tiae, pactus est, ac pacem cum Venetis, quā *Pax inter*  
*Baiazetes eius pater constituerat, confir-* Venetos &  
mauit, eo'q; facto , expeditionem Persia- Turcas re-  
nam suscepit. Cūm itaque Sophus ei ma- nouatur.  
gno equitatu adeò armis, equisq; pulcher-  
rimis ornato, ut nihil suprà excogitari pos-  
set in Assyriam occurrisset, manu conserta,  
fusus est machinis æneis Turcarum, qui-  
bus equi Persiani minime assueti erāt. Pu-  
gna uero commissa est in planite Calderama  
mæ, inter Taurium, & Coym, ubi antiqui planities.  
tus Artaxata, nobilis ciuitas extitit, atque  
depicta est in curia Senatus Veneti, ubi il-  
lam uidi, à Selymo, ut dicitur, Venetis  
transmissam. Ab hac uictoria Taurium  
cum maxima parte regni Persici, in Tur-  
carum potestatem concessit: ueruntamen  
non diu in ea mansit. Nam Siachus breui  
Tauriū recuperauit, id'q; hodie filius suus  
Taamas adhuc possidet. Porro Selymus  
reuersus in Trapezontina atq; Amasina  
prouincia hyemauit, atque anno insequen-  
te bellum Aladulo Principi intulit, qui re-  
gni sui fines terminat, cum Sultanu uer-  
sus Alepum, quam Galli *Halappen*, Turcæ *Alepum*, o-  
Aldephen, ueteres Epiphaniam dixerunt, & no lim Epiph-  
amen Aleph sortita est inde, quod prima nia.  
Syriae ciuitas est. Ab altero uero latere, cū  
Turca, urbe quadā, quā Orfam nominat,  
Ama-

**A**masia, Saniacatui, atq; Iconio opposita, cum Sopho uero prope minorem Armeniam. Turcis itaq; in eius regionem per omnes locorum angustias penetrantibus, ea cum Aladulo capto, in Selymi potestatem peruenit, qui eum capite puniri impetravit, atque ipsum caput Venetias in signum victoriae misit. Aladulo itaque cum Siacho debellato, nullus supererat, quam Sultanus, de quo vindictam sumeret.

Contendebat huc eodem tempore contra Cayerbeium, Alepi præfectum, subditum suis Imperijs, sed parum amicum, ac parum obsequentem, cum exercitu uiginti octo millium equitum Mammeluchorum, qui, quod antea Turcas, ut diximus, profligabant, eos nihil faciebant. Selymus itaque simulat se contra Sophum iturum, idque ita diuulgari curat. Cum uero Amanum ciuitatem, antiquitus A-

*Apamia,* pamiam dictam, inter Damascum & Ale-  
*hodie Ama* lepum peruenisset, eo nimis animo, ut  
*nus.* Alepum statim inuaderet, requisitus fuit  
a Cayrbeio, ut sibi supprias contra Sul-  
tanum ferret, ad quod ipse facile propterq;  
condescendit. Huic enim occasione inten-  
tus, minime animi sui sententiam decla-  
rare audebat, quod duobus hostilib. exer-  
citibus

citibus sibi aduersantibus, uereretur ne hi  
inter se concordia redintegrata, contra i-  
psum conspirarent, præsertim cum ruinam  
atq; interitum amborum quereret. Quare  
statim cum Emyx Gayrbeyo uiribus con-  
iunctis, Cambsonē, Ciaurumi, Alcairi Sul-  
tanū profligarunt, qui, ut & Cayrbeyus in *Sultanus in-*  
*pugna cecidit.* Vnde Selymus dominus *terficitur.*  
Syriæ, Damasci, Hierosolymorū, & Iudeæ  
factus est.

Mammeluchi, qui salui Aegyptum re-  
diere, cum alijs, qui domi remanserāt, aliū  
Sultanum creārunt, nominatū Tomom-  
beyum præfectum, seu Admiralium Ale-  
xandriæ. Selymus uero calore fortunę suę  
usus, atq; Aegyptum ingressus, Tomom-  
beyo, alio prælio deuicto, Alcayrum coe-  
pit, quam quidam male Coyram uocant, *Alcayrum*  
alij melius Memphis: Cumq; Tomom-  
beius aduersam fortunam expertus, rebus  
suis fuga consuluisset, Cagnolis, cu'm pon *Cagnolis.*  
tem Nili à Ianissaris occupatum comperis-  
set, eum natando traiecit, Tomumbeium-  
que ex fuga retractum, ad Selymum addu *Mammelus*  
chorum cla-  
xit: qui eum mulæ insidentem, per totam *des & exiur-*  
urbem duci, ac demum Alcayri tertio Idus *patio.*  
Aprilis suspendi iussit, atq; ita Selymus  
rex Aegypti factus est anno millesimo,  
quingentesimo, decimo octauo: Constan-  
tinopæ-

tinopolim uero reuersus cum Adrinopo-

**Chiorlich.** lim ire cogitaret, uictorijs, ac triumphis sa-  
ciatus, mortem obiit in pago Chiorlich,  
ubi prius auxilio Tartarorum, cum patre  
conflixerat: quod non sine manifesto Dei

**Dei iusta** iudicio factum est, ut quo in loco peccatum  
**windicta.** commiserat, ibidem & poenas solueret.

Obiit anno Christi millesimo, quingente-  
simo, uicesimo, regni sui octauo, etatis qua-  
dragesimo sexto, regni Christianissimi re-  
gis Gallorum Francisci, octauo.

**Zelymī cru-** Tres Bassas necari iussit, Chenden Ba-  
delitas, cham, quoniam sibi cōtra Persas eunti, tot  
difficultates obiecerat, ut Ianizari in unū  
collecti, transire Euphratē recusarent. Bo-  
stangi quoq; Bassæ genero suo, caput am-  
putari iussit, quod prouincias, quib. eum  
præficerat, expilasset. Ianū Bassum inter-  
ficiendum curauit, ut ipsius nimiam arro-  
gantiam cum infidelitate coniunctum, pu-  
niret. Reliquit filium unum, nomine So-

**Peribacha** lymannum, à Turcis Seleymānum dictū,  
**informator** quem Peribachæ commendauit elus pue-  
Solymanni. ritiae moderatori.

**Solymanus** SELEIMANNVS hoc tēpore quo hæc  
scribebā rerū apud Turcas potiens ad im-  
periū peruenit anno ætatis suæ 28. a' Chri-  
sto nato 1520. & anno insequenti, consilio  
Peribachæ, Belgradum obsedit, idq; ui-  
cœpit,

cœpit, Ludouico rege Hungariæ, admodum iuuene, & proceribus regni, de regni administratione, & rege discordantibus. Quare factum est, ne rebus rectè dispositis, Belgrado prospiceret. Anno deinceps altero, Rhodum inuasit, capta more suorum prædecessorum, occasione ex dissensionibus, atq; discordijs principum Christianorum, idq; contra consilium, & sententiam Peribachę, qui eam expeditionē, ut ancipitis aleæ, plenam dissuasit, nihilominus tamē ex animi sententia Soleimanno successit. Deinde anno 1527. Italia bellis, ac motibus ardente, Selymannus contra Hungariam mouit in fauorem, & gratiam, ut præ se ferebat, Ioannis Sepusiensis, prætententis regnum ad se, post Ludouicum regem in pugna imperfectū pertinere. Cæterum Ioanne, dum de regno cum Ferdinando contenderet, satis cedente, filiolumq; sub tutela Seleymanni, relinquente, regni portio huic remansit. Quatum ad ea, quæ posterioribus annis acciderunt, nō est necesse de ijs plura scribi. Quomodo enim Ceronem, Patram, Castellum nouum, aliaq; loca, quæ Imperator ei ademerat, recuperarit, omnibus nota sunt: *Africa, hoc nec minus magna Barbarossæ expeditio, diè Barbæ qui regnum Tunetanū Africæ, quam nos ria.*

Barbariam dicimus, sicutum, quasi præ foribus nostris, & ut sic loquar, saltem traiectu fluminis à nobis distans, cœpit. Similiter, minimè obscurum, quomodo Ferdinandum regem profligārit, non tam uirtute, quam dissensione Hungarorū, & Germanorum, in castris dissidentium, ut nec id, quomodo Venetos adegerit ad dedendā sibi munitissimam Romaniæ arcem Neapolis, o. polim, quæ antiquitus Nauplias dicta lim Nau- fuit. Nec præsumendum ipsum quietuplias. rum, sed plura opinione multorum suscep-  
teturum esse. Dignæ quidem ampliore, ac eruditiore explicatione hæres essent: mihi uero obiter, quasiq; leui brachio attigisse eas, sufficit, hoc adiungendo, non tantum potentes reges, qualis est rex Hungariæ, sed & minores regulos, atque dynastas nobilibus equiparandos, tantum virium, atque audaciæ habuisse, ut non saltem Turcicæ nationi resisterent, sed & conatibus eius fractis, loca occupata deserere, eam coegerint, idq; in summo flore potetiæ ipsius. Quare minimè impossibile hoc tempore, crederem, nos non idem, uel plus præstare posse, Deo saltem nobis animos, uiresq; suggerente.

Obiit autem Solymannus Anno 1567.  
Quinque ecclesijs urbe celebri, relicto unico filio

filio superstite nomine Selymo, quarta Septembris. Eius uero uitam & res gestas peculiari libello, nec non eius filij ac successoris Selymi, anno 1567 in temperator Turcar. electi, conscripsimus, atq; huic Opusculo adjici curauimus.

## DE MAHVMETANÆ

### FIDEI FALSA DOCTRINA:

*de q; uarijs Turcarum superstitionibus.*

### LIBER IIII.

 T S I de superstitione Turcarum, superius nonnulla dixerimus, tamen, ut mihi uidetur, Lector ijs minimè contentus, cupidus erit cognoscere opiniones, quas tam de rebus naturalibus, quam diuinis, Turcæ habent, ut de creatione mundi, & *Creatio eius fine, de paradyso, inferno, cœlo, terra, mundi.* rebusq; similibus. De ijs itaq; pauca subij ciām, licet hæc opera, male collovari, uideri posset, cum pleraq; potius ad risum mouendum, quam ad populum instruendum conferant. Ex hisce tamen, de reliquis eiusdem generis, lector facile iudicabit.

I s Primò

**Creatio ho-** Primo itaque dicuntur, quod Deus crea-  
**minus & mū** rit mundum ex puluere omnium colorū,  
**dī.** & ADAMVM ex limo omnis generis ter-  
 rarum. Nam si fuissent unius eiusdemq;  
 coloris, omnes res inuicem similes futu-  
 ras fuisse, nec hominem unum, ab altero  
 secerni potuisse. EVAM factam ex sinistro  
 latere Adæ: nam si ex dextro, eam uiri ro-  
 bur habituram fuisse. Spiritus omnes co-  
 ram Adamo se humiliasse, excepto Beelze-  
 bub, eiusq; socijs, & hanc ob causam eos ē  
 paradysō electos, atq; in mundo ante Ada-  
 mum habitasse, & quinq; mille annis post  
 ipsos Angelos paradysum incoluisse, ab  
 horum uero tempore usq; ad Adamū in-  
 tercessisse mille annos.

**Arbor uetia** Arborem cuius fructus manducatio A-  
 ta, appellata damo uetita fuerit, appellatam arborem  
**arbor Tu-** Tubæ, quæ fuerit caulis frumenti, haben-  
**bæ.** tis septem spicas, ex quibus Adam decer-  
 pserit unam, septem granorum, quorum  
 tria ipse māducārit, tria Euæ dederit, septi-  
 mū abduxerit maiori magnitudine, quam  
 agnus sit, ex quo sexcentas particulas fa-  
 ctas disseminārit, & ex his productos om-  
 nis generis fructus, ac semina.

**Diluvium** De DILVVIO iucundas nugas agunt.  
 quid Turcæ Nimirūm, quod Dominus noster Iesuſ  
 appellant. Christus a discipulis suis rogatus, ad de-  
 clarang

clarandū ipsis paulisper diluuiū, manipu-  
lum limi acceptum, ad terram iecerit, di-  
cens : Erige te in nomine patris mei, &  
quod tunc paruulus & canus senecio, qui  
fuerit laphet, filius Nohē, pdierit, q, Chri. *Laphet.*  
sto præcipiente, ipsis retulerit rationem  
diluuij, & inter alia hoc, qua parte locus  
secretus fuerit, arcam ita excrementis gra.  
uatum fuisse, ut metus offendionis fue-  
rit. Nohām itaque in tali periculo consti-  
tutum, à Deo consilium petiisse, qui ei di-  
xerit, ut curaret elephantem in cloacis ho-  
minum egerere sua stercora. Hoc ergo fa-  
cto, suem pergrandem ex ijs generatam,  
quæ omnia immunda in latrina deuorā-  
rit. Ex suis uero fœtore, procreatū sorī-  
cem, qui arcam ita arroserit, ac perforārit,  
ut eam aqua ingrederetur, unde in arca exi-  
stentes, in multo maiorī periculo fuisse,  
quam prius. Nohæ itaq; ad Deum reue-  
renti, consultum, ut leonem in fronte fers-  
ret, ex isto ergo ictu leonem irritatum, ita  
uehementer spirasse, ut ex eius naso catus  
prodierit, soricem deuorans. Et hæc est ra-  
tio, ob quam Mahomet ab esu porcorum  
abstineri iussérat.

*Vniuersus in*

Illa uero, quam de uini prohibitione terdictus  
Mahometes allegat, simili fabulæ inniti- *causa fabu-*  
*etur, uidelicet, quod olim Deus duos ange-* *losa.*

los in mundum miserit, unum, nomine AROTH, ad instruendos, & gubernandos homines, altercationes sedandas, iustitiamq; administrādam, hominibus interdicendo homicidio, falso testimonio, & usu uini.

Ea ab ipsis recte, prudenterq; uiuentibus, longo tempore diligenter obseruata, quoad mulier forma, ac pulchritudine uenustissima, controuersiam cum marito habens, ipsos ad cœnam inuitaret, quo eis Angelos in- causam commendaret, eosq; longiori poebriacis esse tatiuncula ita inebriaret, ut mulieris con- à lajciua fœ cubitum expeterent, in quem illa consen- mina, serit, hac conditione, ut unus ipforum eam doceret uerba, per quæ ipsi ascende- rent in cœlum, alter uero, per quæ cœlo de- scenderent.

Eo ab ipsis acceptato, mulierem statim in cœlum ascendisse; D E V M ue- rò ea uisa, quæsiſſe de re gesta, ac ea in- tellecta, mutasse mulierem in stellam ma- tutinam, quam Luciferam vocent, posteā in iudicium uocalle duos prædictos an- Ebrietatis gelos, ijsq; optionem pœnæ, uel in pœna, hoc seculo, uel altero dedisse: eos uerò hu- ius seculi pœna electa, pedibus ad com- Bebil, id est, pedes ferreas suspensos capitibus demis- Babylon. sis, in puteum posteā, dictum Bebil, id est, Ba-

Babylonem, usque ad diem iudicij, qui fiet secundum Mahometis doctrinam, modo sequenti.

Cum tempus nouissimi iudicij uenerit,  
 D E V S angelο mortis, quem *Melech* uocant, id est, regem, mandabit, ut omnes extremo creaturas animatas, angelos, diabοlos, homines Turcarum mines, & bestias interficiat, postea uocabit fidem.  
 eundem angelum mortis, dicens: O A D R I E L (quod nomen sonat, priuationem Dei) nunquid adhuc ulla mearum creaturarum superstes est? Et tunc respondebit, nulla Domine, excepto me, ministro tuo, tum Deus illi dicet: postquam omnes meas creaturas uita priuasti, uade inter pardusum, & infernum, tibique manus infer. Miser itaque ad locum designatum se conferet, & alis inuolutis, ad terram concidet, seque suffocabit tanto clamore atque ploratu, ut si spiritus cœlestes, aliaque anima- tia in uiuis adhuc essent, præ horrore morerentur. Post mortem angeli mortis, ignis terram concremabit, eamque in cineres rediget, cinis ab aqua consumetur, & D E V S mundum contorquebit instar folij papyri.

Hac forma mūdus inanis manebit quadraginta annos, sub quorum exitu Deus resuscitabit angelum Sephariel, id est, se-

cretarium Dei, & ipsi præcipiet, ut Hiero-  
solyma se conferat, ad sonandam tubam,  
quæ erit longitudinis tati spati, ad quod  
metiendū 50 anni desiderarētur. Ad primū  
ergo tubæ sonitum omnium creaturarum  
ossa congregabuntur. Post alios quadra-  
ginta annos secunda uice angelus tubam  
sonabit, & tunc ossa carnem, & cutem reci-  
pient. Rursus uero quadraginta annis euo-  
lutis, tertio sonabit, tunc omnes animæ in  
corpora sua reuertentur, & ueniet maxi-  
mus ignis ab occidente, qui omnes pro-  
pellet Hierosolyma, ubi manebunt qua-  
draginta annos immersæ sudori, expectan-  
tes diem nouissimi iudicij. Cumque in  
maximis istis angustijs atque miserijs con-  
stitutæ erunt præ mora & expectatione  
Adamum uocabunt, & ipsi dicent, Pater  
Adam, quare nos in mundum produxisti,  
ad sustinendas tot miserias, & quare paté-  
ris nos tam diu cruciaris roga D E V M ut iu-  
dicium suum acceleret: Adam ergo ipsis  
respondebit, filij, scitis quod Diabolo me  
se ducente, D E O inobediens fuerim, quam  
obrem indignus sum eum rogare: ite uero  
ad Noham, quo audito, lese ad hunc cōfe-  
rent, dicētes. O' eleste uir D E I, ores D E V M  
pro nobis: ipse uero dicet, feci quod potui,  
& uos seruavi tempore diluuij, sed in hoc  
nihil

nihil præstare ualeo. Ite ad Abrahamum. Quare Abramum accedentes, dicent, Pater Abraham, respice nos misericorditer: ille uero respondebit. Quid me rogatis, an nescitis quod fuerim idolatra, uagabundus & incircumcisus? Quare uobis auxiliaris nequeo, loquimini Mosi. Tunc Mosi acclamabunt, audi nos nuncie, propheta & electe Dei minister: hic uero dicet, cur me appellatis, an non uobis dedi legem confirmaram miraculis, & noluistis mihi credere si mihi credidissetis, potuisse facere uerstra postulata, recipite uos ad Iesum Christum. Ideo ad hunc se conferent & dicent. Domine Iesu Christe, qui es spiritus, anima, uirtus, & uerbum Dei omnipotens miserere nostri: ille uero respondebit uanæ sunt uestre preces, nam apud uos fui in uitute diuina, & uerbo ueritatis, ueruntamen uos in uestro errore perseverastis. Quam obrem non estis digni meis beneficijs. Ite ad ultimum prophetam. Tunc animaduercent intelligi Mahumetem, & ibunt ad ipsum, dicentes, o nuncie & fidelis amice Dei, grauiter peccauimus quod non crediderimus in te, exaudi nostras preces, magnam enim spem reponimus in te, auxiliare nobis potentia a Deo tibi collata. Tunc itaque Mahumet & angelus Gabriel pre-  
cess

ces Deo offerent, quæ acceptabuntur, & fiet pons super infernum, in cuius extremitate collocabuntur libræ, quibus facta cuiusq; trutinabuntur. Omnes enim creaturæ eum transibunt, ac seruatæ progradientur ulterius, damnatæ uero in infernū decident, omnesq; creaturæ in uiginti sex turbas distribuentur, quarum tres tantum saluabuntur, reliquæ uero omnes condemnabuntur. Quælibet autem turba occupabit in longitudine, iter mille, in latitudine quingentorum annorum, & durabit iudicium quinquaginta mille annos.

**De morte** Et quia quæri potuisset è Mahometo,  
**Turcarum** quid de morte futurum esset, ideo dicit,  
**opinio.** quod ipsa mutabitur & transformabitur in agnum, et inter Paradysum in infernum adducetur, ubi inter incolas Paradysi atq; inferni certamen erit. Nam incole Paradysi metuentes ne moriantur, uolent ut ea moriatur: infernales uero sperantes mori intentur, ut uiuat, tandem incolæ Paradysi uincent & mors interficietur inter Paradysum & infernum, quo in loco construetur magna atque fortissima turris pro limite a cuius altero latere gaudium & quies, altero

**De Paradysu** uero labor & dolor erit.

**so Turcar.** PARADYSVS(ut inquit Mahometes) habet fides, portas aureas, seras luminares, pavimentū ex lma-

ex smaragdo & hyacintho ornatū omnis generis arboribus fructiferis, irrigatū dulcibus riuulis, quorum quidam ex lacte, quidam ex melle, alijs ex uino sunt, cuius usus tunc omnib. hominibus concedetur. Dies eo loci durat mille annos, annus quartus mille annos. Vester omnis generis coloris ibi erunt, excepto nigro, cuius tamen usus permittetur Mahometi ad differentiam aliorum, omnes eiusdem statuarē qua Adam, & formē qua saluater noster Iesus Christus erunt: in introitu salutis dabitur iecur piscis quem ipsi uocant *Alheut*, cuius sapor usq; adeò excellens est, ut sensus humanus eum comprehendere nequeat, postea uescentur fructibus Paradysi, potus ipsorum erit ex riuis illic flentibus.

Et quia obijci potuisset Mahometi, post *Animarum* quam in Paradyso māducetur, necessarias *uictus* & uoluptas in paradyso. latrinas ad se exonerandum. Ideo dicit fore, ut superfluitates resoluantur in sua- uem odorem instar Moschi: & pro sententiæ suæ confirmatione similitudinem adducit de infante in utero matris existente: qui non est obnoxius huic necessitati, et si nutriatur à cibo matris. Homini quicquid desideraturus & appetitus sit liberaliter ac promptè subministratum iri, non quidem

dem famis. Vel necessitatis, sed uoluptatis causa, exceptis tamen cibis prohibitis, ut pote carne porcina, sanguine, & similibus à quibus auersabuntur. Mulieres bonas atq; fideles quas in hoc mundo habuerint: ipsis redditum iri, puellas & cōcubinas tog habituros, quot cōcupuerint, ancillarum numerum infinitum fore.

*Infernus  
quid secun-  
dum Turca-  
rum opinio-  
nem.*

INFERNVS paumentatus est sulphure, fumo mixto, atra pice bulliente, flammis' que ignis obscuris, inq; eo sunt cœna, paludes, puteiç profundiissimi, pleno oleo & pice bulliente: inferius uero ignis nutritus à sulphure, habentur etiam in eo arbores, quarum fructus ad uescendum datur damnatis, adeo' terrigustus ut omnes alij maligustus huius mundi respectu eius nō fint, quam mel, & saccarum. In medio est uallis, in ualle abyssus, in abysso puteus, in puteo capsæ, in hac demum captiuus alligatus magnis cathenis fertur, sperans atq; petens misericordiam sine intermissione, qui sub exitu mille annorum adducetur ante DEVM, interrogaturum quid uelit, non relinquendo quietem ipsius auribus, in quo spem positam habent, & quibus meritis confidat? Eum autem lachrymando responsurum. Mi Domine, non habeo aliū DEV M, quam te, qui mei miserere pos ser,

set, exhibe mihi misericordiam, tūc D E V M mandaturum eum reduci in locum priore ibi c̄ liberari. Angelos uero ubi eum viderint ita denigratum pīce atq; fumo infernali, quæ fituros ex D E O, qua ratione eum cū alijs candidis ac mundis in Paradysum collocet, ipsis iussuro, ut eum lauent in fonte sub dio, sic ergo eum totum, excepta parua macula nigra in fronte restante, candidum euasurum, & ingressurum in Paradysum, ubi quilibet eū cogniturus, dīgito c̄ monstratus sit, murmurādo quod Deus ipsum in ferno liberarit. Miserum ergo tanto pudore affectum iri ut ad inferos redire quam oprobria ista sufferre mallet, tandem Deum angelis mādaturū, ut ipsum quinq̄ies in dicto fonte lauent, & hoc modo maculam frontis abstersam iri, omnem c̄ deformitatem ipsius cessaturam.

Post Paradyſi & inferni descriptionem, reliqua est cœli & terræ, earum c̄ rerū quæ h̄s continentur, nostro cōspectu exemptarum. Mahometes itaq; affirmat aerem fa- *Aer unde sit*  
*ctum ex fumo, fumum uero ex uapore, aut factus, secundus ex halatione marina.* Primum cœlum ex dum Maho-  
*aqua uiridi constare, secundum ex aqua cla-* metem.  
*ra, tertium ex smaragdo, quartum ex auro, Cœlorum*  
*quintum ex hiacyntho, sextum ex tabu-* *descriptio,*  
*la lucida, septimum ex claritate ignis, &*  
*de u-*

de uno cœlo ad aliud esse distantiam itineris quingētorum annorum. Supra cœlum esse mare uiuificūm, postea mare nebulosum, superius mare solatū, post id lunam, tum deinde solem, post illa præcipuum inter nomina Dei, tum demum Angelum Gabrielem, ad hoc membranam planam atque politam. Post hanc magnam planitatem, supra hāc septuaginta mille interualla, id est, distantias aut separationes, postmodū septuaginta mille mansiones, exinde mille interualla, & in quolibet interuallo mille turbas aut sodalitia, in quolibet horū quinque millia angelorum, in eminentiori loco VEXILLVM GLORIAE, postea distantias gratiæ Dei, ab hisce scabellū in quo pedes suos ponat, & in altissimo thronū in quo Deus Dominus rerum omnium resideat.

Hos qui sustineant aut portent thronū diuisos in sex turmas, quarum primæ dimidia pars constet ex nixe, altera ex igne, secundæ dimidia pars ex sulphure, altera ex tonitru: tertiae dimidietas ex terra, altera ex aqua: quartæ prima dimidietas ex uento, altera ex igne: quintæ itidem dimidia pars ex ferro, altera ex igne: sextæ dimidia pars aurea, secunda autem argentea: Dictum' que thronum impositum ipsorum capitibus, quæ sunt usque adeo magna, ut si auis

si quis citra intermissionem uolet, uix mille annis ab aure una, ad alteram pennis screare queat. In cœlo esse tres ordines stellæ: Stellarū dīrum, primū earum, quæ pendent ex thro- dines quæ no Dei, cui affixæ sint cathena aurea, & lū sint. ceant usq; ad septimum cœlum, in secun- do eas quæ excubias atq; uigilias agāt con- tra Diabulos cōtinuo insidiantes Parady- so: in tertio uero, esse eas quæ nobis conspi- cuæ sint, terramq; illuminent.

T E R R A etiam, ut Mahomet affirmat, Terra quid sustinetur à magno bove, cuius caput ex- sit & à quo tenditur in Orientem, cauda in Occiden- sustineatur, tem, quatuor uero pedes innitūtur lapidi candido. In capite autem habet quadra- ginta cornua, quorum unum ab altero di- stat itinere mille annorum. Subtus lapide uero est mons infernalis dictus Zoth, quem concendere coguntur peccatores, & ubi bene oneratus est collabascit, eosq; submersos in infernum præcipitat: sub hoc monte terra est, & postea mare, & rursus terra aliudq; mare, usque ad septem terra- rum & marium numerum. Ultima uero terrarum est alba ut lac, mollis ut crocus, Piscis mira- odora ut moscus, & clara ut luna: infra magnitudinē eam magnus piscis, cuius caput in Orien- tem, cauda uersus Occidētem porrigitur, super cuius dorso fundantur ac iacent ter-

ræ, maria, aër usque ad finem mundi: sub-  
tus pîscem uetus est, qui eum sustinet, sub-  
tus hunc tonitru, rursus sub hoc mare ob-  
scurum, postmodū laudes, ab hisce gloria  
deinceps thronus, post eum tabula pieta,  
& penna, inferius magna Dei nomina. In  
**Penna mi-**  
**ræ magni-**  
**tudinis.** tabula scriptum est quicquid factum est,  
sit, ac fieri in cœlo & in terra. Penna qua scri-  
ptum est puro lumine & lōgitudine itine-  
ris quingentorum annorum, & latitudine  
octoginta annorum constat, habetq; octo  
ginta mucrones seu acies citra finem scri-  
bentes. Tabula porro facta est ex pulcher-  
rimis smaragdis, scriptura ex margari-  
tis, hanc Deus contemplatur, centies esse  
sexagesies uiginti quatuor horis, & qua-  
libet uice eleuat hominem, aliumq; de-  
primit.

**Mahometis iter in Para dysum.** Dubitauī an scripturus uel omissurus  
iter in Para essem iter Mahometis in Paradysum, ut id  
narratur, quod & longum atque auditu  
molestem sit, ueruntamen consyderans id  
profuturum ad cognoscendam naturam  
& qualitates hominis, subiçere libuit. Per  
hibet itaque ad se quadam nocte cum sua  
uxore dormientem Mechæ, post longas  
lucubrationes, & meditationes in lege di-  
uina uenisse angelū Gabrielem, facie can-  
didiorem niue, capillis magis rubicundis  
coral.

corallo, ueste alba, penitusq; margaritis  
 alijsq; lapidibus preciosis ornata, cinctum  
 duobus cingulis ex auro purissimo, lati-  
 tudinis dimidi pedis, pedibus & alis ui-  
 ridibus instar smaragdi: Qui sibi dixerit,  
 ut surgeret, Deum enim illi maximam se-  
 cretorum suorum partem communicatu-  
 rum: Se itaque surrexisse, ac uestimen-  
 tis indutis ad fores processisse, ubi Ga-  
 brielem inuenerit freno tenetem bestiam  
 quandam nominatam *Alborac*, maiorem *Alborac* bē  
 alino, minorem uero mula, habentem fa- stia.  
 ciem humanam, capillos ex margaritis,  
 pectus ex smaragdo, caudam ex carbunculo,  
 oculos claros instar solis, sella aurea  
 margaritis preciosis intertexta, stratam atque  
 angelis eam custodientibus circumda-  
 tam: Gabrielem ergo sibi dixisse ut bestiā  
 concenderet, hanc uero renuisse atq; que-  
 ssisse, quis is homo esset: Gabriele ergo re-  
 spondente eum esse Mahometem Dei ami-  
 cūm, Alboracum permisisse ut se concen-  
 deret, Gabriele stapedes tenente, ac in-  
 cepisse tam citis atque celeribus passibus  
 progredi, ut eorum quilibet sese extende-  
 ret in tantam longitudinem, quantam ho-  
 minis clare uidentis conspectus in plani-  
 eie assequi potest, & recta fuisse Hierosoly-  
 mā, Gabriele in itinere semper ad dextram

ei⁹ manente, uocem audiſſe ter se uocantem, sed nec prima, nec secunda, nec terc⁹ uice se quicquam respondiſſe, sed ſolum retroſpexiſſe, & uidiſſe mulierem tam eximię pulchritudiniſ ac formae, quam unquam uiderit, cumq; illam compellandi eum gratia appropinquasset, ſe ea neglecta ulterius proceſſiſſe. Gabrielem itaq; dixiſſe, ſe nunc magnam iſiſus ſcientiam cognoscere, eumq; ſcire debere, prima uoce qua appellatus fuerit legem Iudaicam, cui respondiſſet, totum mundum legem Iudaicam ſecuturum: ſecundam legem Christianorum, cui ſi locutus eſſet, totum mundum Christianam fidem recepturum fuifſe: tertiam uero uocem eſſe mundum plenum omnibus uoluptatibus atque delicijs. Ideoq; ſuum populum habiturū plura bona, ornementa, & uoluptates, quam omnes alias nationes, gentes, ac populos, qui fuerint, ſint, & eſſe poſſint. Dum uero de hiſce colloquerentur ſe Hierosolymam ueniffe ad templum Salomonis, & angelum Gabrielem ſe descendantem iumentum.

**P**atrum cōto collocasse in lapidem nigrū, ſuper quo uentus Hierosolymis. to Alboraco ſe manu cepiſſe, & deduxiſſe in templum, ubi omnes prophetas inuenirit. Priuſquam aut̄ iſiſis locutus fuerit, ſe

se ad preces faciendas concessisse, quarum duas admodum breues fecerit, postquam aūt surrexerit, prophetas qui eum genib. ac pedibus flexis expectarint magna pompa, festiuitate & gratulatione excepisse, à Deo missos ad honorem ipsi prestandum. Postea Gabrielem ipsum ē templo duxisse, eiç mōstrasse scalam attingentē primū cœlum, cuius primus pes fuerit subnixus ad lapidem nigrum, ubi descēderit, scalam inestimabilis precij fuisse, primū enim gradum ex carbunculis, secundū ex smaragdis, tertium ex margaritis, aliosq; sequentes omnes ex preciosis gemmis, auro ornatis constitisse, & undiq; angelis circundatam, qui eam seruarint. Gabrielem iussisse ascendere Mahometem, & cōscendisse cū eo, circumquac; angelis ipsos comitantibus. Inter ascendendum aūt Mahometem Mahomet uidisse angelum prēgrandem, sedentem in quæ uiderit cathedra tenentem in manu tabulam tan- inter ascen- tæ longitudinis, ut ab Oriente in Occiden- dum in dentem usque porrigeretur, quam per ho cœlum. ram inspexerit, altera uero hora mundum intuitus fuerit, Mahometem admonitum à Gabriele dicente, eum angelum maximq; autoritatis apud Deū esse, ipsum salutasse, angelo resalutante, eum capite folo, nullo uerbo prolatu. Gabrielem itaque ange-

Io dixisse, cur non salutaret hominem, quo in toto mundo melior non esset: ex his uerbis tum intellectuisse ipsum, huc esse Mahometem Dei nuncium, atque statim salutasse, eiisque annunciasse laetum nuncium de bonis à Deo ei præparatis, & de dominacione totius mundi, ad eum pertinente. Hoc facto Gabrielē Mahometi indicasse, eum esse angelum mortis, quo audito, Mahometem prope accessisse, atque quæsiisse ex eo num angelus mortis esset: quo id affirmante, Mahometem rogasse, ut sibi dice-

*Anima* qua ret, qua ratione animas ex corporibus creatione ex corporibus turarum educeret, ad quod ipsum respondeisse, sibi id officij iniunctum à creatione educantur. Adæ, & id se exercitatum usque ad diem iudicij. Rursus uero eum interrogasse quomodo animas saluatas à damnatis cognosceret: ad quod ille subiecerit, an non uideret in ista tabula scripta nomina omnium qui fuerint, sint, & futuri essent, quomodo, & quo genere mortis interituri sint, simulique mala & bona secundum merita unicuique præparata atque disposita. Deinde ipsi declararit animas bonorum è dextera parte: malorum uero ex sinistra educi. Post hac Mahometi ulterius progresso, uisum esse alium angelum, usque adeo' grandem, ut caput supra cœlum, pedes infra abyssum

sum extulerit, forma instar galli, quē Deus Angelus for-  
 docuerit horas, quibus inuocari uellet, & ma instar  
 cum tempus orationis uenisset, uocem è Galli, ingen-  
 cōlo egressum dicentem tibi creature que tis magnus  
 Deo obediens es, mando, ut ei laudes red-  
 das. Tunc uerè eundem alta uoce clamasse  
 Benedictus sit Deus, rex angelorum, ani-  
 marum & creaturarum, galloq; in terris au singulis ho-  
 dientes uocem huius angeli ad cuius for-  
 mam facti sunt, ipsi respondere, atq; cantā-  
 do laudare Deum, dicentes suo cantu: Vos  
 omnes qui Deo obedientes estis surgite  
 eumq; laudate. Porro ulterius proceden-  
 tem, inuenisse alium angelum, qui partim  
 ex igne, partim ex niue constiterit, Deum  
 inde sinenter orantem, ut quemadmodum  
 in ipso ignem & niuem coniunxerit, ita e-  
 tiam corda nationum coniungere uelit ad  
 obediendum sibi. Ab hoc uero altius ascē-  
 dentem conspexisse alium angelum admi-  
 randæ magnitudinis, sedentem in sella ac  
 manu tenentem globum adeo incredibilis  
 crassitudinis, ut si decideret cōlum terrāq;  
 destrueret. Gabrielem autem globo con-  
 specto, in lachrymas erupisse. Mahometē  
 ergo causa ploratus interrogata, cognito  
 eum esse thesaurariū inferni, accessisse ad  
 ipsum, eumq; salutasse. Cæterū angelum  
 nihil respondisse. Quare Gabrielem ei di-  
 xisse,

xisse, cur non salutaret hominem quo in  
orbe melior non esset? Angelum ergo ani-  
maduertentē eum Mahometem esse, hunc  
salutasse eiç lātum nuncium annunciasse  
de maximis bonis à Deo ipsi præparatis,  
atq; ulterius quod damnati ex uiuentibus  
secundum legem eius, minores cruciatus  
alijs passuri essent. Proinde Mahometem  
interrogasse ex ipso, quomodo infernus fā  
**Infernus** cūs esset? angelum uero respondisse, scien-  
quomodo dum ei esse, quod Deus magnum ignem  
sit factus. circa infernum accenderit per spacium se-  
ptuaginta millium annorum, ita ut peni-  
tus ruber deuenerit, à spatio tanti eiusdēcī  
temporis rursus alium ignem excitasse, un-  
de penitus albus euaserit, tertio denuo i-  
gnem simili annorum numero succēdisse,  
per quē **infernus** totus ater atq; obscurus  
**Diaboli** ex suis quēsijſſe, quomodo, & ex quo Diaboli  
quo facti facti fuerint, unde uiuāt, & qualem uitam  
sint. degant? Angelum respondisse eos ex igne  
factos, igne uiuere, sinecī eo ipsos nō posse  
ne quidē per horā uiuere, non secus quam  
piscis absque aqua. Dixisse præterea di-  
ctos Diabolos à Deo creatos surdos & mu-  
tos, ut non possint audire clamores & la-  
mentationes damnatorum, quos torque-  
ant atq; uerberent magnis malleis ferreis;

si etenim eos exaudirent misericordia ipso  
rum afficerentur.

Cum thesaurarius inferni haec dixisset  
Mahometem & Gabrielem discessisse, penitus  
pauore correptos, & appulisse ad primum  
coelum, quod sit coelum Lunae ex ferro fa- Cœli primi  
ctum, spissitudinis tantæ, quantam homo *descriptio.*  
quingentis annis eundo confidere queat,  
idemque spacium à primo usque ad secun-  
dum coelum esse. Cum uero eo uenissent,  
Gabriele fores pulsante, obuium ei factū, Angelus in-  
angelum tantæ longitudinis, ut ea mille gentis longi-  
annorum iter desideraret, comitatum com- *tudinis.*  
pluribus angelis splendissimè ornatis. Ma-  
hometem itaque ingredientem, ab omni-  
bus istis angelis facie hominis, & corpus  
Vaccæ habentibus salutatum, eorumque  
septuaginta millia fuisse, ac quilibet ipso-  
rum septuaginta mille capita, quodlibet  
caput septuaginta mille cornua, horumq[ue]  
libet septuaginta mille nodos habuisse, no-  
dos à se inuicem itinere quadraginta anno-  
rum dissitos. Porro in quolibet capite fu-  
sse septuaginta mille facies, in qualibet fa-  
cie quoq[ue] septuaginta mille ora, in horum  
unoquoq[ue] septuaginta mille linguas, harum  
unaquaque totidem mille idiomata pro-  
ferente, quibus Deum septuagesies millies  
quotidie celebrarint. Inter hos angelos  
K s      fuisse

fuisse hominē, sedentem in cathedra ex clāritate facta, excellentē pulchritudine tam statura corporis, quam forma uultus ornata, ueste ita candida, ut uix aspici potuerit.

Mahometem ergo ex angelo Gabriele quæsiſſe quis'nam ille esset & eum responſiſſe disſe, quod esset Ioannes Baptista, filius Z̄ Baptista. chariæ, ac salutatum à Mahometo, ei dixiſſe læta noua de magnis honoribus, à Deo ipſi dispositis. Inde profectos ad secundū Cœli ſecun- cœlum greum, eiusdem densitatis cum pri- di descri- mo, & distantiaē ad tertium uſq;. Cūm uero pio. Gabriel foreſſe pulsasset, angelū ad eas ape- riendas ueniffe, uſq; adeo procerū, ut eius caput ad septimū uſq; cœlum, & pedes ad centrum terre uſq; attigerint, eiſq; alios an- gelos adfuſſe, septuagesies milles maiores angelis primi cœli, qui cognito Maho- metis nomine à Gabriele, reuerenter hūc ſalutârint. Inter ipsos uero ſediffe in cathe- Joseph. dra Iosephum filium Iacob, ætate Maho- metem referentem, ipsum ergo ab hoc ſa- lutatum, ei ſalutem reprecatum, ac ex Ga- briele cognito, ipsum Mahometem esse, ei letum nunciū bonorum, ut præcedentes, retuliffe. Inde uero diſcedentes ad tertium Cœli tertij cœlum, quod argenteū ſit, perueniſſe, ſpil- descriptio. ſitatis eiusdem, & distantiaē à quarto, cum duobus priorib. Gabrielem eō ueniētem, foræ

fores aperiri iussisse: eas itaque ab angelo tam  
quam magnitudinis patefactas, ut si totus mundus cum omnibus quae continet, palmo  
manus eius impositus fuisset, pro nihilo id  
duxisset. Comitatum etiam compluribus  
angelis ultra modum grandibus, habenti-  
bus faciem uaccarum, ac ita in ordinem re-  
dactis, atque compressis, ut ne pila quidem  
inter ipsos emitti potuerit. In medio ipso-  
rum sedisse Enoch, & Eliam, in cathedris *Enoch.*  
pellucidis, qui cognito ex Gabriele, hunc  
esse Mahometem, ei honeste salutato, læta  
de rebus eius exposuerint. Inde cum ad  
quartum cœlum, totum aureum, uenis-  
sent, atque Gabriel pulsasset, occuruisse i- *Cæli quarti*  
pfis angelum, tam magnum, ut pollice suo  
dextro, omnes aquas dulces, sinistro uero  
salsas tenuisset, affuisse illi angelos 70000.  
uultu aquilino præditos, quolibet eorum  
habente 70000. pennas, qualibet penna  
longitudinem habente 70000 cubitorum  
in medio eorum fuisse *Aaronem* cathedre clavis *Aaron.*  
rissimæ impositum, qui Mahometi saluta-  
to, bona noua, ut priores annunciarit. Ab *Cæli quinti*  
hoc ad quintum eos contendisse, meritis mar- *descriptio.*  
garitis constans, densitatis eiusdem cum  
prioribus cum que fores pulsassent, uenisse  
angelum totum igneum, habentem, 7000.  
brachia, in quolibet brachio 7000. manus,  
in qua-

in qualibet manu 7000. digitos, & quemlibet digitum Deum indies laudasse septies millies, circa illum stetisse magnam turbam angelorum, habentium uultus uulturinos, qui salutati, ipsi bona noua dixerint, ut priores : in medio eorum Mozen in chrono lucidissimo collocatum, qui, cum angelus ei dixisset, se Mahometem adducere, ipsum salutatum admonuerit, quod Deus populum eius magnis ieiunij, multisq[ue] orationibus oneratus esset, quare ipsi Deum rogandum esse, ut ea moderari uelit, populum enim eius omnibus istis fermentis non esse parem.

*Cœli sexti descriptio.* Postea uero, cum ad sextum coelum, ex meris smaragdis constans, ascendissent, uenisse eis obuiam angelum septuagesies millies maiorē omnibus præcedentibus, ita, ut si absorbuisset, & deuorasset uniuersam terram cum omnibus in ea contentis, neutiquam quisquam id percepisset. Astitisse illic & complures alios angelos, septuagesies millies uastiores præcedentibus totos ex margaritis, smaragdis, & carbunculis conflatos. Inter eos fuisse Abrahamum, insidentem cathedræ, claritate solem adæquanti. Hunc ergo salutatum à Mahomete, ei salute reddita, dixisse, ipsum à Deo plus alijs eius nuncij amari, atque ipsius gratia etiam populum

*Abraham.* Maho-

Mahometanum diligi. Illinc dimissos, ad  
 septimum cœlum peruenisse, ex carbuncu  
 lis constans, spissitudinis eiusdem cum Cœli septimi  
descriptio.  
 prioribus: tum uero' prodijse angelum, cu  
 ius formam nullus, quam ipse Deus expr  
 mere posset, cumq; Mahometes ingressus  
 fuisset, uidisse eum & alios angelos, de qui  
 bus loqui fas non sit, Deo id prohibente.  
 Ipsis adfuisse Adamum sedentem in cathe  
 dra, claritate circundata, qui cognito ex  
 Gabriele quis esset, Mahometem salutari,  
 eiq; dixerit, eum esse patrem suorum filio  
 rum, paradysumq; clausum, & obfirmatū  
 ita, ut nullus eum ingressurus sit, siue pro  
 pheta, siue alius, quoad ille ibi fuerit, à  
 Deo etenim id ita constitutum. Inde uero'  
 profectos ad octauum cœlum, ex uno To  
 pazio, & eadem spissitudine, qua priores Cœli octauani  
descriptio.  
 constans, foribus pulsatis, obuium habui  
 se, angelum totum ex claritate factum, se  
 xagesies millies sole lucidiorem habentem  
 6000. capita, in quolibet capite totidem  
 uultus, in horum uno quoq; 6000. ocul  
 los, in quolibet oculorum, rursus tot mille  
 pupillas, qualibet pupilla sexagesies mil  
 lies quotidie contremiscente præ timore  
 Dei, adfuisse ei & alios angelos, sexagesies  
 millies maiores præcedentibus, quorum  
 numerus soli Deo notus sit. Secundum ea  
 ingref-

**Interuallū.** ingressos ipsos primum interuallum uel separationem, deinde in secundam, tertiam, & quartam, cæteras' que omnes usque ad 60 quæ ex margaritis fuerint, alias superiores 60 ex aquis, post has sexaginta ex niue, totidem exinde è grandine, simili- ter eiusdem numeri ex nubibus, quinetiam sexaginta ex tenebris, rursus totidem ex igne, deniq; 60 ex claritate, & totidem ex gloria, omnes infinita multitudine angelorum refertas, non cessantium unaquam, Deum celebrare. Ab ingressu horum separationum Gabrielem abstinuisse Mahometes narrat, sed se animo erecto, atque confirmato, omnes penetrasse, peruenisseq; ad eam, quæ à gloria Dei denominatur, ubi ad eius aures peruererit, ter dicitur. **Colloquium cens:** Accede me, Mahomet mi dilecte, & Mahometis quotiescunq; eam audierit, se accessisse, ita, cum Deo. ut tertia uoce sonante, non absfuerit alterius a throno Dei duobus tractibus arcus, tunc se Deum salutasse, resalutatum ab hoc dicente, eum esse honoratiorē, & dilectionem inter omnes nuncios mundi: postea quoq; interrogante, quomodo eius populus se gereret. Se itaq; Deo respondisse, eū perquam obedientem esse, Deum ergo dixisse, ac iniunxit ipse, ut eundem populū quotānis sexaginta dies ieunare, & quinqua-

quagesies in die orare iuberet. Hoc uero  
Dei mādato auditō, se retrocessisse, & inue-  
nisse angelum Gabrielem, cumq; ē regione  
Mosis fuerit, sibi ab hoc consultum, ut ad  
Deum rediret pro moderatione iejuniorū,  
& orationum populo Mahometico, intol-  
erabiliū impetranda. Ter itaq; Mahome-  
te redeunte, primo Deū à iejunis ademisse  
10 dies, & ab orationib. 20 uices, secūdo de-  
traxisse, alios decem dies, & decem preca-  
tiones, tertio reduxisse iejunia, ad triginta  
dies, & orationes ad quinq; uices: Ma-  
homete uerecundia, & metu molestiæ nō au-  
so redire, maxime, cūm cōprehensus esset  
intuitum admirabilis Dei habitationis. In  
throno enim eius fuisse quatuor elementa *Thronus*  
simul, præsens seculum, futurum, parady- *Dei qualis.*  
sum, infernum, cœlum, & terrā: thronū ha-  
buisse 4. pedes, quorum quilibet septuage-  
sies millies lōgior fuerit, quā sit distantia à  
cœlo ad terrā, eūdemq; impositū humeris  
4. angelorū, eum gestantium, ac habentiū  
quatuor uultus circa caput, unum homi-  
nis, alterum aquilæ, tertium leonis, quartū  
bouis, corpore eorū penitus pleno, ac co-  
operto oculis. Vultum porro hominis ora-  
re pro hominibus, aquilæ pro avibus, leo-  
nis pro feris bestijs, bouis pro animalibus  
domesticis. Ad extremū, Mahometem di-  
missio.

*Reditus Ma  
hometis ad  
uxorem.* missione à Deo impetrata, Gabrielem ad scalam reductum, descendisse in Hierosolyma, unde profecti fuerant, ac inde à iumento ALBORAC Mecquam, usq; ante quam lucesseret, asportatum, & ad fores eisdem repositum, iuisse cubitum cum uxore, adhuc dormiente, nec quicquam de peregrinatione hac sciente, antequām Mahometes eam illi commemoraret.

Hisce expositis, omittam alias innumeratas stultas atq; aniles fabulas, in Alcorano contentas, quod hic permagnus sit, & plenus somnijs inter se discrepantibus, saepiusq; contrarijs, ita, ut uere dici possit, uoluisse eum congerere librum de gallo ad asinum, aut irridere Lucianum in suis ueris narrationibus, scribendo res incredibiles, impossibiles, & à lege diuina, & naturali exorbitantes: ut cum constituit infinitum numerum angelorum in cœlo, quorum unus solus sit maior cœlo, & tota terra, & dum dicit, solem & lunam eadem claritate condita esse, ita ne intra noctem & diem sit differentia, sed quod angelus Gabriel uolitans interdum circa cœlum, imprudens pulsata luna extremitate alarum suarum, maculas nigras efficiat, quibus eius claritas diminuatur et obscuretur, et quod quidam angeli non habeant nisi unam alij

alij duas, alij tres, alij quatuor, quinque, aut sex, plures uel pauciores. Adhæc, quod Lunam in Mahomet suis digitis diuiserit lunam in duas partes duas partes, & hæ ceciderint ad duo latera diuisam à montis, & quod manicam suam ingressæ, Mahometem recollectæ fuerint. Similiter, quod dicit, Christi, Deum præstantem iuramentū iurare per Moysum, & ficos, & oliuas, & sibi in templo Salomo. Mahometis nis quadam nocte, inuenienti Dominum colloquium nostrum Iesum Christum, Abramum, in templo & Moysem: à Christo oblatum uas aquæ, Salomonis. ab Abrahamo, uas uini, à Moysè uero uas lactis plenum, & quod uocē audiuerit, dicentem: si uīnum recipere, eum populo suo peritum: si lac, submersum iri, si uero aquam, à Iesu Christo oblatam, fruitum conspectu Dei. Hisce similia sunt & sequentia. Quod nisi angelī perpetuò pro hominibus intercederent, cœlum super terram ruiturum sit. Quod diaboli uiso Alcorano, ex admiratione in altercatione inter se uersi fuerint, an eum recipere uellet, nec ne, & quod tandem plurimi inter ipsos Saraceni facti, filios procrearint. Quod tempore diluuij Deus ciuitatem Mecquam in Paradysum portari curarit, quo eam seruaret, & Hierosolyma abscondit in monte, uocato Abirobeyz. Item, Abirobeyz, quod super humeris nostris sedeant ange-

li, in dextro, qui bona nostra opera scribantur  
in sinistro, qui mala, pro penna, lingua pro  
atramento saliuia, pro charta, corde uten-  
tes. Quod Mahometi quadrienni angelus  
pectore aperto, cor suum ad trutinam de-  
cem aliorum humanorum cordium ap-  
penderint, quantum solius Mahometis.  
Quod Deus illum adulterij, & periurij le-  
ge soluerit, quod librum scripserit qui est  
Alcoranus, in quo sint duodecim millia  
uerba mirifica, & quod cuidam interrogati,  
an omnia uera essent, responderit libe-  
reque fassus sit, non esse plura uera, quam  
tria millia.

Omittam etiam alias fabulas, quas con-  
finxit de veteribus patriarchis & prophete-  
*Moysis con-*  
tis: ut quod Moyses angelo mortis ad se  
tentio cum occidendum, uenienti dixerit, ipsum non  
angelo mori posse animam suam extrahere de suo cor-  
piore, quod ore suo Deo collocutus sit, au-  
ribus suis eum audierit, oculis suis uiderit  
& e manibus Dei tabulas legis receperit,  
pedibus etiam suis in montem Sinay ascen-  
derit: tunc itaque angelum mortis decer-  
pississe pomum ex arbore Paradysi, idque ol-  
*De Salomo* faciendum præbuuisse Moysi, & cum id osti-  
ne fabulosa admouerit, angelum ipsi naso correpto e-  
doctrina mungendo animam euulsisse.  
*Mahomeiis.* Quod rex Salomō bellum gesserit cum  
regis

regina Sabæa; & exercitus eius constituerit non tantum hominibus, sed & Diabolis, bestijs, & auibus, & in itinere offenderit flumen formicarum, quas compellatas pro transitu rogarint. Quod Salomon in senecta obierit innixus baculo, cui longo tempore inhæserit, & quod diaboli, quos aliquatos tenuerit existimantes eum adhuc uiuere, metu ipsius nō ausi fuerint circumire mundum, donec quod mure pedem baculum arrodere, corpus Salomonis collapsum fuerit. Quod Alexander Magnus sole dormientem inuenierit in fonte rubro.

Item quod Mahomet gloriatur se descendere ab Ismaële filio Abrahæ & Agar eius Genealogia, & nihilominus se Saracenum uocari à Sara legitima Abrahæ uxore: & quod non computet ab Ismaële usque ad Abdaliam, filium Modalib, uel Abdemutaliph patrem Mahometis nō plures quam uiginti quinque gradus, licet inter duos istos ultra tria millia annorum intercesserint. Rationem ieiunij in mense Septembri ab ipsis dicti *Ramadan* allegat, quod de *Ramadan* cimoquinto die eius mensis Alcoranus ipsi missus fuerit: uicesimo die Psalimi danti Dauidi, uicesimo tertio dominus I E-  
S V S C H R I S T V S natus, uicesimo in mense quinto tabulæ legis in monte Sinai Moy-  
*Ramadan*:

L z si da-

**Mahometes** si datæ fuerint, tricesimo Enoch in coelum raptus, & sic à primo usque ad ultimum singulis diebus sua mysteria attribuit, multis in locis sibi contrarius. Nam in uno loco usum certorum ciborum prohibet, in alio uero dicit non esse curandum quid quisque domi suæ, aut apud amicos comedat, & quod tempore necessitatis licitum sit uesci omnibus cibis. Interdū furta prohibet, interdum autem permittit: præser-tim si ipsi quinta pars detur ad distribuendum pauperibus. Docet quidem cauendum à malefactis, quod Deo admodum displiceant: Verū tamen si caueri nequeāt, D E V M misericordem esse, ac facile ea remissurum. Alicubi dicit se nolle quenquā cogere ad fidem suæ legis, id enim esse in potestate D E I, uocantis eos qui illi placuerint: mox docet credere nolentes esse interficiendos, & ipsem et persequitur Iudeos Almedinæ.

**Almedina.**

Cum ex alto semel malè caderet, dicebat hanc esse claritatem angeli Gabrielis, quam ferre non posset secum colloquentis. Atque ut finem faciam infinita similia **stutia.** scripsit ita absurdæ & ridicula, ut & bubuli ea animaduertere queant: adeò iudicij inops atque confusus est. Ac licet ueteres hæreses, & opiniones Arrianorum, Sabel-

lia-

Ilianorum, Manichæorum, Donatistarum,  
 Macedoniorum, Corinthiorum, Nestoria Mahometes  
 norum, Eutichetarum, Nouationorum, unde suam  
 Pelagianorum, aliorumq; similiūm secu- hæresim  
 tus fuerit plurimis etiam in locis Cabali- hauserit.  
 stis, & Thalmudistis conformia tradens:  
 tamen nunquam nec potuit, nec sciuit o-  
 piniones suas honesta aut uerisimili ra-  
 tione colorare.

Sed eius hæresis, falsa doctrina, uita at-  
 que lex ad calcem libri quinti uentilatur,  
 ideo lectorem eò relegamus. Ex his cre-  
 dibile uel ut rectius loquar euidens & ma-  
 nifestū est, quod spiritus sanctus, eum non  
 permiserit mētiri, nisi ita clarè atq; aperte,  
 ut lector Alcorani maiorem occasionem  
 ridendi, quam ei credendi habeat. Nec si-  
 ne graui atq; abscondito Dei iudicio eue-  
 nit (forte ob peccata Christianorū) quod  
 hæc secta fundata super mendacijs, & sta-  
 bilita super uicijs ad tantam amplitudi-  
 nem peruererit atque excreuerit, in  
 qua hodierno die conspi-  
 citur.

L 3 DE

DE ORIGINE TUR  
CARVM ET INITIO QVA  
*iuor Imperiorum. quæ ex secta Mahome-  
tana prodiere.*

## LIBER V.



V M calamus adhuc in manu  
fit, placet priusquam id peta-  
tur à me, breuiter exponere o-  
riginem T'urcarum, cum ea ini-  
tiò ueteribus mínime cognita fuerit, nisi  
Quatuor trecentis abhinc annis licet Pomponius  
Imperia ex Mela, & Plinius Turcas inter Scythas nu-  
lege Maho- merarint. Ut autem ipsorum origo melius  
metana. declaretur, à Sarracenis incipiam, deinde  
imperia, quæ ex ipsorum lege nata fuere  
describam, ut Caliphi de Baldach, Mira-  
mamoli in Africa, Suldani Aegypti, As-  
sam uel Sophi Persiæ.

Mahometis MAHOMET quem aliqui *Muhamed*, Tur-  
origo, cæ *Mehemet*, id est, amatum uel laudatum no-  
minant, natione Arabs fuit, natus in pago  
Itrarip, prope urbem Mecham, circiter an-  
Abdalā mi- num domini sexcentesimū, tempore quo  
nister Dei, Heraclius imperaret, & Dagobertus apud  
sed idola Gallos rerū potiretur patrem habuit Ab-  
ra, dalm, quod sonat ministrum Dei, idola-  
gram

tram tamen. Cum uero octo annorum es-  
 set, Mahometes pupillus tutelæ patrui A-  
 butaliph cōmissus est, qui ei à Iudæo Ma-  
 thematicis & Physicis artibus instructo,  
 cum quindecim uel sedecim annorū esset,  
 de matrimonio prospiciens, mox eū mer-  
 curaturæ exercendæ, in Aegypto & Syria  
 præfecit, ubi cū Iudæis & Christianis cons. *Mahometis*  
 uersatus est, præcipue uero cum monacho *queritia.*  
 ordinis S. Benedicti nomine Iohanne, ut  
 Episcopus Acconensis scribit, & alio quo-  
 dam Sergio hæretico Nestoriano, à quib.  
 sacrī literis, maximè ueteri & nouo testa-  
 mento perceptis, circūspectauit, quomo-  
 do sub *prætextu* religionis gentem Arabi-  
 cam, crassam, rudem, ac idolatriæ deditam,  
 ad se pelliceret. Quare postquam duos an-  
 nos se occultasset, populo sese exhibēs di-  
 xit, se toto hoc tempore cōuersatū cū angelo  
 Gabriele, qui sibi legem Dei tradiderit, &  
 quod credere in idola sit res stulta & uana.  
 Cognito aut̄ se suis sermonibus nihil effi-  
 cere, alium modum excogitauit, & seruit  
 nomine Zeydimy libertate donauit, dices *Mahometis*  
 Dei uoluntatē esse, ut oēs homines sint li- *afūtia.*  
 beri. Quare ex animi eius sentētia seruorū  
 undecunq; locorū ad eū accurrētiū nume-  
 ro facile accrescente euenit, ut terrorē incu-  
 teret magnis familijs Mechæ, inter quas

erant Caraxina, Haximina, & Benimitana, quæ arma contra ipsum cepere. Quo  
 Mahomet Almedinæ cessionatur. Mehemet uiso aufugit, & se Almedinam  
 recepit, dictam postea Medinathalnabi, id est, Medimna prophetæ, ubi Iudæis conciona-  
 ri cepit, qui non solum ei nō credidere, ue-  
 rum etiam eum cum seruis in complurib.  
 prælijs, quæ mutuo commiserunt egregie  
 ceciderunt. Mahomete in uno eorum tale  
 uulnus in facie recipiente, ut dentibus an-  
 terioribus fractis, in fossam quandam pro  
 mortuo proiectus fuerit: Tandem tamen  
 illos perdomuit. Cum autem Arabes de-  
 scendentes ab Ismaelele filio Abrahæ, &  
 Agareni Sa- Agareni eius ancilla, Agareni dicerentur, idq;  
 racem dicū. minime honorificum ei uideretur, ordina-  
 tur. uit, ut Saraceni nominarentur a Sara legi-  
 tima Abrahæ uxore, dicens Ismahelem na-  
 tum ex ea, & non ex ancilla, quod nomen  
 illis mansit quoad Turcæ id una cum na-  
 tione aboleuerūt, ut postea dicetur. Cùm  
 itaq; Mahometes apud suos ad tātam exi-  
 stimationem peruenisset, quod propheta  
 & nuncius Dei haberetur, familiaritatem  
 cum opulenta uidua nomine Tadiga aut  
 Cadiga iniijt, quam ita amice tractauit, ut  
 Mahometis quatuor u- eam tandem uxorem, licet tres alias habe-  
 xores, Anossem, Ahassen, & tertiam, quam nu-  
 tritio suo adduxerat nomine Seich aut  
 Zeich,

Zeich, præter concubinam Mariam, quæ  
 Christiana erat sectæ Iacobitarum. Eoç Mahometis  
 facto legem publicat, qua cui libet permit lex de matr  
 tebat quatuor uxores ducere. Porro uero monio.  
 Mehemet per id matrimonium diuitijs ui  
 ribus cç auctus, quod uidua ista multa bo  
 na possideret, occasionem nactus est tole  
 randi sua pecunia milites, ita ut omnes ui  
 cini partim ui, partim opinio ne religionis  
 moti, ei obedirent, numerus cç sectæ suæ,  
 & Saracenoru in tantum cresceret, ut He. Heraclius  
 raclius Imperator, qui tunc terras Syriæ, Turcarum  
 Aegypti, & Africæ, adhuc religionē Chri opera & au  
 stianam sectantes teneret, eorum opera in xilijs contra  
 bellis Persicis uteretur. Cæterum cum po Persas usus.  
 stea in solutione stipendiorum exercitus,  
 in quo aliquot turmæ Saracenorum erat,  
 pecunia deficiente, à quodam Heraclij mi  
 nistro his dictum fuisset, non suppetere sti  
 pendia pro Christianis, ideoç nec canes  
 ea petere debere. Saraceni hoc responso  
 indignati Imperatoris militia relicta, in  
 Africam, ubi tunc Mahomet esset, reuer  
 tuntur. Nonnullo deinde tempore inter  
 lecto, Heraclio Imperatore tributum ab  
 Africanis exigente, hi, qui antea se nimiu  
 oneratos esse conquererentur & imperia  
 Græcorum exosa haberent, accedente Me  
 hetis persuasione, dicentis, Dei uolunta

tem esse, ut quisq; in libertate uiueret, ad Africanorū eō Africani cōmoti fuēre, ut legatos Imperiū defessio. ratoris occiderent, & ab eo Aegyptus, & Afrīca deficerent, authore rebellionis Mehemete, quē & Christiani, & Iudæi sequebantur. Et si uerō Imperator ingentē exercitū istius mitteret, duce Theodoro, qui complura prælia cum Africanis fecit: tamen, tandem eo profligato, atq; occiso, Mehemetes, & Saraceni in Arabiam redire, & exinde Syriam, & Mesopotamiā cœpere. Atq; ita Græci Aegyptum, Africam, rum, Afro-Syriam, aliasq; prouincias Imperatoribus rum, & Sy-Romanis, & Græcis à temporibus Iulij Cætiorum dñe saris usq; ad tempora Vandalorum subie-  
ctio à Chri-etas, ac Christianam fidem professas, ami-  
stiana fide. serunt, Mehemete rege coronato Damasci  
Mehemetes circiter annū Domini sexcentesimum, ac  
rex corona-postea decimum superiuente.

tur. A morte Mehemeti Saraceni elegere quendam discipulorum ac familiariū eius dictum Othomar, quem Turcæ Othmar, a Caliph quis, Iij Balacher uocant, eumq; Caliph cognomi- eiusq; sedes. nauerunt, quę uox significat hæredem, uel successorem, eo quod fuerit surrogatus in locum Mahometis, & id nomen reliquis Baudras, omnibus successoribus mansit. Quidam uel Bal- Itali eum Alpham dixerunt. Sedes eius fuit dach, Baudras secundū Gallos, quam Itali Baldat Turcæ

Turcæ Bagadet, uel Baldak uocant, antiqui  
Babylonem dixerunt, licet fiant, qui uelint eis  
se ciuitatem Susan, uel Niniuen. Sita uero  
est ad Euphratrem fluuium. Sub huius Ca-  
liphæ regno, Saraceni Græcis ademerunt  
Caramanniam, quæ antiquis Cilicia fuit, *Caraman-*  
*ia* in qua est Antiochia, & Pamphilia, hodie, *nia, olim Cœ-*  
*Scauri, & Seleucia, Scandaloribus dicta.* *Cœlia.*  
Postea expeditionem in Persiam suscep- *Pamphilia,*  
runt, quam hodie Pharsic uocant. Id'q; factū hodie Scatta  
est tempore quo Græci Martinæ impera-  
trici lingua, & filio Heraclioni, nasum pre- *Seleucia,*  
ciderunt, quod Cōstātinū, filiū Heraclij ex Turcis Scan-  
Fabia, ueneno necassent, ac Longobardi I-  
dalor. taliam ingressi sunt. Apud Persas rege exi *Persia, ho-*  
*stete, Hormisda dicto Ascarioth, post Ad. die Pharsic,*  
haēter, filium Syroës, nepotem Cōdroës, *Hormisda*  
quem Heraclius Hierosolymis recuper- *Ascarioth,*  
tis, captiuum tenuerat. Hormisda ergo ui-  
dens, à Saracenis se impeti ad auxilium ui-  
cinorū maxime Turquestanorum confu- *Turquesta-*  
git: quorum regnum, ut Haytonus scribit, norum re-  
ex parte Orientis, suos confines habet cū *gnm.*  
regno Tharsæ, ex parte Occidentis cum  
regno Persarum, ex parte Septentrionis  
cum regno Corasminæ, & fluuiio Indo, ex  
parte uero Meridiei, protenditur usque  
ad deserta Indiæ: Qui ueri, & proprii si-  
nes, ac limites quos Plinius, & Strabo

Parthis assignant: Turcæ uero eos Torque-  
stainos uocârunt, quasi dices, liberos, uel  
Frâcos. Ex hac natione, quæ initio per Gal.  
**Turqueman** los dicta est Turquemannia, deinde Tur.  
nia unde  
**Turcia di-.** cia, legibus, ac religione carente, sex millia  
pugnatorum in auxilium regis Hormis-  
dæ exièrunt: sed cum pro more gentis, mu-  
llieres, ac pueros secum duxissent, tardius  
aduenire, Hormisda à Saracenis, ante-  
quam appellerent, profligato, atque occi-  
so, circiter annum sexcentesimum, quadra-  
gesimum.

**Persia à Sa-**  
racenis oc-  
cupata.

**Abcas, re-**  
gnum in  
Georgia.

**Haloén, re-**  
gnum.

**Corasen.**

Saraceni itaq; domini Persiae, omniūq;  
finitimarum terrarum euasere, excepto re-  
gno Abcas, quod est in Georgia, & præter  
quandam aliam regionem Armeniæ, quæ  
uulgariter Haloén nominatur. Quæ duæ  
regiones Christianis, quos Saraceni perse-  
quebantur, refugium atq; tutela mansere.  
Turquemanní uero, cum ad Persiae terrā,  
quæ Corasen ab Haytone, ab alijs Chorosten,  
& Chorozam nuncupatur, peruenissent, &  
stragem, mortemq; Hormisdæ intellexis-  
sent, ulterius procedere noluerunt, sed se  
munituri, ad Saracenos nuncios miserūt,  
offerentes, se eorum mandatis obtempe-  
raturos, ijsq; militaturos, modo terra, in  
qua essent, ipsis relinqueretur. Saraceni  
hoc cognito, eos facile receperunt, sed in  
aliam

aliam terram transtulerunt, ubi rebellionis audaciam non timerent. Hisce & alijs euenteribus Turquemanni, uel Turquiniani tributarum, quasicq; subiecti Saracenorum mansere, horum mores, leges, ac ritus conuersatione addiscentes, ita, ut nulla differentia ritus, legum, ac uitae inter ipsos esset: id quod facile factu fuit, quia Turquemanni sine lege, regula, & politia ante a uiuere soliti, participes honorum, & dignitatis Saracenorum facti, eis militaris rei peritiam, amicissimi eorum socij euasere. Vixere itaque simul circiter trecentos annos, ut una eademq; natio cesserentur, Turquianis nihilominus separatim degentibus & magna diuinitias accumulantibus, in tantum, ut circiter annum Domini millesimum, quadragesimum, Saracenorum dominio ob mutuas eorum dissensiones fierent, quemadmodum poste a dicetur. Ceterum, huius primi Caliph regnum non diu durauit, pulsus enim fuit ab alio quodam Saraceno, moliente occupare locum eius. Verum ad eum peruenire non potuit, interfactus a Saracenis, qui alium elegerunt, nomine Haly.

Haly secundus Caliph, id est, successor, Haly, secundus Germanus patruelis, uel secundum alios, dus Caliph, gener Mahometis, ex filia Fatima, quam Tur-

Turcæ Fatmam díscunt, Caliph appellari  
noluit, uerum nuntius Dei, & propheta e-  
iusdem authoritatis, cuius Mehemet, hu-  
ius instituta partim mutauit, partim abos-  
saracenorū leuit, alijs conditis, unde diuisio sectæ Sarac-  
enorum exorta est: nam qui dogma Meheli-  
sio, metis sequebantur aliū Caliph in Aegy-  
pto creārunt, alijs in Persia cum Haly per-  
manerunt, hoc & ab Aegyptijs in hūc us-  
que dīc in summa existimatione habito,  
Turcæ nanc̄ statim eum post Mahometē  
in initijs omniū actionū nominant, dicen-  
tes, ALLA, MEHEMET, HALY, id est,  
Deus, Mehemet, & Haly. Ac sic quidem  
Saraceni diuisi fuere discordia, usq; ad hoc  
tempus durante. Et si enim Turcæ, & Per-  
sæ unam eandemq; legem seruent, tamen  
in cæremonijs differunt, & contrarij sunt  
opinonibus, inuicem se pro hæreticis ha-  
bentes. Caliphæ uero officium Paparum,  
officium a. & Imperatorū simul administrabant: nam  
pud Sarace per prouincias præsides, & gubernatores  
nos. cōstituebant, Sultanos dictos, qui lingua  
nosti erant præsides, sed succedente tem-  
pore, vox ea in appellationem regiam tran-  
Sultani no- sijt, ac nunc Sultanī nomen regem signifi-  
minis origo car. Huius diuissoris tempore Sultanus  
significat Alexandriae erat Selymus, qui interfecto  
suo, primo Aegypti Calypha, pro obtinendo  
fauore

fauore ad obedientiam Caliphæ de Baldech  
 redijt. Post hæc pars Saracenorum Aegy-  
 ptiacorum, qui imperium Caliphæ de Bal-  
 dach detrectabat, in Africā transiit, & Van-  
 dalos Christianos quidem, sed Arianos à  
 tempore regis Genserici, Africā tenentes, pe-  
 pulit, cum hi à Gothis itidem Arianis, His-  
 spania electi, in Africam transiissent, tem-  
 poribus Imperatoris Theodosij, filij Arca-  
 dij, circiter annum Domini quadringente-  
 simum, & decimum, ibiisque tributarij Impe-  
 ratorum Constantinopolitanorū mansis-  
 sent, usque ad annum 668. quo Saraceni pri-  
 mulū eam ingressi, illi cōstituerunt du-  
 cem, quem dixerūt *Miramolin*, id est, domi- Miramamo  
 num gentiū, aut populi, eius sede Cartha- lin, i. domi-  
 gine fixa, quā Marcham appellabant, ho- nus gentiū  
 die uero Tunetum, sed uocabulum Mira- Marcha, ho-  
 mamolin postea immutatum est: Hoc enim die Tunetu,  
 tempore regem ipsorum uocant Moule &  
 qui rebus hodie præest, dicitur Moule assan, Moule  
 id est, rex, aut dominus Assan. assan.

Non scribam prolixius, quid Saraceni  
 gesserint, deuicta Persia & Africa, usque ad  
 annum Domini 1040. quo iugum Tur-  
 quemannorum tributariorū suorum sub-  
 iere. Neque enim cogito chronica, sed sal-  
 tem epitomen rerum ipsorum precipuarū  
 conscribere,

Antio

**Mehua quid** Anno Christi 660. M E H V A, qui præ significet. properum, ac festiuum denotat', Sultanus Aegypti, Selymi successor, insula Rhodo capta, æs abduxit, ex quo Colossus factus fuerat, qui altitudinis erat 70 cubitorum, & motu terræ, teste Plinio, deicetus, cum cauus esset, inter sculpta saxa collocatus erat. Narrant historici, dicto ære 900. cameios onustos fuisse.

**Abdalla.** Anno 660. Abdalla Sultanus Aegypti post Mehuā Syracusos uenit, ubi non longe antè ueneno necatus fuerat Constanſ, filius Constantini, a Martina nouerca, uxore Heraclij, diripuerunt'c Saraceni ciuitatem cum omnibus diuitijs urbis Romæ, quas Constantinus cō uexerat, eas Cōstantinopolim asportaturus.

**Abimelech** Anno sexcētesimo, nonagesimo, aut citer Sultanus. sonat patrem regis, ducētis septuaginta nauibus Hispania frustra tentata, inde in Africam traecit, unde Saraceni ab Imperatore Iustiniano II. pul-

**Abimelech** si fuerant. Hic uero Abimelech primus primus Miramamolin, contra quem Imperator fuit Miramamolin, contra quem Imperator Leontius ducem misit Tiberium, qui ab exercitu a Saracenis pulso, Imperator dictus, Constantinopolim reuersus, Leontium naribus truncatum, in monasterium inclusit, id quod accidit Pontifice Sergio pri-

primo, & apud Gallos regnante Theodo-  
rico, filio Clodouei secundi. Anno mille-  
simo, centesimo, duodecimo.

Sultanus Selymannus, id est, pacificus, Selyman-  
quem alij nominant Zulemannum, Cali- nus Sulta-  
pha de Baldak, Constantinopolim obse-  
dit, sed peste, & fame coactus fuit, eam re-  
linquere, cum continuasset obsidionem  
duos annos, temporib. Imperatoris Theo-  
dosij, qui antecessorem Anastasium cepe-  
rat, Pontifice Gregorio II. Gallis imperan-  
te Chilperico ultimo, ex posteritate Pha-  
ramondi. Hoc eodem tempore Muzza Muzza Mi-  
Miramolin successores Abimelechi, ad ramolin:  
preces Iuliani comitis Consuegrani, qui  
tunc munere legationis apud ipsum nomi-  
ne regis Roderici fungebatur, in Hispanias  
misit ducē, nomine Cariph, cum duo-  
decim millibus cōtra regem Rodericum,  
qui comitis Iuliani filiam, uel, ut alij dicūt  
uxorem, dictam Cabā uiolauerat, ut Chro-  
nica Hispanorum tradunt. Descenderunt  
autem Saraceni per Gilbaltar, ueteribus di- Gilbaltar.  
ctam Calpen, & Saracenis Cibēcariph, ad mon-  
tem Cariphi, inde ad fluuium, Latinis uo-  
catum Betim, eumq; nominarunt Guadali- Guadali-  
bir, id est, magnum fluuium, quod nomen bir.  
et mansit usq; in hodiernum diem. Et pro-  
pe cum Saraceni in prælio, imperfecto rege

M Ro-

Roderico ultimo, ex posteritate Gothos  
 Saracenorum, eō potentiae progressi sunt, ut to-  
 mine amissione, tam Hispaniam acquisierint, & nomine  
 so, Mauri di Saracenorum amissi, ab Hispanis dicti  
 suntur. fuerint Mauri, à Mauritania, ex qua profe-  
 cti fuerant.

**Eudes.** Anno septingentesimo, uicesimo quin-  
 to, Eudes, Dux Aquitaniae, originem du-  
 cens ab Alarico rege Gothoru, quem an-  
 no quadringentesimo duodecimo, tempo-  
 ribus Honorij Imperatoris, terram istam  
 occupasse, & inde in Hispanias transiisse,  
 atq; Vandaloſ eieciſſe diximus, contra re-  
 gem Theodericum filium Dagoberti, &  
 fratrem Childerici ultimi, ex posteritate  
 Pharamondi, Saracenos, ex Hispania eu-  
 cauit, qui duce Abderamanno (quem Gal-  
 Adramar lici historici Adramar regem Corduæ uo-  
 rex Cor- cant) Galliam ingressi, cœperunt Burdega-  
 duæ, las, Tholosam, Narbonam, Nemausum,  
 Saraci Arelatum, & Auinionem, imo ut Platina,  
 Galliam in- Blondus, Sabellicus, & alij historie scri-  
 uadunt. bunt, Turones usque uenere, ubi a' Carolo  
 Martello, patre Pipini cæſi fuere, recupe-  
 rate omnia ab ipsis occupata, & eos in Hi-  
 spanias usq; repellente, in qua ultra septin-  
 gentos annos mansere, quoad Ferdinandus rex Arragoniae Granatam, anno mil-  
 lesimo, quadringentesimo, octogesimo se-  
 ptimo

ptimo cœpit, cōmpluribus oppidis & ui-  
cis Saracenis relictis, quos Carolus Quin- Saraceni à  
tus Imperator, ad fidem nostrā coēgit, mi- Carolo V.  
nimē nec habitum, nec īdioma, uel opinio deuicti.  
ties imbutas deserere uolentes.

Anno octingentesimo, Saraceti Afri-  
cani, insulas Corsicam, & Sardiniam, oc-  
cuparunt: Vicesimo secundo, postea Ae-  
gyptiaci Cretam, & Siciliam depopulati  
fuere, easq; plus ducentis annis tenuere,  
tempore, quo Longobardi Leonem Pa-  
pam persequerentur, auxilijs Caroli Ma-  
gni subleuatum.

Anno octingentesimo, tricesimo septi-  
mo, idem capto portu ciuitatis ueteris, ua-  
ticanum, & templum D. Petri diripuerē,  
cum monte Cassinensi, nomen habente à  
S. Germano, primo monasterio ordinis  
S. Benedicti, duce Sultano Saba, uiginti  
post annis itidem Anconensi portu occu-  
pato, grassati sunt per oras sinus Veneti, &  
Dalmatici.

Temporibus deinde Lotharij, filij Lui-  
douici Pj, & Michaëlis Imperatoris Con-  
stantinopolitani, anno nongentesimo rur-  
sus Apuliam, & Calabriam inuaserunt, oc- Gorganus  
cupato Gorgano monte, qui dicitur, mons ange-  
Angeli.

Rursus anno nongentesimo, vicesimo  
M 2 tertio,

tertio, Romanus Imperator Constantino-  
politanus, Saracenos contra Apuliam, &  
Calabriam ei rebelles concitauit: uerum  
ab Alberico Hetruriæ Marchione, à Ioan-  
ne II. Pontifice in auxilium uocato, ad Go-

*Goriglianu*s riglianum fluuium, qui olim Lyris fuit,  
fluuius, olim tanta clade superati fuere, ut de relinquen-  
*Lyris.* da omnino Italia cogitarint, locaçō omnia  
fermè, quæ in littore Italico obtinebat, in-  
cenderint.

*Genua dire*s. Anno nongentesimo, & tricesimo, Ge-  
pta à Saracenuam urbem Liguriæ depopulati sunt, cū  
*cenis.* tota ora maritima, quo tempore Berenga-  
rij, Longobardici sanguinis Principes, Im-  
perium sibi asserebant. Sic itaque Gallis,  
Græcis, & Longobardis, de Imperio con-  
tentibus, & dissensionibus inter Pon-  
tifices, atque Romanos uigentibus, Saraceni Italia uexanda ita occupabantur, ut  
magnā partem Apuliæ, & Calabriæ, subi-  
gerent, easçō tenerent usque ad annū non-  
gentesimum, nonagesimum, uel circiter,  
quo simul ex Sicilia pulsi fuere à Tancre-  
do Nordmanno, qui filio suo Vilhelmo  
*Siciliam* &c Ferrabachio, in subsidium Maniacis le-  
cupant. gati Michaëlis Calaphatis, Imperatoris  
Græci, misso, Saracenos Sicilia eiecit, &  
Apuliam, Calabriam, Siciliamçō airtute  
sua cœpit, tempore, quo Ottho tertius  
Im-

Imperio præcesset, & Gallis dominaretur  
rex Robertus.

Anno millesimo, quadringentesimo,  
Sultani, quos à Calipha per prouincias  
hinc inde institutos diximus, ut Damas-  
sci, Hamæ (quæ ciuitas est in media Syriæ *Hama, ho-*  
*sita, hodie Camella*) Alepi: & alibi inter se diè *Camela*  
dissensione exorta, ab obedientia Caliphæ *la.*  
simul descivierunt. Et in Hispanijs unus-  
quisq; Mauritanus, quas poterat ciuitates  
occupabat, inde regis nomen usurpans, ut  
à Granata, Cordua, Toleto, Sarragossa, Si- *Turcæ Sara*  
bilia, & Valentia: similiter in Aphrica à *cenorum im-*  
Tuneto, Trípoli, Bugia, Maraco, Fessia, *perium ex-*  
*Tremessena, alijsq; . Quare nulla amplius cutiunt.*  
inter eos confœderatione, uel societate in-  
tercedente, Turcæ, uel Turquemanni, qui,  
ut superiùs diximus, sub Caliphæ impe-  
rio, & bonis, & gente multiplicati fuerant,  
id uidentes, & animaduertentes Saraceno-  
rum uires per diuisionem esse diminutas,  
inter se rege creato, quem *Sadoc*, id est, iu- *Sadoc pri-*  
stum, dixeré, in Saracenos irruerunt, eosq; *mut Turca-*  
breui temporis spatio ita attriverunt, ut *rum rex.*  
domini Persicæ, ac Syriæ euaderent. Verum  
tamen a' Calipha manus cohibuere pro-  
pter reuerentiam, quam erga ipsum gere-  
bant, eum in pace relinquentes: ab eoq; Sa-  
doc primus Turcarum rex, Sultanum A-

*Sultanus A.* siæ se dici, atq; institui exoptauit, non diu  
*primus* post deinceps inter uiuos numeratus.  
*instituitur.*

*Degriz secū tamiam, quam Diogenes Imperator Con-*  
*dus Turca- stantinopolitanus, Saracenis dissidenti-*  
*rum rex.* *bus recuperârat, cum tota Cilicia Impera-*  
*torib. Constantinopolitanis ademit, easq; Arthoto agnato donauit.*

*Aspalem ter Dogrim secutus est filius Aspalem, qui*  
*tius Turca- circiter annum millesimum, octogesimum*  
*rum rex.* *suum nepotem Solymannum in Cappa-*  
*dociam, Græcis adhuc subditâ, misit, eiq;*  
*concessit omnia, quæcunq; manu caperet,*  
*& acquireret contra Græcos.*

Quare ipse pergens, *Asiam minorem*  
*Imperio Turcarum adimit, exceptis par-*  
*tibus maritimis, uersus meridiem, & insu-*  
*la Cypro: Et hic est, qui cum Godefrido*  
*Bilioneo, copijsq; Christianis ad Niceam*  
*in Asia dimicauit, ut superius dixi, & mu-*  
*tato nomine proprio, uocari se uoluit So-*  
*limansam.*

*Rodericus de Viuar.* Hoc tempore quidam nobilis Hispa-  
*Cyd, hoc est, nus, uocatus Rodericus de Viuar, Mauris-*  
*dominus.* tanos è regno Valentiae, Arragonie, & ma-  
*Mendoza-* xima parte Castiliæ pepulit, cognominat-  
*rum origo.* us à Mauris, ob excellentiā Cyd, id est, do-  
*mminus Ruydias, unde originem deducit fa-*  
*milia Mendozzarum.*

Aspa-

Aspalē successit filius Meleclas, qui Ar. *Meleclas.*  
 thotum Mesopotamiae, & Solymannum,  
 Sultanos ad Antiochiam misit, hanc capta, omnes finitimas regiones Asiæ minoris, Græcis ademit.

Belchiarocus, regnum post patris mortem adeptus est, tempore, quo Godefridus eius. Bilionæus, & Christiani in Terrâ Sanctâ transierunt, Antiochiam obsidētes, in cuius subsidium a quodam Turca, nomine Assan, defensæ, misit alium ab Haytono Cerbagar, à Gallis Corbadan dictum, qui ciuitate a Christianis occupata aduenit, & Christianos, qui prius obfessores fuerant, obfessos reddidit. Demum tamen Christiani è ciuitate per turmas egressi, ac prælium cum infidelibus Turcis ineūtes, eos, ueluti stipulam contriuerūt, ut in historiâ Terræ Sanctæ uidere est.

Corbada ergo per fugam in Persiam *Corbada.* reuerso, & intelligente, quod Belchiaroco mortuo, frater iunior in Imperio succedere uolens, in frusta disiectus fuisset, Turcæ in electione regis conuenire non potuerunt, sed longo tempore inter se belligerarunt. His ergo Georgiani, & Armeni, maioris Armeniæ, qui Christiani erant cognitis, & intellecta expeditione Christianorum in Syriam, Turcas inter se diuisi. *Turce ex Persia pulsi.*

sos uiriliter, & potenter inuaserunt, eosque  
toto Persarum regno expulerunt, quo-  
rum pars maxima ad Solymannum, Ar-  
thorum, & alios Turcos minoris Asiae sese  
contulit.

Accidit uero id anno millesimo, cente-  
simo sexto, quo Hierosolymis imperabat  
Balduinus, frater Godefridi.

Porro Georgiani, pulsis Turcis, & regio-  
ne ipsorum deuastata, uictoriam contra  
Sultanos Damasci, Alepi, Hamæ, aliosque  
minime prosecuti fuere, sed eos in suo sta-  
tu reliquerunt.

Cum uero ex Persia discessissent, quæ-  
**Corasmii.** dam gens Corasmiorum (quos quidam  
historici Latini, Grossiones uocant alij, exi-  
stiment esse Medos Persiae confines, & ab  
Oriente mari Hyrcano, uel Abacuth, ex par-  
te meridiei regno Turquestein, uel Para-  
thiae, ex parte Septentrionis Cumaniæ, ab  
Occidente Persiae, & maiori Armeniæ si-  
nitimos) ciuitatibus ac uillis carens in ar-  
mis ferocissima, ac rei pecuniariae dedita,  
Persiam ingressa, ibiisque ex paupere ditissi-  
ma facta est, rectore & domino electo, qui  
**Ialaladinus** uocabatur Ialaladinus, quasi diceres, do-  
dax Coras- num, aut gratiam D E I, uel à D E O dona-  
**minorum.** tum, nomine omnibus gentibus usitato:  
Turcæ etenim eum appellant, Tangary Ver-  
dy:

dy: Græci Theodorum: Germani uolentes dicere Theodoricum, Diedrich: Galli uero Thierri, Hoc itaq; rege Corasmini comiti, Turcas in minori Asia degentes inuaserunt: sed Soltanus Turquiae, nomine Aladinus exercitu suo cōgregato, eos obuios in magno prælio fudit, in quo imperfectus est Ialaladinus ipsorū rex, e fuga uero saluī se recollegere in planicie Rohaiz, inde porro regnum Syriæ ingressuri. Verum à Sultano Alepi, ipsos transitu arcente, usq; ad deserta Arabiæ fugati inde ingressi fuerunt terras Assyriorum, transmissorū Eu-phrate prope castellum Cacabæ, Iudæam, & regnum Hierosolymorū assiliere, multa damna incolis inferentes. Tandem hæc multitudo ad nihilum redacta est, cū quilibet inter ipsos dominium affectaret, nec ducibus ulla obedientia prestaretur, unde per turmas diuisi, quidam se receperūt ad Damasci, alij ad Alepij, alij ad Hamæ Sultanos: maior uero pars iuit ad Sultanum Aegypti cum duce Bartat, qui uidens se à gente sua relictum, Babylonici Sultani fidei sese submisit. Et sic Corasmini diuisi, Corasmens ad nihilum redierunt. Quos historici ex parte extirpationem Godefridi Bilonæ describen-tio-nes, breui temporis spatio cū nomine ex-  
tinctos appellant, Hoarmins.

Hoarmins.

M s Hoc

Hoc modo Turcæ manserunt in Syria  
commixti Corasmenis, & à Saracenis se-  
parati in parua regna, usq; ad annum Gra-  
tiae millesimum, ducentesimum, quadra-  
gesimum, uel circiter, quo Tartari eos proflig-  
arūt, ut postea dicetur, & interea a sidua  
bella cum regibus Hierosolymitanis ges-  
serunt, ut sequitur.

*Boëmudus.* Anno millesimo, centesimo tertio, coe-  
perunt Boëmundum Principem Antio-  
chiae, filium Roberti Guiscardi, cognomi-  
ne Curbespinam, originem ducentem à  
Tancreto Normanno (cuius superius me-  
minimus) & redemptus est à Tancredo ne-  
pote, triennio post.

Anno millesimo, centesimo quinto, ar-  
ma mouentes contra Balduinum, regem  
Hierosolymitanum fratrem Godefredi,

*Accaros.* qui obsidebat Accaron, cæsi fuere: & Ac-  
caros, quæ antiquitus Accon dicta, & Pro-  
*Lica, olim Iomais,* post uigesimum obfidoris diem,  
*Laodicea.* capta est cum Lica, quam ueteres Laodi-  
*Baruth, o-* ceam dixerunt. Quadriennio post, & Baruth  
*lim Bery-* ueteribus nominata Berythus, ut & Sidon  
*thus.* subacta.

Anno millesimo, centesimo, decimo  
quinto, Turcæ Balduinum Secundum eius  
nominis, pugna uictum, in fugam compu-  
lerunt ad montem Regalem, Tancredo  
du-

duce exercitus, qui patrum à Saracenis lib  
eraret, occiso.

Anno millesimo, centesimo, uicesimo,  
Balduinus Gazim, quem alij Garym di- Gazim.  
xere, Sultanum Damasci, cœpit.

Anno millesimo, centesimo, uicesimo se  
cundo, rex Balduinus captus est à Balach, Balach.  
quem alij appellat Alaph, Sultano Hamæ  
dictæ Camelæ, aut Gaucamelæ. Significat  
autem Balach destructorem, mansùt Bal  
duinus captiuus per annum.

Anno millesimo, centesimo, uicesimo  
octavo, Balduinus pugna deuicit Dol  
quinum, uel secundum alios Baldoquinū,  
uel Baldecanum Sultanum, Damasci suc  
cessorem Gazis.

Anno millesimo, centesimo, tricesimo  
secundo, Fulco Andegauensis, gener Bal  
duini, eiusq; successor in regno Hierosoly  
mitano, Turcas propè Ybelim profligauit Ybelim.  
in Sacra scriptura dictam Geth.

Anno millesimo, centesimo, quadrage  
simo, aut circiter Alaph, uel Balach, Sulta  
nus Hamæ Rohaiz uel Rages magna Chri  
stianorum cæde cœpit. Ea uero Rages Co Rages, olim  
magenæ ciuitas olim Edessa dicta est. Edessa.

Anno millesimo, centesimo, quadrage  
simo tertio, Balduinus Tertius eius nomi  
nis, filius Fulconis regis, Noradinum filiū  
Bil-

Baldecari, Sultanū Damasci ad Hierichuntem, quīng̃ millibus hostium imperfectis, uicit, & fugauit.

Anno millesimo, centesimo, quadragesimo tertio, Imperator Cunradus, & Ludouicus rex Gallie, filius Ludouici Crassi, in Syriam transmiserunt, & una cum Balduino obsederunt Damascum, sed re infecta, domum redierunt, seditione inter ob- sidentes exorta.

Anno millesimo, centesimo, quadragesimo octavo, post discessum horum duorum principū, Noradinus Sultanus Damasci Antiochiā obsedit, & rex Antiochię Raimundus Antiochia ad pugnādum egredens, imperfectus est. Comitibus Edisseno, & Tripolitano captis.

Anno millesimo, cētesimo, sexagesimo, Almericus rex, frater Balduini, clara uictoria in Aegypto potitus, Alexandriam cœpit, & Alcairum obsedit.

Anno millesimo, centesimo, septuagesimo, Saladinus Sultanus Aegypti, bellum cōtra terram sanctam gerere incēpit, temporibus regis Balduini Quarti eius nominis lepra infecti: cūm Fridericus Imperator Ecclesiam Romanorum uexaret, igni, ferro, & Italiam destruens.

Anno millesimo, centesimo, septuagesimo

fimo quarto, Balduinus Saladini Aegyptiorum regis copias bis uincit: primo Tabarię, quae olim fuit Tyberias, deinde Tabaria, Ascalone.

Balduinus.  
Tabaria, os  
lim Tybe-

Anno millesimo, centesimo, septuagesimo nono, præfatus Balduinus Quartus, pugna cum Saladino prope Tyberiadem commissa uincitur.

Anno millesimo, centesimo, octogesimo quarto, dissensio incepit, quæ causa extitit, ut terra Sancta perderetur, & Christiani in extremum discrimen inciderent.

Siquidem Guido Lusignanus ducta in uxorem Sibylla sorore, defuncti regis Balduini, & uidua Vulhelmi Longespacthæ, Marchionis Montisferratensis, ex quo filium unicum sustulerat, nomine Balduinum, adhuc impuberē, uerumq; regni suc-cessorem, tutelā impuberis, regniq; administrationem arripuit, contra uoluntatem Bertrandi, Comitis Tripolitani in testamento regis Balduini fratrī Sibyllæ tutoris instituti. Dissensione itaq; ista durante, infans moritur, Guidone ex iure uxoris regnum occupante, ob quod Comes Tripolitanus grauissime indignatus est.

Anno millesimo, centesimo, octogesimo sexto, Saladinus regem Hierosolymorum, Guidonem Lusignanum, cum magistris

stris tēpli, & hospitalis Hierosolymitanis,  
qui in subsidium Tyberiadis a se obcessati  
venerant, capit, eaq; dedita, Litam & Asca-  
lonem pro redemptione regis Guidonis;  
& magistrorum templi recuperat. Tan-  
dem & Ptolemaidem, ac Hierosolyma de-  
ditione capit, die secundo Octobris, anno  
postquā a Christianis habitata esset, octo-  
gesimo octauo.

Anno millesimo, centesimo, octogesimo  
septimo, Tēplarij, & Hospitaliarij, aduer-  
sus Saladinum profecti, uincuntur ad Ca-  
salas Roberti, imperfecto magistro ordinis  
Hierosolymani, fratre Rogerij Molinæi,  
primo Maij.

**Fridericus**  
**Imp. aqua**  
**submergi-**

Anno millesimo, centesimo, octogesimo  
nono, Fridericus Barbarossa Impera-  
tor, Philippus Galliæ, & Richardus An-  
gliæ reges, ad subueniendum relictis in Iu-  
dea Christianis, in Terrâ Sanctam expedi-  
tionem suscepere. Fridericus itinere terrestri  
profectus, Armeniaq; minore, uel Cilicia  
recepta, æstatis tempore se loturus, uel, ut

tur. alij scribunt, transiturus amine, quem qui-  
Caunus dant Caunū, Galli Selephium, Latini Cyd-  
Cydnus. num uocant, Tharsum ciuitatem diuideni  
**Tharsus**, ho tem, hodiè Tharassum dictam, submergi-  
dic Tharas- tur. Alij duo reges itinere in Siciliam arre-  
sus. pto, ex Messana traiecerunt, ac coniunctis  
fuis

suis nauibus cum Guidonis exercitu. Ac conem biennij spacio obfessam, in potesta tem suam redigunt: Richardus rex Cyprū insulam in itinere captam, cum Guidone, pro Hierosolymorum regno permutat. Post deditio[n]em uero Acconis, rex Gallie Philippus aduersa ualerudine correptus, domum redit.

Anno millesimo, ducentesimo, quarto, Balduinus Comes Flandriæ, & Heinricus Comes Sancti Pauli eius frater. Ludouicus Comes Sabaudiæ, & Comes Bonifacius Montisferraten[s]is, maximo exercitu conscripto, Venetijs conuenerunt, ut Terrā Sanctam adirent: quibus Veneti naues de dēre: hac cōditione, ut antequam ulterius traīcerent, Iaderam ciuitatem Dalmatiæ, ipsis rebellantem, ad officium redigerent, eo cōfacto, Imperium Constantinopolita- num occupauerunt, quod Galli circiter sexaginta annos tenuerē.

Anno millesimo, ducentesimo, & decimo, Ioannes de Bregna, Gallici generis eques, bellica uirtute clarissimus, uxorem duxit filiam Cunradi Montisferraten[s]is, & Isabellæ filiæ regis Americi, sororem Balduini leprosi, & Sibyllæ uxoris Guidonis Lusignani, electus est rex Hierosolymo. Tyrus Sursum, & coronatus Tyri, quā appellant Sur, & Son,

&amp;

& **Sor**, quod significat rupem, eo quod in rupe marítima sita fuerit: licet Alexander Magnus operibus suis eam oppugnans, contínenti postea coniunxerit. Erat autem tunc temporis, sub Imperio dicti Cunradi Marchionis Ferrateniis, qui postea in foro Tyrio à duob. sacerdos trucidatus est, quos Saracidas, raceni uocant Arsacidas.

Anno millesimo, duecentesimo, decimo sexto, Honorius Tertius, Pontifex Romanus, Ioānem Columnam Cardinalem, in Syriam, adres Asiaticas componendas, misit, comitatum Heinrico Comite Niuenensi, & Gualthero Sancerrano, Galliae equum magistro, alijsq; cōplurib; qui Accone in terram descendentes, inq; Aegyptum profecti, Damiatam urbem, quae lim Heliopo olim Heliopolis fuit, cæperūt, quā sexenlis. enī post Cordirio Magni Saladini filio, Aegypti Sultano reddidere, Acconem, & Tyrum redeuntes. Circiter hoc tempus, Ioannes Brenensis, rex Hierosolymorum comitatus fratre Guarino de Mōte acuto, ordinis Hierosolymitani magistro, Italiam transiens, filiam suam Yolantem in matrigenium tradidit Friderico Secundo, filio Heinrici Sexti, ac nepoti Barbarossæ, cum titulo regni Hierosolymitani, quem reges gni obtinēt. Siciliæ etiamnum hodiè tenent.

Anno

Anno millesimo, ducentesimo, uicesimo nono, dictus Imperator Fridericus, ex Italia proficiscitur, simulans se in Syriam moturum. Verum mox reuertitur dissensione intestina, ei cum pontifice Romano intercedente, reuocatus.

Anno millesimo, ducentesimo, tricesimo, Sultan<sup>9</sup> Cordirius, diruit muros Hierosolymitanos, tempore, quo Fridericus Imperator Ecclesiam Romanam persequetur mitani muri batur, & factione Guelforum & Gibelli diruti. norum exorta, Saracenis in militiam suā euocatis Nuceram ciuitatē hodierno die à Saracenis denominatam, concessit: Vnde postea à Gallis electi fuere.

Anno millesimo, ducentesimo, tricesimo septimo, Theobaldus rex Nauarræ, Emericus Comes Montfortensis, Heinricus Comes Campaniæ, & Bari, magnis copijs Hungaria, & Cōstantinopoli transita, profecti sunt in Syriam, ubi multas ciuitates à Saracenis occupatas recuperarunt. Ve- Gazerā, os rum breui post inter Acconem, & Gaze- lim Gaza. ram, quæ olim fuit Gaza, à Sultano Cordi- rio fusi, fugatiq; sunt.

Anno millesimo, ducentesimo, quadra- Christiano- gesimo quarto, rursus Christiani ad Farā- rum clades miam fusi sunt, ibi q; capti fuere magister ad Farā- ordinis Hierosolymitani, Vuilhelmus de miam.

Castel nouo, Magister Templariorum, Hermannus de Petraforti, Archiepiscopus Tyrius, duo filii Boteronis, quem alii Bottum dixerunt, & plures quam trecenti equites ordines. Eo uero tempore bellum inter Venetos & Genuetes cœpit ob monasterium D. Sabæ Acconen sis, quæ fuit altera causa amissæ Terræ Sanctæ.

Anno millesimo, ducentesimo, quadragesimo nono, Ludouicus Sanctus mare trajectiens Damiatæ à Sultano Melechsalē capit, & post liberationem ciuitates Siaffa, oīm donem, & Iaffam, quæ oīm fuit Ioppe, cœs Ioppe. opit, antea à Sultano occupatas.

**Tartarorū res gestæ cōtra Turcas.** Nunc accedo ad tēpus, quo Tartari contra Turcos, seu Turquemannos mouerentur. Verū quo melius intelligatur, quomodo id acciderit, & unde Tartari uenerint, res paulo altius à 20. annis repetenda erit.

**Tartaria, hodiè Catay, eiusq; descriptio.** Anno millesimo, ducentesimo, uicesimo primo, in Tartaria (quam nos hodiè appellamus Catay, & est Scythia orientalis, tunc nullis legibus, aut forma Reipub. gubernata) erat quidam ab Haytono dictus Cangy Tar Cangy, à Paulo Veneto Chinchis, à Mattari uita & thia Michouu Cinguis, natus ex uida ha res gestæ. bente alios filios ex defuncto marito, uitæ eius ob conceptum in uiduitate Cangyra insidiantes. Verū illa ipsis persuadente,

te, se eum ex radijs solis concepisse, nec alium ei patrem esse: hac opinione non solum sibi profuit, sed & Cangy. Nam cum hic adoleuisset, populum barbaricum induxit, ut crederet, se à D E O misum, ut ipsis imperaret, eosque dominos efficeret nationum, quibus tributarij fuissent & essent, hactenus capite carentes: remq; ad e dextrâ gessit, ut omnes finitos subiugarit, cognominatus Cangy, Can, uel Cham. Regnauit uero annos duodecim, mortuus in oppugnatione cuiusdam castri, cum in genu sagitta uulneratus fuisset: primusque extitit, qui Tartaris per Tartari suast, ut crederent in V N V M S O L V M Christiani D E V M. fuit.

Changy Cham successit filius Hocca- Hocca ta, qui, ut terras remotiores cognosceret, 2.dux. decem millia equitum misit, ad infestan- Tartaroru. dam Cappadociam, tunc à Turcis posses- sam (ut diximus) à quibus deleta fuere. Hocca itaque hac clade irritatus, rursus istuc allegauit triginta millia hominū, qui appellabantur Tamachi, id est, conqui- Tamachi, fatores, ijsq; mandauit, ut idem iter, quod Conquisito priores tenerent. His in finibus Cappa- res. dociae, quos Turcae uocant, Genech, occurrit Guiyadim, rex Turcarum, Sabellico di- Guiyadim. catus Gonyat, in suo exercitu habens duo

millia Christianorum, residua ex copijs in  
Syriam profectis, quibus duo duces præ-  
erant, alter nomine Ioannes Liminata Cy-  
prius, alter Bonifacius de Castro Genuen-  
sis, quem Sabellicus nominat Bonifacium  
Molinæum, dicitq; Venetum fuisse: Cæ-  
**Turcis cla-** terum, Guñatadin cum Turcis à Tartaris  
des à Tar cæsus est, anno millesimo, ducentesimo,  
taris illata. tricesimo nono. Post modicum uero tempori-  
bus filijs relictis, **Gin.**, quem Paulus Vene-  
tus uocat Gui, & alij, Guijs, & Guiscan: alterum  
**Iochi.** Iochi, quem Matthias à Michouu appellat  
**Batho.** Iochi primogenitum, & Baydo, aut Batho,  
secundum eundem Matthiam.

**Gin.** Hoccatae successit **Gin.**, uel Gui filius, cu-  
3. dux ius regnum breue fuit, & post eum, Impe-  
**Tartarorū.** rium Tartariæ tenuit Mango Chan, cōsan-  
guineus suus, quem Sabellicus uocat Me-  
Mango Chā thonem. Et hic est Mango Cham, ad  
4. dux. quem Innocentius Quartus ablegauit A-  
scelinum, ordinis Prædicatorum soda-  
lem, anno millesimo, ducentesimo, ut re-  
fert Vincētius in suo speculo, & Matthias  
à Michouu.

Iochi primogenitus Hoccatae Can, quē  
alij Iachni dicunt, iter arripuit uersus Oc-  
cidentem, cum tota gente, quam sibi pa-  
ter dederat, & subiugauit regnum Tur-  
que-

questein, & Corasmieniorum, cum parte Tartari.  
 minoris Persiae, usq; ad fluuium Tygrim, Turqueman  
 quem Haytonus appellat Physonem. Eniam occu-  
 go uero existimo, quod Physon sit Gan- pant.  
 ges, ibi; cum sua gente mansit, aucta in Physon.  
 hunc usque diem diuitijs atque homi-  
 nibus.

Baydo, uel Bathi, tertius Hoccate filius Baydonis  
 cum Tartaris, quos fibi dederat pater, per peregrina-  
 Rasciam, Cumaniam, & Moscouiam, Po-  
 tio. Ioniam ingressus est, inde Hungariam, &  
 Austria, igni ferroq; depopulans, ita  
 ut ipsemet postea fame coactus sit, terris  
 istis relicitis, redire in Tartariam, Cuma- *Tartaria*,  
 niam, ultra pontum Euxinum quam ho *Cumania*,  
 diè uocant Zauolcha, & Zahadey, & iu- *hodiè Zauol*  
*xta* quorundam opinionē est, quam Stra- *cha*, & Za-  
 bo Cataoniam appellat, hodiè dicta Cir *hadey*.  
 cassia. Porro Baydo, à Polonis *Bathy* dici- *Cataonia*,  
 tur, & *Zaim Cham*, à quo descendit Magnus *hodiè Cir-*  
*Tamerlanes*, ut tradit Matthias à Mi- *cassia*.  
*chouu*, libro primo, capite decimo, de- *Tamerlanis*  
 scribens hanc ingentem destructionem *ortus*.  
 terrarum Septentrionalium, quæ fuit, an-  
 no millesimo, ducentesimo, sexagesimo  
 tertio.

Iochus in Oriente successorem habuit,  
 filium Barach secundum Haytonum: Pau-  
 lo autem Veneto authore, Barachim.

Anno millesimo, ducētesimo, quinqua-  
gesimo, aut circiter, tempore, quo Ludo-  
uicus Sanctus mare transiit.

**Haytonus rex Armeniæ**, Christianæ religionis secta-  
gīs Arme-  
**niæ, & Man-  
go Cham  
Ioechis.** tor, uidens, quod Tartari tot terras subiu-  
gassent, & usq; ad Asiam minorem fines  
extendissent, ex consilio prudentum con-  
stituit fœdus amicitiæ ac pacis, cum Man-

go Cham, qui Ḡn, uel Gui, filio Hoccotæ  
in regno successerat, inire, quo subsidium  
contra Calyphum de Baldact, & Turci-  
cos Sultanos Damasci, Alepi, & Hamæ,  
aliosq; haberet, & ideo ad ipsum misit Si-  
nibaldum, Conestabilem regni Armeniæ,  
fidelem suum, & anno in sequenti ipse-  
met ad eum profectus, tanta gratia, tanto.

**Mango Chā** que fauore exceptus est, ut Mango Cham  
**Christianā** Christiana fide recepta, sacro baptisme  
**fide recipit.** ablueretur per Episcopum Armeniæ, re-  
gni Cancellarium, una cum fratre, quem  
Haytonus, patruelis regis Armeniæ, uo-  
cat Haolonum: Paulus Venetus uero Al-  
lau. Porro hūc Haolonum Mango Cham  
frater, cum ualido ac præpotenti exercitu  
adiunxit regi Armeniæ, ut bellum Tur-  
cis inferret. Quare Tygri flumine traie-  
cto, totum Persarum regnum, rectore, at-  
que domino carens, intra sex mensium  
spacium à finibus Corasmenorum, usque  
ad ter-

ad terram *Aſſassinorum*, quos nonnulli *Aſſassinο-  
historici* Latini *Arſacides* vocant, eorum *rum terra*.  
mentionem in expeditione Godefridi Bi-  
llionei facientes, subegit. Horum terra,  
(neque enim regio dicenda) sita est ad pe-  
dem montis Libani, uersus Orientem, ut  
Brocardus Monachus scribit, à latere ciui-  
tatis Antheradi, quæ Tortosa dicitur, con *Antheradū*  
finis Persiæ, uersus Septentrionem, ut Ha *Tortosa*.  
ytonus scribit, Paulo Veneto dicto Mu. Mulete *Aſſo-*  
*lere*. Terræ uero istius dominus, dicebatur *Aſſinorum*  
*Aloadin*, uel Aladin, quod significat diui- terra.  
num: sed historiæ expeditionis Sanctæ, i. *Aloadin Aſſo-*  
plum appellarunt dominum sex monti *Aſſinorum*  
um, ut & Haytonus, & Paulus Venetus, *dominus*.  
qui hoc tempore uixere. Sita erat terra  
ista in parua planicie, circundata monti-  
bus, ad quam aditus non erat, nisi ab una *Aladini hi-*  
parte, qua Aladinus construxerat inexpu *ftoria*.  
gnabilem arcem, quę Tigadus dicebatur. *Tigadus*  
In illa terra uallis erat natura fertilis, & a- *ark*.  
moena aspectu, propter prata, riuos, nemo  
ra, ac sylvas. Præterea Aladinus in ea  
maximum uiridarium plantarat pulcher-  
rimum, floribus odoriferis, & fructibus  
suauibus: ac palatia egregia in eadem ex-  
truxerat, omni genere magnificentiae de-  
corata, eamquę auxerat elegantioribus  
ſuuenibus, ac fœminis totius mundi.

Homines enim certos sibi adiūxerat, quos  
rum opera ad nullam aliam rem utebatur,  
quam ad rapiendos, & abducendos iuue-  
nes, atque puellas. Haytonus scribit, fuis-  
se homines infideles, nullam habentes fi-  
dem, uel religionem, nisi prout eos Prin-  
ceps ipsorum instruxerit. Paulus Vene-  
tus tradit, eos in nepharia lege Mahume-  
tica informatos, promittente, obseruato-  
ribus illius in uita futura omnis generis  
carnales uoluptates. Gladiatores seu sica-  
rij raptos, in castrum Tigadum abduce-  
bant, quib. Aloadin, ut sibi eos obsequen-  
tiores redderet, quum sibi uidebatur, sole  
claro potum quendam dari curabat, quo  
inescati, demētes quasi semimortui red-  
ebantur, & graui opprimebantur sopō-  
re, interimq; in uiridarium ducebantur, ad  
juuenculas elegantissimas, & ornatisimis  
uestibus in duebantur. Et quum sopore  
soluto euigilarent, penitus alios homines  
in alio mundo se esse uidebant, omniq; uo-  
luptatis, ac deliciarum genere cumulatos,  
quod diurno tempore expeti posset: Ve-  
speri, cum his gaudijs interfuerint, Aloa-  
din senex, quibus uolebat, iterum memo-  
ratum potum bibendum exhibebat, &  
dementatos ex Paradiso reducebat, in lo-  
ca castri fumosa, atq; obscura, prioribus

uestis

uestimentis induebat. Tunc uero illis somno excitatis, & reminiscentibus, quibus, & quantis ad modicum tempus potiti fuissent gaudijs, & tristibus, quod delicijs illis non perpetuo frui potuissent. Aloadin, qui DEI Prophetam se mentiebatur, dicebat, se eos, qui Paradysum in sua potestate haberet, ex quo translati essent, in eundem reducturum, modo parati essent, pro sua obedientia mortem intrepide, ubi illata fuerit, subire. Iuuenes itaque uoluptatum illecebris capti, facile id promittebant, pro nihilo mortem ducentes, respectu deliciarum, quarum gustum aliquoties postea Alaodinus ipsis præbuerat, modo quo diximus. Sic itaque dominus sex montium eorum opera utebatur, eosq; submittebat, ad interficiendos Principes exteros, in proprijs ipsorum edibus. Mortem etenim contemnebant, quo in Paradysum reuenterentur. Ex horum sodalitio fuit ille, qui Richardū, regem An, Richardus rex Angliae Accone uulnerauit, & qui Tyri Cunradum Mōisferratensem occidit, & alias, à quo sic inqui Comitem Tripolitanum in suis ædis perfectus, bus obtrūcauit: ac uerisimilē est, Italos postea uocasse ab ipsis Assassinos, quos nos sicas. Assassini rios atq; latrones appellamus. qui dicatur.

Porro, ut ad institutum reuertamur,  
Hado-

**Tigadus** Hadonus dictam arcem Tigadum totum arx per triennium obsedit, ut uero Haytonus scribit, viginti septem annos, nec aliam ob causam, quam ob penuriam uestium, se dediderunt, commeatu abundantes. Arx uero dedita, diruta est, ac durante obsidione, Haolonus in Persiam rediit, Haytonus in Armeniam, ad res illic constitutas.

**Haoloni** ex quagesimo quinto, Haolonus cum rege Arpeditio contra Calyphum, eumque intra Calyphum. ciuitate sua Baldac obsecuum, ea expugnata cœperunt, cum omni gaza immensi ac incredibilis valoris. Hac uero conspecta, Haolonus Calyphum interrogauit, cur stipendiarios pro defensione sua non conscripsisset & aliuisset, cum tantos thesauros habuerit. Ad quod ipse respondit, se existimasse, suum populum sufficere ad resistendum omnibus suis hostibus. Hoc Haolonus audito, iussit thesaurum in turrim portari, inque eius medio Calyphum collatum concludi, prohibendo, ne ullus cibus ei daretur, eumque ita in medio diuitiarum fame necauit. Regno Caliphæ de Baldack, in ipso finiente, quod durauerat circa sexcentos annos.

Anno millesimo, ducentesimo, sexagesimo,

fimo, Haolonus, & rex Armeniæ Haytonus, denuò suos exercitus congregarunt, in planicie Rohaiz, ad recuperandam Hierosolymam, & Terram Sanctam. Capti uero Kohaiz, Alepum contenderunt, quod ipsis nono die ab obsidione deditum est: arx uero adhuc undecim diebus restitit, qua capta, Damascum captam expugnauit, duobus horum locorum, Sultanis captiuis in Persiam missis, una cum uxoribus, & liberis. Erat tunc temporis Antiochiae Princeps quidam, Roymondus Austriacus, qui in uxorem habebat Haytoni Armenij filiam: huic itaque omnes terræ, ac ciuitates Turcis ademptæ datae fuere. Regi uero Armeniæ, Alepum, alieçp regno suo finitimæ relictæ. Cum autem Haolonus Hierosolymā uenisset, nunciū ei de morte fratrī Mangonis allatum est. Quamobrem constituit, in Tartariam redire, & in Syria quendam suorum nepotum reliquit, nomine Guibogan, à Sabellico dictum Garbocam, ab alijs Guithbo-Guibogan frater Haolam, cum decem millibus equitum, profectus. Almalech, ubi Mango obierat, cognouit à Tartaris electum alium suorum Cobila uel fratum, dictum Cobilam, quem Paulus Cublay, s. Venetus appellat Cublay, ab eo, ut fami. dux Tataris, in Gallias missus, ad Clementem rorū.

Quar.

Quartum Pontificē, anno millesimo, ducentesimo, sexagesimo octauo, quo Galli Imperium Constantinopolitanum perdidérunt, & Carolus Andegauensis, frater regis Ludouici Sancti, rex Neapoleos, & Siciliæ factus est.

Guibogan persequens institutum fratris, magnam Syriæ partem, auxilio regis Armeniæ acquisiuit, sed uolens Turcas penitùs pellere, eos sibi tributarios fecit. Quod factum est, ut Diabolus inter ipsum, & Christianos noua discordiæ semina Christiano- spargeret. Id quod ita accidit: Christiani rum & Tar Sidonem tenentes, & terram Belfortem, tarorū dissi quæ est de dominio ciuitatis Sidonensis, dium causa eruptione facta, quosdam pagos Turcicos multarum tributarios, dicto Guibogan depopulati calamitatū, fuere, quibusdam hominibus, una cum pecoribus captiuis abductis. Hi qui elapsi fuissent, ad Guiboganum de iniuria quaestum contenderunt, qui re intellecta, ad Christianos nepotem suum celeriter misit, postulatum, ut prædam subditis ablataam restituerent: At tantum abest, ut id Christiani ficerint, etiam nepotem Guibogæ occiderint, unde ille statim aduersus eos profectus, magnam partem murorum ciuitatis Sidonensis, & arcem Belfortem destruxit, & amicitiæ, quæ ei cum Chri-

Christianis intercesserat, memoriam depositum.

Cum ergo Christiani ita cum Guibogano dissentirent, qui Christianus erat, & in ipsorum auxilium uenerat, Sultanus Aegypti Cathos, cognomine Melechmees, id est, rex populi, in loco quodam dicto tanus Aegy Henryalech, ipsum adortus, in prælio occi-  
dit, totaq; Syria in potestatē Melechmees  
cōcessit, præter alias ciuitates Christia-  
norum ad mare positas.

Anno millesimo, ducentesimo, septua-  
gesimo quarto, etiam Damascus amissa est  
proditione Saraceni, eius custodiæ præfe-  
cti. Cum uero Haölonus, qui tunc in Per-  
sia esset, stragem exercitus sui intellectisset,  
continuo gentem suam euocauit, misitq; ad reges Armeniæ, Georgiæ, aliosq; Chri-  
stianos partium Orientis, ut uenirent pa-  
rati contra Sultanum Aegypti, aliosq; Sa-  
racenos. Quumq; iam, quasi in procinctu  
esset, infirmitate corripitur, ex qua diebus  
quindecim post obiit, & ita negotiū Ter-  
ræ Sanctæ iam incoepit, penitus inter-  
turbatum est.

Abaga, filius Haöloni, regnum patris Abaga fidé  
sui tenuit, sed Christiano dogmate reli- abnegat.  
cto, quod pater amplexus fuerat. Maho-  
metanam fidem secutus est, bella uicinis  
infe-

Bendecar  
 Sultanus  
 Aegypti,  
 & Cappadociæ, regnum Armeniæ inua-  
 sit, sciens regem Haytonum cum magnis  
 copijs profectum Almalech ad Cobilam, uel  
 Cublay Cham. Filij uero Haytoni regis Ar-  
 meniæ, cognito Saracenorum aduentu,  
 his occurserunt numeroso exercitu, quod  
 tunc Armenia duodecim millia equitum,  
 & quadraginta millia peditum suppedita-  
 ret: uerum cæsi fuere, altero ipsorum  
 inter procellas pugnæ imperfecto, altero  
 captiuo in Aegyptum abducto. Rex ita-  
 que Haytonus, qui totis viribus destruc-  
 ctionem Turcarum quereret, hoc infœli-  
 cissimo nuncio intellecto, ulteriori itinere  
 omisso, in regnum accelerauit, cùq; ab Aba-  
 ga, filio Haoloni auxilia consequi nō pos-  
 set, coactus est pro liberando filio captiuo  
 pacem inire cum Melechdaër, eiç reddere  
 ciuitatem Alepium, cum quodam cognato  
 eius Sangolascar, qui captiuus teneba-  
 tur apud Tartaros. Posthac rex Haytonus  
 regno tradito, filio suo Tyuono ē carceris  
 bus

bus Aegypti liberato, religionem ingrediatur nomine Macarij accepto, secundū consuetudinem Armeniorum, qui quando religionem ingrediuntur, nōmē propriū *Armeniorū* mutare consueuerūt, cum regnum tenuis- mos. set annos quadraginta quīng. Et post modicū temporis spaciū, in pace obdormiuit, pace prius inter Abagan, & uicinos eius cōstituta, anno Salutis milleſimo, ducentesimo, septuagesimo tertio.

Post obitum Haytoni, Melechdaēr subacta Antiochia, & Cilicia Anatoliā in-greditur, in qua complures duces Tartarorum subiecti Abagæ erant, inter quos quidam Paruana dictus, domino suo rebellis, cum Melechdaēr conspirārat. Quod Abagan audito, approperauit, ita, ut Melechdaēr expectare nō ausus, ex Anatolia recederet, Abagan itaque eum insecurus, aliquot quidem millia Saracenorum in loco Pasblanck deleuit, sed ex consilio multorum ab ingressu Aegypti, propter æstum *Aegyptus* abstinuit, quod terra sit calida, & animalia *regio calida*. Tartarorum laboris, æstusq; impatientia: *dissimilata*. Postea rediens in Anatoliā seu Turciā, Paruanam proditorem cum suis sequacibus, iuxta morem Tartarorum per mediū diuidi, & in minutissimas partes scindi, easq; sibi, & proceribus suis ad comedendum

dum, quoad aliqua residua esset, ad ultio-  
nem apponi iussit.

Postquam uero Abagan terras Anatoliæ, seu Turciæ composuisset, illas obtulit regi Armeniae Tyuono, quod pater suus, & ipse semper erga Tartaros fideliter secesserent. Verum ipse ab eius acceptatione abstinuit, metu Sultani Aegypti, dicēs: se non sufficere ad duo regna gubernanda. Quare Abagan ibi ordinauit, atque consti-  
tuit quosdam duces, inter hos Ottomanum, a quo descenderunt Turcæ hoc tem-  
pore rerum potientes.

dant.

Deinde Abagan in Persiam reuersum, ibi q[uo]d aliquandiu commoratum rex Armeniae, Thyuus rogauit, ut sibi suppetias fer-  
ret aduersus Sultanum Aegypti, Melech-  
sayl, successorem Melechdaer, se molestan-  
tem, atq[ue] vexantem. Quare Abagan fra-  
trem suum Mangodanior, & triginta mil-  
lia equitum misit, qui cum exercitu regis Armeniae progressi sunt, usque ad ciuitatem Hames, ubi Saracenorum copijs con-  
gregatis, ingens prælium commissum est,  
quolibet ipsorum exercitum suum in tres  
aces distribuente. Quarum unam duce-  
bat Mangodaniora, Iteram Tyuus rex Ar-  
meniae, tertiam quidam dux Tartarorum,  
Almach, uel Achmat, quod gratiosum de-  
notat.

Turcæ hoc  
tempore un-  
de descen-

Melechsayl.

notat. Atque hi quidem duo sinistrum  
cornu exercitus Soldani adorti id perru-  
pere, atque fugarunt, sed Mangodanior,  
qui nunquam uiderat bellorum discrimi-  
na, minimè in hostes attentus, retrò cessit,  
nec priùs fugere destitit, quām ad littus  
fluminis Euphratis perueniret, quem Eu- *Euphra.*  
phra dicunt, tertio Saracenorum cornu,  
quod ex Bedimnis cōstabat, minimè eum  
prosequente: Sunt autem Beduini, quos  
sacra Scriptura uocat Madian, & Madia-  
nitas. Cum uero rex Armeniæ hostes fu-  
gientes, per triduum usque ad ciuitatem  
Hamet insectatus fuisse, & Almach hosti-  
bus fugatis, dominum per biduum expe-  
ctasset, spe eum subsequuturum, ut hostes  
deleret, nec ille ullibi compareret, ipsi fuga *Mangoda-*  
*ei*us cognita, eum secuti fuere, usque ad *nior* fūgit.  
Euphratē, & quamuis omnem diligen-  
tiam adhiberent, ut eum ad persequen-  
dam uictoriam retraherent, tamen ille in  
Persiam ad fratrem rediit, magno cum  
Armeniorum infortunio atque incom-  
modo: Id quod accidit, anno millesimo  
ducentesimo, octogesimo secundo. Aba-  
gan, cui fuga frarris admodum displice-  
ret, ad ignominiam delendam, ipse met  
contra Sultanum totis viribus ire consti-  
O tuit,

tuit, sed ueneno sibi à quodam Saraceno dato obiit, relictis duobus filijs, Argon, & Ragait.

**Tongodor  
Tartarum  
rex Christia  
nam fidem  
abnegat.**

Cæterūm, post obitum Abagæ Tartarorum rex constitutus est frater eius Tongodor, q̄ Christianā fonte in pueritia tinctus, nomen Nicolai acceperat, sed conuersatione Saracenorum, quam dilexerat, eorum sectæ se dedidit, nomineq; Mehemet accepto, omnia templa Christianorum in suis terris diruit, ac missis nuncj̄s ad Sultanum Aegypti, cum eo pacis, atq; concordiæ fœdus iniit. Quare quidam fratrum ipsius, & nepos Argonus id detulerūt Cobilæ Cham maiori Imperatori Tartaroru: Qui hoc cognito ei præcipiendo mandauit, ut à malis operib. abstineret, alioquin debitā pœnas luiturus.

Itaque indignatione huius Mehemet accensus, proprium fratrem interfecit, idē in Argonum nepotem perpetratus, qui montes petiit, & postea auxilio quorundā amicorum defuncti patris Abagæ, Mehemetum cœpit, eumq; per medium detruncari iussit, cum uix triennij spatiū in solio suo crudelissimus tyrānus compleuisset, anno Salutis millesimo, ducentesimo, octogesimo tertio.

Argo-

**Argonus**, post necem pessimi Mahu- **Argonus**  
 meti patrui, rex electus noluit recipere rex Tartarorum.  
 nomen, uel titulum Cham, absque con- rorum.  
 sensu Cobyle, quem facile impetravit. Hie  
**Argonus** fuit aspectu pulcherrimus, &  
**Christianæ religionis amator.** Quare Ec-  
 clesias, quas Mahumetes destruxerat, re-  
 parauit, & ad eum accesserunt rex Arme-  
 niae, & Georgiæ, alijsq; Christiani partium  
**Orientis**, quibus promisit, se prefecturum  
 ad recuperandā Terram Sanctam: uerū  
 antequam rem aggrederetur, ex uita migra-  
 uit, anno Regni quarto, tempore Melech.  
**Melechna-**  
**nazer**, Sultani Aegyptiaci: qui dicit potest.  
 rit rex sanctus, uel florens.

Argono successit frater Regayto, à Sa- **Regayto**  
 bellico dictus Oueghar, ab alijs Tagadayt, qui rex Tartarorum.  
 Tartariæ præfuit duos annos, homo nihi-  
 li, nullam fidem uel legem habens, inuisus  
 suis, & contemptus exteris, tandem à suis  
 proceribus suffocatus.

Post obitum suum, factus est dominus,  
 quidam eius consanguineus Baydo, anno Baydo rex  
 Domini millesimo, ducentesimo, nona-  
 gesimo, iste Baydo, ut uetus amator Chri-  
 stianæ fidei, Ecclesias Christianorum rea-  
 dificauit, uetuitq; ne quisquam dogmata  
 Mahometi inter Tartaros prædicaret.

O 2 Qua-

Quare maior pars Tartarorum sectæ Mahemeticæ adhærens, mandatum id moleste tulit, & clām ad Cassanum, uel Assanum filium Argoni misit, regnum illi offens, si uellet Christianæ fidei renunciare. Ad quod ille parum de fide curans, facile annuit, armisq; contra Baydonem cœpit. Cum uero in aciem descendissent, ecce Mahometistæ Baydo relinquentes, ad Cassanum transiere, Baydo in fuga ab hostibus persequentiibus interfecto.

**Cassanus pri-** Post mortem Baydo, Cassanus fuit samō abnegatctus dominus Tartarorum, nec ausus est fidē, postea contra uenire promissis factis illis, qui eū fit Christia. ad dignitatem regiam euexerant. Sed cum nus uerus, se in ea confirmatum animaduertit, cœpit diligere, & honorare Christianos, atque ē medio sustulit complures magnates, qui ei suaserant, ut relicta Christianorum fide Saracenis adhæreret: postea exercitu aduersus Sultanum Aegypti, & Saracenos congregato, reges Armeniæ, Georgiæ, aliosq; Christianos partium Orientis, de hoc certiores reddidit, qui ad ipsum uenire Baldachum, & inde progressi sunt Ham in me mam, quæ est in medio Syriæ, ut fertur, uido Syriæ. bī ipsis occurrit Sultanus, nomine Melechna ger, denotante regem ardentem, & castra fixere,

xere in prato, ubi Sultanus de Cassano op primendo cogitauit. Licet autem Sultanus aciem Cassani in ordine dispositam non inuenierit, nihilominus tamen uirtute militum equis descendantium, uictus, & fugatus est a Cassano. Idq; factum est, anno Domini millesimo, trecentesimo die Mercurij, ante festum nativitatis Domini. Huic pugnæ interfuit Haytonus, agnatus regis Armeniæ, qui ipsam descripsit.

Cassanus, uictoria usus, Casanam ciuitatem cœpit, in qua erat ærarium Sultani. Ille uero, conspectis immensis Sultani diuinitatis, summopere mirabatur, quod Sultanus bellare intendens, tantas secum diuitias tulisset, quas ipse nauctus suis militibus ac stipendiarijs liberaliter distribuit, ipse nihil retinens, nisi unumensem, & quoddam marsupium, in quo erant scripturæ terræ Aegypti. Sultano debellato Damascus se ei dedidit, quæ nulla alia re, quam commeatu instructior, & abundantior erat. Quare totus exercitus Cassani ibi substitut quadraginta quinque dies, praeter quadraginta millia equitum, qui duce Molay Sultanum fugientem perse. Cassanus quebantur. Haytonus in descriptione eius historiæ miratur, quomodo in tantillo ria.

corpore, quali Cassan⁹ fuerit, tāta uirtutū copia esse potuerit: Neque enim inter uiginti mille milites unum inueniri potuisse, qui minoris staturæ, uel turpioris asperetus fuerit.

Porro, cum Cassanus Damasci moraretur, ei nunciatur, quendam suorum agnatorū, nomine Baydo, Persiam ingenti exercitu ingressum: Ideo ad eum reprimendū proficiuntur, in Syria relinquens Molay, cum uiginti millibus equitum, Damasci uero Saracenum nomine Capchich, qui Sultanī minister, ab eo, uel per discordiam, uel propter maleficia in exilium pulsus fuerat. Hic ergo occasione oblata, cum Cassanus ē Syria discessisset, quō in Sultanī gratiam recipere turretur, ei Damascum cum alijs compluribus ciuitatibus reddidit.

Damascus  
prodita.

Molay uidens, totam Syriam rebellare, in Mesopotamiam iter arripit, rem̄c̄ tam Cassano indicat, qui constituit, eo sub hyemem redire, quod in æstate ob immenses calores, nec herbæ, nec pabulum, pro equis in Syria inuenirentur, & interea istuc ablegat alium ducem, nomine Cotuloz, uel secundum alios Caroloz, cum tringita millibus equitum, eīc̄ mandat, ut & Regem Armenię, aliosc̄ Principes Christianos

nō se uocet, qui mox p̄stō suēre, maximē Christianus rex Armeniæ Thyuus, Emēricus Lusignanus rum expeditus rex Cypri, Magister Hospitaiis Hie-<sup>tio contra</sup> rosolymitani, Vilhelmus Vilaretus, simili Saracenos. liter & magister Templariorum, qui initio Tyrum mari appulerūt, postea Tortosam, aut Anticadum. Verūm, cum omnes parati essent, uoluntariā militiam subire, rumor de Cassani infirmitate adfertur, unde Catulozza cum suis domum rediit, anno millesimo trecentesimo tertio.

Biennio post, Cassanus expeditione in Syriam denuo decreta, regi Armeniæ significat, ut ad fluuium Euphratem ueniar, ubi exercitum suum congregabat, adeo numerosum atq; ingentem, ut ad iter tridui extenderetur. Cum uero Cassanus Syriam ingressus esset, ecce Baydo, quem, ut diximus, Persia prius eiecerat, in eā rediit. Quare ad eum repellendū Cassanus proficisciuit, relicto duce Cotulozza, cū quadraginta millibus equitum, & rege Armeniæ, ad prosequendum bellum contra Sultanum, qui capta ciuitate Hamæ, cuī maximarum diuitiarum copia: postea obsederunt Damascum. Verūm cum Catulozza, & rex Armeniæ certiores redditi essent, aduentare Sultanum cum suis

ad liberandos obfessos, ei obuiam proceſſe rē aleam fortunæ experturi. Verūm Saracenis, qui lacu quodam, & monte à duobus partibus muniti eſſent, pugnam detrentantibus, Tartari ob defectum aquæ, quā non inuenierant illa nocte, nec die, dimiſſo Sultano unus post alium per turmas, & acies ordinati, ad obſidionem Damasci redierunt. Ibi ergo, cum una nocte commorati fuissent, incolæ Damasci aquas fluminis per quosdam meatus, & riuulos, Saraceni uero per aggeres ruptos ita breui temporis ſpatio auxere, ut tota planities, in qua Tartari caſtrametati fuerant, ſubmergeretur magna omnium perturbatione,

*Christiano.* quod nox illa multum tenebricosa eſſet, *rum clades.* nec quisquam de hoc caſu cogitasset.

Quare quamplurimi ob uiæ ignorationem ſubmersi fuere, quod planities plena ſoſſatis non apparentibus eſſet, & magnus equorum, ac animalium numerus interiit, atque omnia impedimenta amiffa fuere.

Qui itaq; euaserunt de nullo alio quām de reditu in patriam cogitarunt, quod arcus, & pharetræ iſſorum, quibus præcipue prælianturn, aliaq; arma penitus eſſent madefacta, minimeq; ad exercitium idonea,

nea, & si inimici eos persecuti fuissent, nullus penitus euasisset, imo instar avium eos capere potuissent. Post haec uero Tartari, propter illos, qui equos amiserant, paulatim incedentes, ad littora fluminis Euphratis reuersi sunt, quem natando pro more gentis transierunt. Nam ut Matthias à M<sup>i</sup> Tartaroru chauu scribit, uxores, liberos, & impedi- in natando menta caudis equorum alligata, secum per mos undas amnis traxere. Idem coacti fuere facere Armenij, & Georgiani, quorum pleriq; ob metum Saracenorum regredi non audentes, in flumine suffocati fuere. Haytonus, qui huic cladi interfuit, eam euensis scribit, q<sup>uod</sup> Cotulozza noluerit acquiescere consilio regis Armenie, aut aliorum, sed solummodo suo inhæserit: REBUS VERO CONSULTE ACTIS CONSVESSE FINES LAUDABILES OBTINERI, ET ECONTRA QVAE IMPROVIDEFIANT OPTATIS SVCESSIBVS SAEPE CARERE. Cum uero rex Armenie flumen Euphratem transfluiisset, antequam in regnum suum remearet, ad ciuitatem Niniuen, sitam ad Tigrum, & Eusebio dictam Nisibin, perrexit, ubi honorificè & benignè suscepimus est à Cassano, qui eius damnis ac calamitatibus affectus, ipsi

O<sup>s</sup> mille

Niniue, ho-  
die Nisibis.

mille Tartaros, pro custodia regni, suis sumptibus concessit, quo usque ad subfdium Terræ Sanctæ, contra Sultanū Aegypti ipse met proficisci eretur. Verum, dum militiam sanctam cogitaret, paulo post obijt. Sunt qui existiment, Syriam ab eo Azamia di- nuncupatam Azamiam, eō quod Turcæ cta sit. Assamiam appellant Azam, & Assam. Cæ terum fieri potest, ut appellatio hæc deriuata sit ab Aram, filio Sem, nepote Noë, ab eoq; per Hebræos dicta fuerit Azamia, uolentes dicere Aramiam.

**Cassano**, seu **Aßano**, successit frater **Carbagan**. Carbaganda, quibusdam dictus **Carbagat**, da rex **Tara** Gallis Corbadan, in baptisme nominatus **tarorum**. Nicolaus, qui, quamdiu eius mater uixit, in Christiana fide permanxit, sed post obitum eius, fide Christianorum relicta, adhæsis se & perfidi Mahumeti, quam eius successores usque in hodiernum diem retinueré. Ab hoc Assam, uel Cassam, reges Persiæ descendūt, qui omnes in ipsius unde descen dant, honorem cognomen Cassani cœperunt, usque ad Vsuncassanum, cuius superius memini.

**Sophi curdi** Nos eos uocamus Sophos, quod Seichais canturreges der Sophus, in uxorem duxerit, filiam V-Persie. Usuncassani, ex qua natus est Ismaiel So- phus,

phus, qui nostra ætate rexit, pater Tama-  
ar, Sophi iam rerū potentes in Persia. Tur-  
cæ uero, ut antea dixi, Persas uocat Pharsic, Persæ Phar-  
uel Quezelbach, id est, capita rubra, eosq; pro sic, & Que-  
perpetuis hostibus habent, utpote discre-  
pantib. ab ipsis tam lege, quam fide.

Hactenus originem Imperij Caliphi,  
de Baldach, usque ad eius finem, deduxi,  
ut & Miramolini ad eius diuisionem, usq;  
Persici etiam progressum, quasi ad nostra  
tempora, uel ad minus, ut intelligi queat,  
quale sit. De Ottomannico regno supe-  
rius copiosè dixi, nec plura adiungere pos-  
sem, nisi Epitomes legē excedere uellem:  
Regni quoq; Aegyptiaci initiū descripsī,  
nunc uero restat, ut dicam, quomodo, & De Sulta-  
quando id electioni, & potentiae Mamme nis Aegy-  
luchorum subiectum fuerit. ptiacis.

Anno millesimo, centesimo, sexagesi-  
mo, quo rex Hierosolymorū Almericus, Mammelu-  
ut dixi, Alcairum obsideret, Sultanus Zu go & descri-  
ar, cognominatus adhuc Caliphus, uidēs pto.  
se Christianis resistere non posse, auxilium  
Sultani Alepi implorauit, qui ei in subsi-  
dium misit quendam ducem, nomine Sar. Sara.  
racon, uel Syracon, quem quidam dicunt  
Syraffonem, è gente Corasmenorū. Hic  
uero cum Sultano adfuissest, in defenden-  
dis

dis suis terris, & cognouisset, eum ingenio  
ac uiribus destitui, captum in carceres con-  
iecit, in quibus obiit, & Saracon se Sulta-  
natum Aegypti constituit: atque sic Sarace-  
norum, aut Arabum Imperium translatum  
est ad Corasimenos, uel Medos. Saracon  
vero obiit anno millesimo, centesimo, sexa-  
gesimo sexto.

**Saladinus.** Saracon successorem habuit Saladinum  
pax diuina. filium, uel, ut alij dicunt, nepotem, cuius  
nomen denotat pacem diuinam, & qui-  
dem longo tempore regnauit. Hunc secu-

**Sultanus** tus est rex Cordirius, quem Galli nomina-

**Cordirius.** runt à Cordis, postea Saphadinus, & alij  
sui fratres, usque ad annum millesimum,

ducentesimum quadragesimum primum,  
Melechsalē quo Melechsalē, id est, rex pacificus, Sul-

**Sultanus.** tanus Aegypti factus est, cuius tempore  
Tartari occuparūt Cumaniam, Russiam,  
Moschouiam, & Iberiam. Melechsalē er-  
go cum audīisset, quod Tartari uenderent  
pueros Christianorum magno numero,

misiit quosdam, qui magnam eorum qua-  
titatem compararent, ipsosq; in armis in-  
struī curauit, ac pro custodibus corporis

**Mammeluci** retentis, nomen Mammelucorum impo-  
qui: suit, quod significat ministrum, aut stipen-  
diariū, propriè uero, seruum, uel sclauum.

Et

Et hic Sultanus est, qui Damiatæ cepit Ludouicum Sanctum regem Galliæ, ut dixi, anno millesimo, ducentesimo, quadragesimo nono. Verum interea, dum Ludouicus captivus detineretur, Mammeluci Melchisalem interfecerunt, Sultanumque constituerunt quendam ex suis, nomine Turqueman quemannum, qui Ludouicum Sanctum, *huius Sultana* pretio redemptionis recepto, dimisit. Et nus. sic Imperium Aegypti mutatum, è manibus Corasmendorum in potestatem Circassorum, uel Cumaniorum peruenit, qui id tenuere usque ad annum millesimum, quingentesimum, decimum octauum, quo Selymus Turcarum Princeps, pater Solymanni, Aegypto occupata, Sultanum strangulauit, nomenque Mammelucorum deleuit.

Turquemanus primus Sultanus, quem Turqueman Mameluci elegere, fuit imperfectus à quo nus primus dam suorum sociorum, nomine Cathos, Julianus, qui cognominatus est Melechmee's, & est ille, qui fudit Guibogan, ducem Haoloni, cumque eo conflixere equites ordinis hospitalis Hierosolymitani, propè Acconē, ubi occubuit Godesridus, filius Delphini, Comitis Auverniae.

Melechmee's ex conflictu cum Guibogan

gan habito, reuersus, occiditur à Bendecar  
Mammeluco, qui Sultanus post ipsum  
creatur.

**Bendecar.** Bendecar, uel Benedecadar, quem Hay-  
tonus appellat Benedeclar, cognominat-  
tus Melechdaer, is est, qui Antiochiam Chri-  
stianis eripuit, Armeniamq; inuasit.

**Melech** Post Bendecar, electus fuit Melechsayt, cu-  
sayt. ius nomine exprimitur rex desideratus,  
prius dictus Almach à Sabellico Alina. Hic

**Elsi.** trucidatus est per Mammeluchū Elsi, quē  
quidam Elsis dicunt, Christianis Tripo-  
lim, Syriamq; adimentem.

**Melechna-  
ker Barchē.** Elsi successit Melechnazer, qui dictus  
fuerat Barchen, ac preter Berythum, Chri-  
stianis Sidonem aliasq; ciuitates Syriæ  
eripuit.

Ab hoc factus est Sultanus Melech Seraph,  
**Melech Ser-** qui significat regem ardenter, aut respleni-  
raph, dentem. Is uero, anno millesimo, ducente-  
simo, nonagesimo tertio, Accone recupe-  
rata, Christianos tota Syria eiecit, hancq;  
cū Aegypto coniunxit, primusq; fuit, qui  
ducatos grecos in Aegypto cudit, quos ad-  
**Seraphes** hūc uocant Seraphes: à Sabellico, alijsq;  
ducatis. dictus Melecastraphus.

Hac itaque ratione, Mammeluco in gu-  
bernanda Aegypto processere, ac elegere  
ipso.

ipsorum Sultanos, usq; ad nostra tempora semper è Christianis, & filijs Christianorum natos, uiuentes instar religiosorum, ut superius copiosè dixi. Neque uerâ licet tum Mammelucis erat, solis per ciuitatem prodire, sed semper cogebantur, per ipsorum Emrys, id est, superiores, ad minus incedere bini. De cætero habebant omnem autoritatem, & potestatem super populū Aegypti, & Syriæ, quam tenuere à tempore quo Christianis electis, à Selymo ceſi, atq; deleti fuere.

Ex hisce ergo omnibus patet, primos Mahomeristas, qui in Asia regnauit, fuis. *Mahometi-*  
*se Arabas*, quos Hebræi, & Syrii appellant *Saba*, *Græci Sabæos*, ipsimē uero in *Asia* unde ter semetipſos Saracenos. Post ipſos au- *sint orti.*  
*tēm illi c dominati fuere Turquemanni*, *Turquemanuel Turcæ*, qui autore Haytono origine, ni successo-  
*Parthi Saracenos pepulere*. Porro uero res *Sarace-*  
*Tarcas eiecere Tartari*, *Scythæ Orienta-*  
*norum*.  
 les, qui nomen Turcarum retinueré, licet  
 minime ex ipſorum gente progeniti, atq;  
 sunt h̄dem, qui hodierno die dominatum  
 tenent. Id quod & præliandi modus, & ar-  
 morum ratio demonstrat, quæ sunt arcus  
 facti ex cornibus talibus, quales ueteres  
 autores attribuunt Scythis. Similiter etiæ  
 linguae

Tartaricæ linguae nihil, aut parum inter se differen-  
 & Turcicæ res. Nam ut Matthias à Michauu, libro  
 linguae co. primo, capite tertio scribit, Tartari Ru-  
 ginitio. sciam, aliasq; finitimas regiones destruen.  
 Altum Ba- tes, templo dixere Alum Baschne, quod lami-  
 schne. næ tecti in ipsis fuerint auratæ, & Alum Ba-  
 schne Turcis significat, caput ex auro, uel  
 deauratum. Vnde colligere licet, post a-  
 lios complures autores, hos esse Scythas,  
 Tartaros nomen Turcarum adeptos, ob  
 id, quod occuparint Imperium Turque-  
 steinorum, seculi eius hominib. non scien-  
 tibus, uel differentiam harum duarum bar-  
 baricarum nationum remotissima-  
 rum, uel mutationes, quæ in  
 ijs acciderunt.

## DE AR.

**D E ARMENIORVM  
ET GEORGIANORVM MORI-  
bus, ritibus ac erroribus Epi-  
tome.**

Quia saepius Armeniorum; & Georgianorum  
mentio facta fuit, ideo ut de ipsorum religione, ac ri-  
tibus, Lectori quidquam constet, hæc ex Bridenbac-  
chio subiçere libuit.

**D E ARMENIIS, ET EO-  
RVM ERRORIBVS.**

**A**RMENII sunt, qui in Armenia. Armeniorū  
Prouincia propè Antio- terra & ni-  
chiam inter medios fines Chri-  
stianorum, & Saracenorū seor-  
sim habitant. Hi ritus quosdam habent, &  
obseruationes singulares à nobis multum  
differentes. Nam propriū habent Prima- Armeniorū  
tem, quem Catholicon appellant, cui obe sacerdotes:  
diunt summo cum honore, & reuerentia,  
iussibus eius à maximo usq; ad minimū,  
ueluti alteri Papæ obtemperantes. Implac-  
cabiles sunt inter eos & Græcos discor-  
diæ, ac dissensiones inexorabiles, adeo  
quod super ritibus suis, & institutis, atque

P. cæt

Armeniorū cæremonijs semper corrīxantur. Ipsi Ar-  
fides & care menij temporaletm Domini nostri naſtūis  
moniae. ratem non celebrant, imo diebus natalis  
Domini ipsi leiūnāt. In diē uero Epiphā-  
niæ, siue apparitionis Domini, simul cum  
solennitate Apparitionis Festū celebrant,  
de Baptismo Christi, in quo se Festum spi-  
ritualis eius nativitatis aſſerūt, celebrant:  
ſed errant, quia Dominus ipſe Ihesus non  
fuit in ſe ſpiritualiter renatus, quippe qui  
non indiguit, cum peccatum nec commi-  
ſerit, nec contraxerit, nec dolus inuentus  
fuerit in ore eius, ſed uim regeneratiuam  
tunc contulit aquis, in quibus nos purga-  
remur, &c.

Ipsi quoque Armenij, eō tempore, quo  
Quadrageſimam tanto obſeruant  
ſima. ſtudio, quodd non ſolum a carnibus, ca-  
ſeis, ouis, & lacte abſtinent, ſed & pifces  
non manducant, oleo non utuntur in ci-  
barijs, uinum non bibunt, ueruim fructus  
& legumina, quoties libuerit, edunt. Ut  
autem manifeſtius æmulis ſuis Græcis &  
Surianis contrarentur, in certis ſextis fe-  
rijs comedunt carnes. Sacerdotes præte-  
Miffæ Ar- rea eorum in missis aquam uino nō appo-  
meniorum. nunt, ſicut nec Græci, in quo grauiter er-  
rant, quia (ut etiam ſupradictū eſt) ideo a-  
qua uino eſt miſcenda, ut tā Christo, quam  
ſan-

sanguini nostræ redēptionis populus per *Aqua cur ui aquam designatus sociandus esse digne-*  
*no sit miscē-*  
*tur: Nam si uinum tantū quis offerat, san-*  
*da in missa,*  
*guis Christi incipit esse sine nobis. Si uero*  
*aqua sola sit, plebs incipit esse sine Chri-*  
*sto, nec prædicta coniunctio signatur. Igi-*  
*tur non debet in calice domini offerri aut*  
*aqua sola, aut uinum solum, quia utruncq;*  
*legimus de latere Christi in passione pro-*  
*fluxisse. Ceterum ipsi Armeni in missæ of-*  
*ficio multum nobiscum concordant, hoc*  
*priori dempro, calices & patenās in no-*  
*stris formis habentes. & facta consecratio-*  
*ne hostiam super patenam positā eleuant,*  
*deinde calicem more nostro.*

Hi denique Armeni quanquam olim  
 summo Pontifici & Sanctæ Romanæ Ec- *Armeni cu*  
*clesiæ obedientiam fecerint, quando sci- *sint subiecti.**

licet Rex eorum à Romano Imperatore  
 Heinrico feudum, & ab Archiepiscopo  
 pro tempore Moguntino coronam regi-  
 am & consecrationem accepit. Veteres ta-  
 men ritus suos, & solitas consuetudines  
 mutare noluerunt. Quamobrem sicuti rūc  
 eorum obedientia erat imperfecta, ita nūc  
 ad nihil penitus est redacta. Postremo  
 isti Armeni in copioso satis sunt numero  
 Hierosolymis, habentes communicer ibi  
 dem Episcopum unum, qui (ut moris est Episcopus.

eis usitati) duos in capite cirros nutrit, ad tempora usque pendentes. Idem quoque Episcopus & omnis clerus suas coronas portant latas & rotundas, alias nec crines, nec barbas ullo modo radis sinunt. Inter reliquias profecto nationes Armeniorum Presbyteri in omnibus se moribus, & motibus maturius gerunt, uili & simplici habitu incedentes, in orationibus & officijs suis deuoti, Latinorum Sacramentis debitam exhibentes reuerentiam & deuotionem.

*Ecclesia Armeniorum.* Hi pro suo usu Ecclesiam habent solenem sancti Iacobi Maioris in eo loco constructam, ubi ipse ab Herode fuit decollatus. Habent quoque ecclesiam sancti Salvatoris, ubi tempore sue passionis domus erat Cayphe, in qua Christus fuit uelatus, consputus, colaphis alapisque cesus, a beato Petro negatus, & multis alijs iniurijs at-

*Lapis ad ostium Domini sepulchri aduolutus.* que opprobris lacesitus. In eadem Ecclesia est lapis ille magnus qui ad ostium dominici sepulchri aduolutus, ab angelis fuit reuolutus, qui super eum apparuit sedens. Ibi etiam ostenditur locus, ubi gallus stans, post Petri negationem cantauit: Armeniorum Laici omnes tonsi sunt capitibus in modum crucis.

Et id ea ratione, ut fertur, cum siquidem  
anno

anno domini septingentesimo quadrage- Armenij cur  
fimo quarto Tyri Armenia infestarent tonsi sint cae  
bello, & sœua insuper peste admodū præ- pitibus.  
meretur, suasu quorundam Christiano-  
rum capita sua in crucis modum totondē-  
re, statimq; salus diuinitus data est, ut di-  
cunt. Quapropter ad perpetuam eius rei  
memoriam illum tondendi modum obser-  
uant. Habent quoq; Armeni proprium L-  
dioma & proprias literas quibus tam Lai-  
ci, quam Clerici in communi sermone, &  
in diuinis etiam officijs utuntur.

## D E G E O R G I A N I S E T E O R V M M O R I B V S A C R I T I B V S.



N Orientis regione alius qui- Georgiano-  
dam populus inhabitat, longo rum terrarum tractu à terra promise sedet.  
sionis distas, cuius dominium  
extenditur usque ad Caspios montes Bel-  
licosus ualde, & in prælijs strenuus, fortis  
robore, & innumera pugnatorū multitu-  
dine copiaq; abundans, Saracenis, Persis,  
Medis, Assyrijsqué, in quorum confinio  
commoratur formidabilis ualde. Et licet

P 3 iste

iste populus undiq; infidelibus sit circum  
septus arq; conclusus, ab omnibus tamen  
timetur, nec facile uexatur.

**Georgiani** *unde dicti.* Hi homines à Sancto Georgio Geor-  
giani uocantur, quem in suis prælijs con-  
tra Paganos præcipuum habentes aduo-  
catum & Patronum, tanquam signiferum  
omni cum honore uenerantur & colunt.  
De istis multi morantur Hierosolymis, di-  
uersa loca sancta occupantes: specialiter ta-  
men montem Caluariæ, & foramen illud,  
in quo crux stetit, quando Christus in ea  
expirauit. luxta quem locum altare quod-  
dam habent, & in eo communiter unum  
**Georgiano-** de suis pro custodia inclusum. Ipsi etiam  
rum Eccle- in usu habent Ecclesiam Sanctorum An-  
sia. gelorū, ubi quondam domus Annæ Pon-  
tificis fuit, in quam Christus de monte oī-  
ueti primum adductus ab eodem Anna  
examinatus fuit de doctrina sua & discipu-  
lis, & inter respondendum a ministro ala-  
**Georgiane-** pa celsus. Hi Georgiani in omnibus, & per  
rum reli- omnia ritus, & errores Græcorū sequun-  
gia. tur in sacramentis & alijs: Vnde schisma-  
tici haud dubium esse conuincuntur sicut  
& illi. Clerici eorum rotundas habent co-  
ronas, Laici uero quadratas.

Quotiescumque ueniunt de terris suis  
Hierosolymam loca uisitaturi sancta, abs-  
que

que tributo & erectis uexillis, sanctam ingrediuntur ciuitatem. Nam Saraceni nullo eos pacto molestare presumunt, timentes ne ad propria reuersti, suis confratribus Saracenis uicem rependant, uel maioribus eos afficiant malis. Nobiles eorum Georgianomulieres more Amazonum armis in primis mulieribus utuntur. Ipsi viri barbas nutrunt & res in bellis pilos, utunturque plieis in capitibus uaproficiuntiorum colorum. Græca quoque litera & iur.

lingua in diuinis utuntur officijs, &

scripturis, sed alias Saracenica

uel Chaldaica.

P 4 AD

## AD LECTOREM.

**D**isputatio Christiani eruditissimi, qui uersa-  
tus est apud principem Saracenorum in ma-  
gna dignatione: & Saraceni sodalis ipsius,  
aduersus doctrinam & flagitia Machometis, dignis-  
sima uisa est, quæ ex X X I I I L. libro Speculi Hi-  
storialis huc adiiceretur. Licet enim in compen-  
dium sit contracta, multa tamen continent ad histo-  
riæ cognitionem pertinentia, multa quæ ad lectio-  
nem Legis Mahometicæ conferunt. Ipsum uerò su-  
perbum molimen Machometicæ superstitionis, uer-  
luti aries ualde impressus, subruit & demolitur. Ut  
faciliè appareat, quanto potentior sit ueritas paucis  
& simplicibus uerbis exhibita, quam menda-  
cium infinita uerborum congerie &  
uerfutia fultum.

M A.

M A H O M E T I C Æ  
 LEGIS CONF V T A T I O,  
 AD I M P I A E S E C T A E I L L I V S,  
 errorumq; ac flagitiorum Mahometis impugnatio-  
 nem, & nostræ fidei confirmationem scripta,  
 ex XXIIII. libro Speculi Histo-  
 rialis excerpta.

D E H A E R E S I H E R A C L I I,  
 & principatu ac genere Mahometis,  
 Cap. I.

**B**E R idem tempus Cyrus A-  
 lexandrinus Episcopus, & † Pyrrhus.  
 Sergius Constantinopolitanus  
 Patriarcha, Monothelitarum  
 hæresim prædicabant; qui scilicet unam  
 tantum in Christo naturam esse putabant.  
 A' quibus deprauatus Heraclius Augu-  
 stus, post tantas uictorias aberrauit à Ca-  
 tholica fide. Vnde diuino iudicio Aga-  
 reni, qui & Saraceni dicuntur, Humma- eius imperii  
 ro duce † cœperunt lacerare. Nam Hum- grauitate  
 marus Damascum & regionem Phœni-  
 cis, & Hierusalem, totamq; Syriam occu-  
 pauit, & Antiochiam comprehendit. Pro-  
 motus est etiam Mauchias à præfato Ty-  
 P s ranne

ranno prætor & amiras totius regionis,  
quæ est ab Aegypto usq; ad Euphratrem.  
Hac præterea tempestate Saraceni, qui &  
Turci dicuntur, Mahumet pseudoprophe-  
ta eis ducatum præbente, à suis sedibus  
exierunt, & imperium Heraclij grauiter  
deuastare cœperunt. Porro iste Mahumet  
Saracenorū & Arabum princeps & pseu-  
dopropheta, fuit de genere Ismaël filij A-  
**Mahumeti** brahiæ. Qui cùm in primæua ætate sua es-  
genus. set mercator, pergebat frequenter cum ca-  
Ad melis suis † apud Aegyptum & Palæstinā  
cum Iudeis & Christianis, à quibus tam  
didicit nouum, quam uetus † Testamentum. Sed  
& magis perfectissimus effectus est. Et cù  
hac illacq; discurreret, contigit ut Corozo  
niam ingredetur prouinciam: cuius pro-  
uinciae domina Cadigam nominabatur.  
Quæ cum diuersas species quas secū Ma-  
humet attulerat, miraretur, cœpit ei præfa-  
ta mulier familiarius adhærere. Quam Ma-  
humet incantationum suarum præstrictam  
phantasmate, cœpit astu paulatim in erro-  
rem inducere, dicēs ei: quod ipse esset Mes-  
sias, quem esse uenturum adhuc Iudei ex-  
pectant. Suffragabantur uerbis eius tam  
incantationum præstiglia, quam callidita-  
tis eius ingenia copiosa. Qua opinione  
non solum potens mulier est decepta, sed  
&

& omnes Iudæi, ad quos fama eius pertinere poterat, ad eum cum Saracenis ceterum confluerebāt, attoniti tanta nouitate rei. Quibus cœpit nouas Leges fingere, & eis tradere, adhibens etiam ipsis legibus testimonia de utroq; testamento. Quas leges Ismaëlitæ suas appellant, eumq; suum legislatorem esse fatentur. Præfata quoq; mulier uidens hominem Iudeorum & Saracenorum pariter cōtubernio uallatum, existimabat in illo diuinam latèrem maiestatem. Et quū esset uidua, adsumpsit eum sibi maritum. Sicq; Mahumet totius provinciæ illius obtinuit principatum. Deinde uero Arabes ei adhaerentes, regnum Perfidis cœperunt infestare, ac demum orientalis imperij fines usque ad Alexandriam super Heraclium ituadere. Post hæc uero t̄ cœpit cadere frequenter epileptica passione. Quod Cadigam cernēs, oppido tristabatur, quod nuplisset impurissimo homini & epileptico. Quam ille placare desiderans, talibus sermonibus, demulcebat eam, dicens. Quod Gabrielem Archangelum loquentem mecum contempnor, & non ferens splendorem uultus eius, ut post Comitiale latte carnalis homo deficio & cado. Credidit ergo mulier, & omnes Arabes & Ismaëlitæ, quod ex ore Archangeli Gabrielis illas

las susciperet leges, quas suis discipulis dabant: eò quod Gabriel Archangelus sàpè à Deo mittatur hominibus sanctis.

**D B Q V I B V S D A M L I B E L-**  
*lis, in quibus agitur de ipsius fallacijs.*

Cap. I L

**E**sset. **F**ertur autē t̄ libellus in partibus trāſ-  
 marinis, de Mahumeti fallacijs, in quo  
 legitur, quod ipse uolens sibi concilia-  
 re animos populi Arabum, dicebat se esse  
 prophetam ad eorum salutem diuinitus  
 missum: ut uidelicet legem Iudeis & Chri-  
 stianis, quae nimirum rigidā nimis ac seue-  
 ra esset, mitiorum præceptorum promul-  
 gatione temperaret. Et ut eiusdem missio-  
 ni ad instar Moysi prodigia quædam ui-  
 derentur attestari, populum assignata die  
 conuocauit ad certum locum, quasi legem

**Columba** diuinitus missam, in signis & prodigijs ac-  
**Mahumeti** cepturum. Tunc eo sermo cīnante ad po-  
 humeris ad pulum, colūba quæ in uicino erat, ad hoc  
 uolare edo- ipsum fallaciter edocta, super humerum

sta, eius aduolans stetit, & in eius aure iuxta  
**Taurus le-** morem grana inibi deposita comedens,  
 gis librum quasi uerba legis suggerere ei simulauit.  
 ferre assue- Taurus quoq; similiter ad hoc ipsum con-  
 factus, suetudine quadam edoctus, ut de manu e-  
 ius

ius pabulum acciperet, ad uocem eius co-  
ram populo uenit, & quasi legis noua mā-  
data cœlitus missa, quæ ipse corribus eius  
alligauerat, detulit. Sed & Picerias lacte ac  
melle plenas, quas ipse in certis locis terræ  
latenter infoderat, quasi per diuinam reue-  
lationem ibidem effodi fecit, & populo ve-  
lut in signum abundantiae futuræ, quam  
per eiusdem legis obseruantiam idem po-  
pulus mereri iuberetur, ostendit.

Sicq; quasi miraculis & magnalibus di-  
uinis congratulantes & acclamantes sedu-  
xit, atq; ad legem suām quasi diuinam re-  
cipiendam pertinaciter animauit. Porro  
de libro t regis ipsius, qui Alcoranus dici-  
tur, qualiter confictus sit, & quam dilace-  
ratus arq; confusus, alibi dicitur. H̄c enim  
pauca libet inserere, de libello disputatio-  
nis cuiusdam Saraceni & cuiusdam Chri- legis  
stiani de Arabia, super lege Saracenorum Christiani  
& fide Christianorum, inter se: Qui ambo Philosophi  
probati philosophi, & in secta sua perfe- disputatio-  
cti, Emirhelmomini regi Saracenorum e-  
rant familiares ac noti, sibiq; inuicem ami- D. Petrus  
ci charissimi. Hunc autem librum fecit do Abbas Clu-  
minus Petrus abbas Cluniacensis de Ara- niacensis.  
bico in latinū transferri, à magistro Petro  
Toletano, iuuante Petro monacho scri-  
ptore: cum esset idem abbas in Hispanijs  
con-

constitutus, cum Imperatore Alphōso, eō  
anno quo idem Imperator Choriam ci-  
uitatem cepit, & inde Saracenos fugauit;

DE ORIGINE AC VITA  
Machumetis. Cap. III.

Machumet  
idolatra.

**H**omo igitur iste, uidelicet Machu-  
met, pupillus fuit in sinu patrui sui  
Abdamanef, qui cognominatur  
Abdemutalla. In cuius tuitione pater i-  
psius moriens, eum commandauerat: e-  
ratque tutor & curator illius. Ipse uero præ-  
ter ea cultor fuit Idolorum, quæ uocantur  
*Ellech & Aleze* in Mecha, cum omni domo  
& generatione sua, sicuti in sua scriptura  
testificatur, dicens, ita dictum sibi fuisse,  
Nonne tu fuisti pupillus, & collectus es? &  
in errore, & iustificatus es? & pauper, & di-  
tatus es? Ita ergo uixit, usquequo perue-  
nit ad seruitium camelorum Adegæ filiæ  
Huleit, cuius factus fuerat mercenarius.  
Et proficisebatur cū camelis in Syriam,  
& in alia loca, donec duxit eam uxorem,  
interueniente causa, quam tu scis. Post-  
quam uero se diuitem factum eiusdem mu-  
lieris opibus uidit, conatus est super gen-  
tem & patriam suam regnum arripere. Sed  
dum hoc ad effectum, prout eupiebat, non  
posset

posset perducere, præsertim cùm paucos adhuc fautores haberet, arte & ingenio magna uisus est, ut qui rex esse non poterat, prophetam se Dei simularet esse, & nunc Prophetæ cium. Hoc dispuicuit omni parentelæ nomen sibi & generationi eius, quæ uocabatur Chō- uendicat raes. Cumq; hoc modo prophetæ sibi no- Machome- men usurpasset, ingressus est ad homines, tes. qui tanto facilius qualibet astutiæ machi- natione decipi poterant, quanto longius ab omni sapiëtia & usu ciuitatis, totius- que humanæ prudentiæ honestate pera- gros & uillulas sequestrati, quid Dei nun- cius uel propheta esset, aut in quo cognoscí deberet: deniq; quid inter ueritatem & mendacium, inter fatuitatem distaret & sa- pientiam, discernere nesciebant. Ad hos decipiendos cuiusdā Astrologi, cuius po- stea nomen & causam dicemus, t̄ opere & opera & concilio non mediocriter confortatus, ho- consilio. mines ad se pestiferos, & uiarū infidiato- res, fugitiuos quoq; & homicidas sibi ag- gregauit: quos etiam ad deuia syluarum, ad cacumina montiū, & ad proxima fonti- bus loca circūquaq; mittebat, infidiari sci- licet negotiatorib. & iter agentibus ad in- tersciendū eos, & diripiendū tam camelos quam cætera quæ ducebāt, uel quæ nego- tiationis uel necessitatis cauila portabant.

DE FVR.

DE FVRTIS ET LATRO.  
ciniſeius. Cap. 111.

**D**E ipso etiam scimus, quod primo tempore prophetiae suae, cum de ciuitate ueniret ad Mecha, & inueniret hominem camelum habentem, eum **Mecha.** dem illi camelum abstulit. Et cum iam quinquaginta trium annorum esset, tali beneficio predicationis sue primordia dedicauit. Habuit autem ibi quadraginta de suis, qui affuerunt custodientem eum ab il lis de Mecha, quos ualde infestos habebat: eo quod ipsis omnes artes eius & maleficia noſſent. Oderant quippe illum nimis, quod cum latro & pestifer esset, prophetam Dei se esse stultis hominib. mentiebatur. Abiit autem in ciuitatem quandam destructam, quam ex maiori parte Iudæi pauperes inhabitabant. In quam cum ingrederetur, uolens ostendere iustitiae suæ regulam, & **Prophetiae.** T propheticè modum, pupillis cuiusdā carpentarij filijs domum abstulit, & in eam **Mahumeti** Mescidam fecit. Deinde misit in prima latrocinia sua expeditione Hanzetam filium Abdi- & expeditio melech, cum equitatu XX. uiforum, ad nes. sylvas regionis in Hemen, rapere came- los Choraſ, quando reuertebatur de Sy- ria.

ria. Cumq; illi occurreret Hegebel filius Hyssen in trecentis viris de Mecha dispersos, ubique cum eo erant, nullum certamen ausus committere, fugit. Post hæc in secunda expeditione misit Hugaida Alarrachi, filij Amichallabi sicut tu nouisti, in t LX. militibus, ut esset duplex numerus *Portæ sexæ* primo cœtui, + nec facile ab aliquo tertieriis, aut ab suis possent, ad loca proxima Alfagati. Cui òc per iut tricecurrit Ebezelin cum suis militibus. Inter his, quos tanta extitit effusio sanguinis, quantam ipse nouisti. Ego autem nullum ibi ab angelis adiutum audiui, cum dicatur in Alchorano, quod angelus Gabriel in similitudinem equitantis super albam equam, habens uestimenta viridia, comitatus fuerit filios Israël, cum eos persequeretur Pharaoh in CCCC curribus. Sed ueniamus ad tertiam expeditionem. In qua cum missus esset Zaid filius Ebibacad, similiter non longè ab Algafati in XX. viris, & non inuenisset camelos: iam enim altera die transierant, spe sua & desiderio frustratus, inanis & uacuus rediit. Licet autem tres istæ expeditiones sufficere possint ad conuincendam falsitatem tui prophetæ, non tam alias ipsius, quas per se uoluit facere improbitates, tacebimus: illam scilicet primum cōmemorantes, qua egressus est ad capien-

Q dos

dos camelos Choraīs, quando uenit ad Iō  
cum qui dicitur Gueden. Vbi cum conue-  
niisset Vmbrē filium Guhselmuhin, & non  
præualeret aduersus eum, rediit uacuus. I-  
terum exiit per semetipsum, donec uince-  
ret Iambo, quærendo iterū camelos Cho-  
raīs, qui erant apud Sem, & quibus insidia-  
batur in redeundo. Et quāuis tunc pro eis  
acriter dimicaret, tandem cōfusus absces-  
sit. Aduerte si huiusmodi expeditiones ad  
**Mahomet** Dei prophetam debeant pertinere, in qua-  
**sanguinas** bus nihil altud quām fraus & uiolentia, &  
**rius.** humani sanguinis effusio, & q̄cquid pror-  
sus latrones & uiarum insidiatores faciūt,  
agebatur. Fueruntq; expeditiones ipsius  
uiginti sex, præter insidiarum assultus, qui  
siebant nocte ac die. Quarum nouem ipse-  
met fecit, reliquas socijs imperauit.

## DE CRUDELITATE

ipsius. Cap. V.

**F**aciēbat etiā, quod peius est, ut si qui  
suis ei in istis † maleficij contradicerent,  
uel in aliquo eum reprehenderent, sta-  
tim eos, ubi cunq; sibi cōtingerent aut per  
se, aut per suos, dormientes siue uigilantes  
proditoriè iugularet. Sicut senem illum lu-  
dæum dormientem, securum, in lecto suo  
ideo iugulari fecit, quia se ab illo uitupera-  
tum

tum dicebat. Quis unquam, nō dico pro- *Iudeus quis*  
 phetam, sed qui uel in medico qualēcunq; *dam dormit;*  
 Dei noticiam haberet, talia fecisse auditus *ens à Mahometo*  
*est?* An nō poterat aliter de Iudæo illo suas *mete obitum*  
*iniuriās vindicare, nisi dormientem confosus,*  
*deret? Quod nō solum apud Deum, sed &*  
*apud omnē creaturā ipso auditu super o-*  
*mnia mala horribile. Certe quod de brutis*  
*animalibus, ipsa humani cordis naturalis*  
*affectione fieri detestatur, adeo ut pullos a-*  
*uiū in nido repertos nullatenus occidere,*  
*pro lege tenet, iste de hominib. faciebat.*  
*Vnde igitur hoc illi, nisi ex diaboli patre,*  
*qui proditor & homicida prim⁹ ab initio*  
*exitit, inesse poterat? Quod & humano &*  
*diuino iudicio omnes impietates exupe-*  
*rat. Vbi est, quod dicebas eum in sua scri-*  
*ptura dixisse, Missus sum ad homines cum*  
*pace & misericordia? Hæc & his similia,*  
*quæ si per singula dicerentur, possent fati-*  
*gare legentem: tu uide, si prophetæ Dei opé-*  
*ra sunt. Nam illa ridiculosam ipsius expé- *Mahomet**  
*ditionem, superfluū puto retexere. In qua uulneratus.*  
*cum ei præciso labro, dentium etiam infe-*  
*riorum medius excussus fuisset, insuper*  
*& à Gutheba filio Abhiacad in fronte &*  
*facie uulnera suscepisset, filius Cumennæ*  
*dextrum cum humero brachium penè illi*  
*sustulerat: nisi à Thala filio Humecalla,*

Q. 2. qui

*euasisset.* qui ibi digitum perdidit, defensus t' euaderet. Cui tamē digitum, quod satis prophetam decuisset, nō restituit, ostendens quām alienus sit ab illo qui sicut Euangeliū narrat, etiam inimico auriculā abscissam reddit. Iste enim nec amico, qui se pro illo morti obiecerat, in aliquo subuenire potuit. Et ubi erant angeli, qui olim cū prophetis semper fuisse leguntur, eosq; à persecutoribus defendisser? Sicut Heliā ab Achab, Danielē & socios eius à Nabucho donosor, multosq; alios, quos numerare longum est.

### DE IMPUDICITIA EIVS

¶ flagitijs. Cap. VI.

*Libidinis  
mancipium  
turpisimū  
Mahome-*

**Q**ui tale dedecus in scriptura prophetiæ suæ sibi facere non erubuit, ut diceret datū suis renibus à Deo, X L. uiros in coitu potentissimos fortitudine libidinis adæquare. Vbi quoq; inter cætera, rebus odoriferis & mulieribus se delectari dicit. Sed ut etiam de his aliquid nominatim dicamus, non ne ipse cum adamasset Zameb filiam Gayssi, uxorē Zaidi, & non posset eam habere, Deum illi in Alcorano introduxit loquentē ita: cui dedit Deus, ego illi faciam uirum tuum retineri super te: Tu aut̄ timebis Deum, & celabis,

labis, quod facturus est. Et si times hominem, magis Deum. Iterum ad seipsum loqui Deum faciens. Cum (inquit) compleuerit Zaydi vir eius uotū suum in ea, tunc eam dabimus tibi. Nihil est enim prophetae difficile in eo, qd' Deus instituit. Quid uero turpius dici potest, quam quod in sua uxore, quæ uocabatur Ayssa, ipse fecisse dicitur? Hæc enim cum pulchra esset, & libidini dedita, dilgebatur à Zhaphagam filio Almubarham Ech Sulami, qui & cōsuetudinarium cum ea stuprum gerebat, ipso Mahumet sciente & consentiente. Cumq; multi t̄ inde loquerentur, & testificarētur, de illo maximeq; Musatha & Hazen, ad ultimū uero' Hali filius Abitalib princeps & nobilis inter suos inde eū liberius argueret, copiam mulierum esse dicens, nec dicere tantū hominē à muliercula de honestari, dignamq; repudio esse cōfirmaret, respōdit, nullā sibi adeo' charam uel dilectā, utpote quā uirginē acceperat, & adhuc iuuēculā. Videbatur nō se inde curare, nec propter hoc mulierē sibi habile dimissurum. Vnde Odium in usq; hodie odiū est in Arabia inter genera ter Ayssæ et tionē Ayssæ & generationē Hali. Postmo. Hali postdum uero' dicit in Alcorano, mulierē illam ros. innocentē esse, & sibi hoc diuinitus reuela Mahumeti cum. Fuerūt aut̄ uxores eius X V. ingenuæ, uxores.

& duæ ancillæ: Quarū una fuit Hunetelīne, cuius nomē Iud, filia Abimnei. Ipsa est seducta mater infantū, de qua dixit Mahumet quod auferret ab ea Zelū, quando discessit ab ea ad matrē suā, fugiens uxorem Gaiaræ: quam postea reuocauit, dans ei uestes, & ornamenta & duas armillas. Ipsa uero accepit hæc de possessione huius seculi, & futuri. Alia fuit Zameb filia Gayssi, Zadi, cui ipse misit portionem carnis, & ipsa respuit. Vnde & ipse indignatus est in eā, propter illā quoq; in alias uxores iratus, proposuit se ad nullam earum ingressurū per unū mensem, ingressus tamen uiceimo nono die. Alia quoq; Zaphia Iudæa alabastria, filia Hai, filij Aptab: quā docuit gloriarū sup alias uxores suas, quæ im pperabant ei Iudaismū, & ut diceret eis: Ego, cuius pater est Aaron, patruus Moyses, maritus Mahumet. O' quam longè est ab ista impura & turbulēta doctrina, Christianæ disciplinæ pia & sancta religio. Si una sola uox à Dei amore impedire hominē: quot modo qui tantas habebat, officiū prophetae congruē adimplere poterat? Officium Prophetæ nāq; prophetę non aliud est, quam ieiunare, orare, prædicare, & hīs similia bona opera facere. Quibus miror, si homo tantis flagitijs deditus unquam potuit uacare.

DE HOC QVOD FALSO<sup>V</sup>

Propheta dictus fit. Cap. VII.

**Q**uod si quis obijciat, multos male Propheta uixisse, sed tamen bene docuisse, quis. qualiter etiam uester Propheta do cuerat, uideamus. Propheta est, ignota prædicens, siue de præteritis, siue de futuris. Scimus autem, quod olim quando prophetæ fuerunt, non statim quicunq; hoc nomen usurpasser, authoritatem habebant: sed longa & diuturna uitæ sanctitate, si- gnis quoque & miraculis a principibus & populis Dei primitus comprobatus, hu- ius nominis gloriam obtinebat. Si dixe- Machumee ris, eum multa præterita enarrasse, ueluti præteriorū scilicet de Adam, de Noë, de Abraham, de narratione Moysè, & Christo, utinam sicut apud nos Scripturæ erant, ipse ea ueračiter prædicaret, & non sanctæ uer- per multa mendacia delirans, totam penē taliē subuer- Scripturæ sanctæ ueritatem subuerteret. tere cona- Quantum ergo ad præterita, iam de ordi- tut. ne prophetarum cecidit, qui tot menda- cij ueritatem corruptit. Sane si aliquas fa- bulas, forsitan ad suum libitum, compo- sit, quæ nunquam auditæ sunt, nullatenus ei credendum est: quia & hoc a quolibet facile fieri potest, & ipse iam in alijs

mendax probatus est. De futuris uero quod nihil dixerit, nec te ipsum ignorare puto, maximè cum in tota scriptura eius nihil tale inueniatur. Vnde & quantum ad futura, à prophetali gratia exclusus. Iam nec signis, nec miraculis, nec propheetia, nec uita inter prophetas esse meretur. Nam illud totū, quod de paradyso quasi prædixisse uidetur, ad nihil aliud nos cogit, nisi ut dicamus, eum ita mentiri de futuris, sicut probatus est mentitus fuisse de præteritis. De signis uero & miraculis, quod non sint illi data à Deo, ipse sibi testis est, dicens : Nisi sciremus eos tibi non credituros, sicut nec alii crediderunt, daremus tibi signa & prodigia. Iterum forsitan dices, quia nisi esset propheta, nunquam ad tales potentiam peruenisset. Maximè cum loci eius pauci essent numero, quando pugnauit contra regem Persarum, qui erat fortissimus atque potentissimus, & obtinuit triumphum. Quamuis uero semper illi, qui Dei cultores sunt, hostes suos superent, tamen inueniuntur etiam in Scriptura sacra pauci Idololatre multos Israelitas fugasse. Sed & illi qui semper uincunt, nō propter sua merita semper uincunt : sed quia illi, contra quos dimicant, tali poena digni sunt. Nihil enim mirum est, Persarum

rum gentem idololatram & spurcissimā à Machumet uictam esse. Non quia ipse melior illis erat: sed quum ipsi hoc prome ruerant, ut à sibi consimili diabolo puniretur. Illud deniq; quod sibi dicit Deum dixisse, Nisi sciremus eos tibi non credituros, &c. ad Arabes quid pertinebat, qui nec prophetam uiderant, & ideo nec signa prophetica contempnisse unquam potuerant? Cuius autem impudentiæ est, dice re, illos signis eius nō credituros, qui non sine signis tantum, sed & sine aliquo alicuius boni indicio, quod nec pecora facere debuissent, pessimæ uitæ homini crediderunt?

DE FABVLIS AB EO CON fidit. Cap. VIII.

**Q**VIA ergo illum tam philosophicis rationibus, quam diuinis autoritatibus, sua etiam confessione ab omni prophetali gratia extraneū esse probauimus, restat, ut quales sint fabulæ, in quibus cōtra id, quod suprà dixerat, signa se fecisse asserit, uideamus. Dicitur itaque Machume ibi, quod aliquando audiens ululantem si signa ridetur lupum, socijs ait, se ex uoce illius intelligere, quod lupus ille inter alios maior & losa.

Q s prin-

princeps omnium esset. O signum propheticū. Nónne similiter potuit dicere, quod lupus eum in illa uoce prophetam esse signaret? Quis enim t̄ illum posset arguere, cūm quid inter se lupi dicant, homines nesciant? Certe fabulam hanc multò urbanius, si quid intelligerer, cōponere potuīset. Sicut & de quodam alio lupo ibi referatur: quod cum allocutus fuisset Vcheben, filium Haizelh̄sim, statim sic factus est Saracenus. Vbi si leonem pro lupo ille fabularum compositor posuisset, multò eleganter fabula extitisset. Sed non immerito fabulis suis prēcipue lupos intexuit, qui more lupi rabidus semper & cruentus incescit. Qui etiam bouem Zozai domino suo locutum fuisse dixit, & quod super uerba Humem abeſ mulieris manū suam posuerit. Item quod ipse præceperit arbori, & statim adorauit eum, quod tamen Saraceni ipsi falsum esse testantur. Iterum dicit, quod cum Zameb iud̄a uxor Zelein, filij Muslim, Iudæi in oue assata uenenum sibi apposuisset, scapula ouis locuta sit ei, la locuta. dicens: Noli me comedere, quia ueneno infecta sum. & ipse noluit comedere. Comedit autem inde Elbetem filius Mazzum, & mortuus est. Velle scire, utrum ipse solus, an omnes qui cū eo aderant, uocem

inde

Ovis scapula

la locuta.

infecta

sum.

noluit

comedere.

Comedit

autem

inde

Elbetem

filius

Mazzum,

&amp; mortuus

est.

Velle

scire,

utrum

ipse

solus,

an

omnes

qui

cū

eo

aderant,

uo-

cem

cem illius scapulæ audierint. Si enim ille solus audiuit, quare socium suum inde comedere permisit. Si uero omnes audierūt, mirum est quomodo ille comedere ausus fuit. nisi forte de suo propheta sperans, quod etiam mortuum resuscitare potuerit. Iterum narratur ibi, quod aliquando miserit manum suam in cauernam, unde exierunt aquæ, de quibus ipse bibit, & sanguinem eius, & pecorarius. Quod magis de Machumet filio Azari narrari solet, cum de utroque apud Saracenos incertum & frivo-  
*Machumet filius Azari.*  
lum habeatur. Ipse quoque ista omnium mendacissima esse testatur, cum in maiori scriptura sua dicat, signa sibi non esse data. Et cum iterum loquitur, dicens: Non sum missus nisi uitute gladij: & qui non suscep-  
perit meam prophetiam, occidatur, aut red-  
dat tributum pro infidelitate sua, & dimic-  
tatur. Vnde uero apertius aut manifestius,  
ipso teste, falsa esse illa omnia comproban-  
tur, quam ex suis iterum dictis, quibus in  
Alchorano sic loquitur: Quicquid inueni-  
eritis scriptum pro me, conferte illud cum  
Alchoran: & si ei non concordauerit, sci-  
tote, quia innocens sum ab illa scriptura,  
& non est mea. Ergo secundum istam re-  
gulam, signa illa omnia respuenda sunt,  
que nullatenus in Alchoran inueniuntur.

DE MOR-

## DE MORTE IPSIVS.

Cap. IX.

Mahumei  
ridicula a  
potheosis.

**I**Am illud tam ridiculum nobis, quam lamentabile suis est, quod cūm præcepisset suis, ut mortuum se non sepelirent, eo quod tertia die assumēdus esset in cœlum, ipsiç præceptum obseruantes magnis hoc desiderijs expectarēt, & iam à secunda feria in qua mortuus fuerat, usq; ad uesperam quartæ feriæ longa expectatione fatigati, nihil aliud in eo quam fætoris magnitudinem superexcrescere cernerēt, tandem ( sicut retulit Humbrem ) nudum eum proiecerunt. Guinbram tamen filius Helizam dixit, quod lotus & tribus uestibus indutus, sepultusq; sit per manus Hali, filij Abitalib, & Alfadi filij Alahabeth, filij Abdemutalla patruisi. Fertur enim, quod per septē dies morbo pleuritico ægrotauerit, & amiserit sensum, septimo uero die conualuerit. Iratus est Hali filius Abitalib, eo quod perdiderat sensum, & dixit hocei, At ille iussit nullum amplius secum remanere in domo, nisi Alahabet filium Abdemutalla. Alia uero' die septima mortuus est, & intumuit uenter eius, & retro curuatus est minimus digitus eius. Et fuit

fuit obitus eius secunda feria XII. die mensis Rabeg primi, anno LXI I. Luitæ ipsius, postquam ægrotare coepit XIII I. die. Vita ergo eius LXIII, annis extitit. Quorum in prophetia XXIII. expendit, X. in Mecha, XIII. in ciuitate. Hæc sunt quæ fecit Mahumet, à principio usq; ad finem.

DE INSTABILITATE SE-  
ctatorum eius. Cap. X.

**M**Ortu ouero Mahumet, omnes ab eo decepti, reuersi sunt statim unusquisq; ad suam, quam ante te- Mahumetū nuerant, sectam, siue idololatriam, siue successores. quamlibet aliā: præter paucos suæ cognationis, qui expectabant se fore successores in regno. Eo tempore fuit Ebubere filius Amichahaf, vir prudens & callidus: qui non multo post regnum adeptus est. Quod uehemēter displicuit Hali, filio Abitalib, quo usq; rex adeò illum obsequijs & blan ditij deliniuit, ut etiam regnum ei post se delegaret. Illos qui auersi fuerant à secta Mahumet, omni ingenio ad eam reuocās, iterum eos stulticiæ mancipauit. Quidam enim timore, qdā spe honoris & facultatū, alij alterius cuiuslibet lucrī causa, omnes tamen simulatoriè, non ex animo redierunt.

runt. Puto autē te optimè recordari, quod  
dominus meus Emurhelmoni aliquando,  
cum essemus ei adstantes, & quidā quere-  
rentur de aliquo, qui uidebatur esse Sarace-  
nus, & non erat, coram omniib. respondé-  
rit. Dixit enim ita. Ego miror, quod de isto  
solo, quasi aliquid nouū mihi dicatis, cu'm  
sciam, non istum solum, sed multos alios  
nobiliores & probiores in palatio meo, Sa-  
racens esse: ostendunt quidam se esse, sed  
non sunt. Est enim, inquit, mos penè om-  
nium, ut sicut de Iudæo proverbiū dicit:

**Prouerb. de Iudæus** nisi postquam efficitur Saracenus,  
**Iudæis.** Iudæus non est: & uix aliquis suam legem,  
nisi prius aliam acceperit, diligit. Ego au-  
tem de hoc quid aliud debeo uel possum  
facere, quam quod dominus meus Machu-  
met ipse faciebat? Nam illi hoc etiam  
contigit, ut fere omnes, & maximè qui ei  
proximiores & familiares esse uideban-  
tur, non nisi simulatè ac deceptorie legem  
eius tenerent. Adeò enim spernebatur  
ab eis, & quicquid dicebat; pro nihilo ha-  
bebant, odientes eum in cordibus suis: ut  
quadam die uolentes eum occidere, expe-  
ctarent eum in quadam ualle, quatenus  
transeunte illo terrificarent subito mulam  
eius, ut præcipitatus interiret: qui tamen  
hunquam propter hoc eis se iratum mon-  
strauit.

struit. Eius igitur exemplo omnes istos qui siue de Christianis, siue de Iudeis, siue de paganis Saracenos se esse dicunt in regno meo, & non sunt, nunquam ad aliud cogam. Scio namque quod nullus Christianus, qui timore Saracenus fieret, in Saracenitate permanebit. Similiter de alijs sentio. Quid ergo amplius possum facere? Videat Deus, & iudicet. Hoc solum faciam, ut semper maledicam eis.

### QVOD LEX EIUS NON SIT

divina. Cap. XI.

**S**ed iterum si forte dixeris, non debuiss<sup>e</sup> vindicare se me reprehendere ipsum illum, si se aliquando vindicauit: cum hoc inueniatur secundum hoc inuenia licet, fecisse Iosue, & cæteri multi prophetæ: Scias aliud esse quod sit præcipiente Deo, aliud quod homo præsumit. Deus enim hoc illis præcipiebat. de cuius præcepto, quodcumque sit, quando cumque sit, non licet homini iudicare. Ergo, inquis, nec Mahomet de hoc his se reprehendi: siquidem & illi debet Deus talia præcepit. Unde tamen probas, quod Deus illi præcepit? Deus enim ille, si Deus fuit, in aliquo se Deum esse ostendere debuit. Secundum ea uero, que superius ostendim<sup>us</sup>, nec signis, nec miraculis hoc ostendit. Nos

Nos igitur eum Deū suisse non credimus.

**Deus** Quod enim de Deo credimus , tam in no-  
uo quām in ueteri testamento, signis & mi-  
raculis commendatum nobis & confirma-  
tum est. Nec alium unquam pro Deo ha-  
bebimus , nisi illum unum & uerum , qui  
quotiens legem dare uoluit, signis hanc di-  
uinis & mirabilibus, confirmauit. Prophe-  
ta uero tuus quis fuerit, uel unde uenerit,

**Prophetarū** nescio, cum dicatur mihi à domino meo Ie-  
omnium fī- su Christo, quod in Iohanne Baptista finis  
nis, in Iohan sit omnium prophetarum. Illud quoque  
**ne Baptista**. prudentiæ tuæ nullo pacto conuenire ar-  
bitror, quod inuitare me uoluisti, ut scil-  
let dimitterem sacrosancta & spiritualia  
domini nostri Iesu Christi præcepta, ex  
quibus ipse mihi nō illam sordidissimam  
quam descripsisti paradysum tuam, sed æ-  
ternam angelorū uitam in cœlestibus pro-  
mittit: & accederē ad impurissimos & pe-  
culiares ritus, non à Deo , quod absit, imo  
à spiritu fornicationis, & gastrimargiæ mi-  
ferrimis & carnalis feculentiæ seruis infe-  
licissimis persuasos. Quorum, sicut de si-  
milibus Paulus Apostolus dicit, Deus uē-  
ter est, & gloria in confusione ipsorū. Qui  
non nisi terrena, caduca, uentri & libidini  
congruentia sapiunt, nec sapere possunt.  
Excoecauit enim eos spiritus immūdiciæ.

mors

Qui æternam putredinem & uermes immortales hæreditabunt: quia porcorū morte semper in stercore & fœtore libidinis uolutatur. Ego enim mirari non sufficio, quomodo persuaderī potuit, nō dico alicui sapienti, sed illi qui per somnium aliquid humani cordis se habere putaret, istum fuisse prophetam, cū eius & uita & doctrina ita contraria sint non solum diuinæ religioni, uerum etiam humanæ honestati: ut ipsa Mahomet quoque bruta animalia pene hoc intellis, an prophègere possint. Sed ut iterum aliquid mitius sit, dicamus, quis unquam sanctorum & diuinorum nunciorum, quos à Deo esse missos cognouimus, in terrore gladij se missū esse asseruit? Quis ita facinorosè uixit? Quis denique tot spurcitas docuit? Aut quis ita uentri & libidini genus humum prostituit?

QUALITER PER FALLA-  
ciam fuit data lex. Cap. XI.

**I**Terum tamen ad præcepta eius diligen-  
tius inspiciēda reuertamur, quæ ego ne-  
scio ad quam legem pertinere uidean-  
tur. Duas enim à Deo accepimus, unā Gratiæ Lex duplex  
tiæ, alterā Iusticiæ. Lex Gratiae à Christo à Deo tradi-  
data est, lex Iusticie à Moysè. lex Gratia ta ta.

Rilia

Iia iubet: Diligite inimicos vestros, Benefacite ijs qui oderunt vos, & cætera huiusmodi. Lex iusticiæ, oculum pro oculo, dentem pro dente, usturam pro ustura, percussuram pro percussura, & cætera quæ ad talionem pertinent, reddi imperat. Harum duarum nullam socj tui esse manifestum est. Multitudo enim antequam ipse emergeret, una à Christo, altera à Moysè data est. Cum enim istæ duæ tantummodo leges hominibus datæ sint, quarum altera diuina, altera humana magis esse uidetur: ista tertia lex à socio tuo inuenta, quid erit

**Mahumeti** nisi diabolica & Diabolo enim inspirante  
**lex diaboli.** maximè hanc subito, nescio unde emersisse. se cognoscimus: quæ nec humana, nec diuina esse probatur. Sed inter utrumq; prodigiosa facie, nunc hoc, nunc illud uideri uolens, & se nunc illam, nunc istam esse confingens, nullum alium nisi diabolum, qui se inter deum & homines semper medium facere natus est, imitatur. Sed forsitan dices, inde probari hanc legem esse diuinam:

**Mahumetis.** Quia cum Machumet idiota & sine literis idiota, & lite esset, nullatenus eam scribere uel annūciarum imperare hominibus nisi diuina uirtute potuisse. set. Maximè cum ipse dicat: quia nec homines, nec dæmones talem scripturam facere possent. Et iterum: Si hanc legem fecissemus

semper descendere super montem, inclinaret se mons ipse, & adoraret eam, præ timore Dei, & alia multa friuola & nihil rationis habetia, quæ tu aperta & manifesta signa prophetiae socij esse dicas; quibus probetur esse uera. O signa comparanda mari rubro diuiso, & t soli ad imperium Iosue solide stanti, & Christi præcepto mortibus impe ranti. Imo uerè magna tam ueritatis quam uirtutis inopia, quæ tibi hæc sola argumenta, imo deliramenta omni ratione & uirute uacua dereliquerunt.

### QUALITER ALCHORANI liber connexus sit. Cap. XIII.

**S**ergius monachus eum in monasterio **Sergius mo** grauiter peccasset; & propter hoc ex **nachus.** communicatus & expulsus fuisset, uenit ad regionem Cuheane: & inde usq; ad Mecham descendens, ubi erant duo populi, unus cultor idolorum, & alter Iudaicus, inuenit ibi Mahumet, qui colebat idola, uolensq; aliquid facere, unde monachis illis qui eum expulerant placeret, & recon ciliari mereretur (erant enim hæretici Nestoriani, qui dicunt Mariam non peperisse hæretici. Deum, sed hominem tantum) omni stu dio & conamine persuadebat ei, ut ab ido lis

**Mahumet** lis recederet, & Christianus Nestorianus  
**Nestorius.** esset. Quod cum effectui mancipasset, di-  
 scipulus ei factus est Mahumet, & ille se  
 propter hoc Nestorium nūcupauit. Et ita  
 factum est, ut ab ipso Monacho aliqua de-  
 ueteri & nouo Testamēto edoc̄tus, ipsa in  
 Alchorano suo fabulosē ac mendosē inte-  
 xeret. Hoc & ille persuasit, ut in Alchora-  
 no suo poneret dictum à Deo, quod mo-  
 nachi & presbyteri Christiani familiario-  
 res ei esse deberent, quia non superbiunt.  
 Cum uero cognouissent Iudæi, quod mul-  
 ti, & etiam Mahumet ipse, ad qualem cūq;  
 quasi umbram Christianitatis illum mo-  
 nachū sequerentur, & pene illud quod po-  
**Nestorianū** stea factū est per Mahumet, per istū † Ne-  
 storium iam consummatum esset, prosiliie-  
 runt tres Iudæi, & timētes ne in uerā Chri-  
 stianitatem quandoq; Mahumet incide-  
 ret, accesserunt ad eum, & malitiosa callidi-  
 tate socios uel discipulos eius se esse in hac  
 secta dicentes, eiq; omnia que turpiora uel  
 nequiora in Alcorano sunt, scribere per-  
 suadentes, usq; ad finem eius cum eo sem-  
 per fuerunt. Post mortem uero Mahumet,  
 cū (sicut diximus) unusquisq; redijsset ad  
 sectam suam, & successisset in regno Ebu-  
**Hali** bere, Hali quoq; filius Abitalib, licet nobi-  
 lior eo, sub ipso maneret, prædicti Iudæi

uolentes iterum turbare omnia: persuadebant Hali dicentes: Quare cum sis fortis & nobilis, non te in prophetā eleuas, sicut fecit socius tuus Mahumet: qui erat Christianus Nestorianus: Et erimus tecum, sicut fuimus cum illo, adiuuantes te in omnibus. Ille autem, utpote iuuenis, & totius bonae doctrinæ expers, facile acquieuit. Iam enim ad hoc quasi prædoctus fuerat. Siquidem aliquando cum puer esset, & uagabundus, ut illius ætatis est, quadam die per aliqua deuia incederet, † Nestorij *Nestoriani* illius pseudomonachi latibulum, unde ab eo Machumet furtim responsa dabantur, offendit. At ille cum se deprehensum uideret, puerū tam minis quam blanditijs induxit, ut hoc nulli hominū proderet. Itaq; iam penè ad hoc incipiendum declinauerat Hali. Sed rex Ebubere hoc comperto, ad se uenire mandauit. Quem, cum uenisset, tantis blanditijs ac promissionibus deuiniuit, ut ab huiusmodi incœpto oratione desisteret, seçq; illi subditum in omnib. exhiberet: Iudgi tamē non cessauerūt facere, quod potuerunt. Nam accepto libro ab ipso Hali, quem reliquerat ei Machumet, Alcoran à quicquid sibi uisum est, aut addiderūt, aut Iudeis madetrauerunt, aut mutauerūt. Ex quibus illi gna parte lud est unum; Dicunt Iudæi, Christianini auctum.

hil sunt: Dicunt Christiani, sed Iudæi stulti sunt. Item inter alia multa & fabulosa illud capitulum, ubi est fabula de formica, & aliud, in quo est fabula de ape, & aliud de aranea narratur.

QVALITER BIVSDEM  
scriptura dilacerata sit. Caput XLI.

**Q** Valiter autem scriptura ista nō solum à Iudeis, sed etiā ab alijs multis variè t incepta, diuersè intellecta, multiformiter exposita, & tandem penè tota dilacerata sit, ex aliqua parte explicabimus. Post XL. uel sicut alij uolūt, post sex menses, ex quo regnare cœperat Ebus here, uocauit Hali filiū Abitalib, & dixit ei: Quare præsens non fuisti, quando factus sum rex, & non cum alijs nobis adstisti, cum sis magnus princeps & nobiliss. Respōdit Hali, quia occupatus fui in colligenda scriptura, sicut in iunxit mihi propheta. Et iam collegerat Eleage filius Nizet multos codices, & diminuerat multa in illis. Sicq; cæteri multi. Quidam enim **familiares** legebant secundum Hali scilicet t familia, & domestici, & propinquiores eius, illam scripturam quæ fuerat apud Chorais, & quæ

quæ prima illius fuisse dicebatur, quā tra-  
diderat ei † Nestorius monachus: quem Nestorianus  
uocabat aliquando Gabrielem, aliquando  
spiritum fidelem. Alij uero legebant colle-  
ctum à diuersis hominibus. Multi uero se-  
cundum Arabem quendam, uenientē nu-  
per de solitudine: qui multa inde scrip-  
serat absque sensu & ratione. Alij secundum  
Zabefatin, & Arabin. alijs secundum alios.  
Qui omnes in mēbranis & rotulis, quod  
unicuiq; uidebatur, transtulerant. Erant i-  
taq; uarij inter se & discordes, dicebantq;  
cum legerent alter ad alterum: Ego melius  
quam tu, sed tu deterius, quam ego: Et ego Alcoran col-  
totum habeo sed tu nihil: Sed tu nihil, & ligentijū al-  
ego totum. Hoc igitur modo alijs adden-  
tibus, alijs minuentibus, alijs mutanti-  
bus, alijs alio quolibet modo corrum-  
pentibus, liber ille omni fide in dignus  
effectus est.

DE ITERATA COLLE-  
ctione illius & dissipatione.

Cap. XV.

**D**Eniq; mortuo Ebubere, & succedē-  
te sibi Ozimen filio Hafen, cui insi-  
diabatur Hali, filius Abitalib, &  
quærebat eum interficere, cum perlatum  
R 4 fuisset

fuisset ad regem de diuersitate scripture, & assiduis contentionibus & rixis, quæ propter eam fiebant: dicerentq; illi sapientes, timeret se, ne de hac causa seditiones & dissidium orirentur in regno, maximeq; ne ex toto scriptura illa periret; præcepit

*Alcorani* rex, omnes libros & chartulas undecunq; farrago colligi. Licet tamē Hali, Abitalib, & Iben-hinc inde muzod libros suos dare noluerunt: reli-collecta, qui uero collecti, dati sunt in manus Zei-di filij Zebith Aleu Zari, & Abdalla filij A-lahabet, ad redigendum omnia in unum codicem, & emendandum. Dictumq; est il-lis: Si contigerit uos in aliquo capitulo nō posse concordare, scribite illud secundum exemplar & autoritatem Chorais. Quod & ipsi fecerunt. Sicut uerbi gratia, quando inuenierunt in quodam loco arcam, & alius dixit arcem, & alius arcum, tandem secundum id quod habebat Chorais, di-

*Alcorani* xerunt. Sic & de multis alijs. Facientesq; primum qua quatuor similes codices, unum miserunt tuor codices in Mecham, alium in Syriam, aliū in A-tantū. Ieiarac, alium relinquenterunt in ciuitate. Sed ille qui ad Mecham missus fuerat, incen-Mechæ uas dio periret, quando vastata est Mecha ab statio. Ozeario. Ille uero qui in ciuitate reman-fit, in diebus Gezit filij Maioma, perditus est. Tertius qui in Aleiarac erat, à tempore Almustaq;

Almustat nusquam cōparuit. Rex autem Azimen, qui libros illos præceperat fieri, quæcunq; remanserunt in chartis, præcepit comburi. Ex his igitur uarietatibus & mutationibus, quæ superius dictæ sunt, contigit, ut multa ibi capitula diuersa inter se & sibi inuicem contraria inueniantur. Sicut, uerbi gratia, capitulum bouis *Alcoran* & capitulum uaccæ: de quib. dicitur, quod quare multa capitulum bouis, antè fuerit prolixius capitulo uaccæ, nunc uero brevius. Dicitur beat inter se etiam, capitulum corruptum esse & imperfectum. Dixit etiam Aissa uxor Machomet, Hali multa inde abstulisse, & penè totum demutasse, & insuper prohibuisse homines, ne legeretur Alchoran, & propter hoc multos sæpe uerberasse.

QUALITER RECOLLECTA  
dissipata sit. Cap. XVI.

**P**ost multa iterum tempora Elehagig filius Vizes cum regnare cœpisset, ius fit congregari omnes libros, & charcas, & uolumina: confectoq; ex eis uno codice ad suum libitum, postquam multa adiecit, & multa detraxit, multaq; narravit, cætera omnia, quæ ubique inuenientur; iussit incendi. Fecit autem de gendum est.

R s suo

suo libro exemplaria, ex quib. unum misit  
 in Aegyptū, alterū in Syriā, alterū in ciuita-  
 tem, alterū in Mechā, alterū in Mesopota-  
 miā, alterum in Albazara. Aliquando  
 etiam uenerunt ad istos multi de gente Es-  
 Iuehbeti, qui idololatræ erant, & simulan-  
 tes se uelle esse Saracenos, ut eorū legem,  
 si possent, annihilarent. multa nihilomi-  
 nus in prædicta scriptura, ubique la-  
 tenter poterant, modis omnibus lacera-  
 bant. Quod si nulla alia uarietatis huius-  
 modi scripturæ causa t̄ uideretur, quām ex  
 illo habebatur, scilicet quod Hali, & Ebu-  
 bere, & Ozimen, & Gonor semper discor-  
 des fuerant, & inimici, sufficeret. Dum pro  
 certo constat, singulos eorum pro sua in-  
 tentione alterum aduersus alterum in li-  
 bro illo iuxta propriam uoluntatem, quic  
 quid sibi placuit, ad suæ commodum uel  
 addidisse, uel minuisse, uel t̄ narrasse. Viri  
 certe probi Saraceni, & qui satis inde do-  
 lebant, mihi saepius hoc dixerunt, quod  
 rota Alchorani scriptura adeo commixta  
 & confusa sit, ut quicquid ibi est, totum si-  
 ne continuatione, sine compositione, abs.  
 que omni uerborum ordine, postremo  
 absq; ullo sensu uel ratione  
 uideatur.

DE VILITATE STILI EIVS  
et materiae. Cap. XVII.

**M**iror autem, quid illic tibi placere posse. *Alcorani est.*  
 sit. Nam si eloquentia consideretur, iam Arabi  
 nemo tam turpiter aliquid Arabi *et barba-*  
*ce scripsit. Quantum enim ad sapientes A-*  
*rabicos scriptores, quid est rotum Alcho-*  
*ran, nisi digna risu barbaries? Si uero sen-*  
*tentiæ perpendantur, ego nihil ibi video,*  
*si tamen esse potest, aliquid boni. Nam ma-*  
*la illuc multa reperiri non dubium est, quoq;*  
*uel quilibet fultus similiter, aut certè mul-*  
*to elegantius fingere possit. Esto tamē bo-*  
*na ibi videantur esse aliqua: sicut uerbi gra-*  
*tia, ut aliquando ieiunetur, oretur, & ut fi-*  
*ant aliquæ eleemosynæ: Nunquid primū *Quicquid**  
*alia inuenta sunt à Mahumete, qualia sci- *in Alcorano**  
*licet ante ipsum nullus audierat? O' quan- *multo me-**  
*to sanctius, quanto honestius, quanto ra- *tionabilius & Moyses, & Elias, & alijs lius docuisse**  
*prophetarum multi: Iohannes quoq; ba-*  
*ptista, sed & ipse dominus omnis Iesus *prophetas**  
*Christus, & ieiunuerunt, & adorauerunt, *stum.**  
*& misericordias impenderunt: nos quoq;*  
*ieiunare, & orare, & eleemosynam dare*  
*ante prodigiosam prophetiam Mahumet*  
*in infinitis retro temporibus docuerunt.*

Cesset

Cesset cesset Machumet, earum rerum uel  
le uideri magister primus, quarum nec di-  
gnus fuit in aliquo discipulus esse uel ult-  
imus. Absit ab sit à nobis talis prædicator  
*ieiunium.* qui post monstruosum ieiuniū sic o-  
mni libidini & ingluuiei operam impen-  
dere præcipit, ut non ad aliud uideatur in-  
stituisse ieiunium, quam ut postea uolu-  
ptuosius & appetentius excitetur omnis  
turpitudo libidinū. Iam uero illud quod  
& tu mihi dixisti, & ipse in eadem scriptu-  
ra prædicauit, hanc scilicet scripturam ta-  
lem esse, qualis nec ab hominibus, nec à de-  
monibus fieri potest, certe satis ipse ele-  
git, quibus diceret, rusticissimos uidelicet  
& agrestes homines, qui & nouiter de di-  
uersis sectis uenerant, ipsamq; linguam  
**Arabicam** ignorabant. Cæterum si hoc  
nobis exponere liceat, per omnia sic ei  
cōcedimus, quod uerē tam stulta, tam in-  
honestā, tamq; irrationalis scriptura nec  
ab hominibus, nec à dæmonibus fieri po-  
test. Puto enim, quod etiam dæmones ta-  
lia scribere erubescerent. Sane si tantum  
*Alcorano*

*plura etiam  
ab alijs scri*

quanto magis gloriari possent alij quidā,  
quos te ignorare non puto: Muzeilenia.  
Heleaifi, & Athiops Alabazbi, & Calliata-  
pta. Ellecedi: Qui codem tempore æmulatio-  
ne

ne illius, ut & ipsi nomen sibi apud homines compararent, suum quisque Alchoras num fecerunt: multoqe honestiora, & saltem in aliquo uerisimilia conscripsierunt. Sed quia nō extoto ventri & libidini frenna laxabant, non tantos bestialiū hominū greges asininos post se trahere potuerūt.

**D E I M P E R I T I A E T F I C T I O-**  
ne illi adhærentium. Cap. XVIII.

**S**i ergo miraris, quare tantum thāec scri*quibusdam* ptura placuit, pro certo teneas, nulli unquam nobili uel sapienti eam placuisse: sed miserrimo imperitissimo uulgarium hominum generi. Qui ab eo de locis sylvestribus congregati, cum has primas literas audissent, rei nouitate stupefacti, sacrilegas fabulas diuina esse oracula crediderunt. Deniqe cum & paupertate & assiduo ruralium operum labore cōfecti fuissent, cibi, potus, preciosarum uestium, amoenitatis umbrosæ, uasorum spectabilium, uxorum insuper pulcherrimarum, & infiniti cōcubitas, aliarumqe spurcissimarum paradyfi deliciarum, quas etiam te proh dolor enumerare non puduit, beatitudinē audientes, sc̄qe ibi ex promissione Mahumet iam iamqe futuros esse spe-rantes,

pecunia rantes, ad omnia quæcumque uoluit, & pecorini homines cucurrerunt. Inde est, quod contra regem Persidis exiens, sic adiutus est ab eis, ut uinceret. Promiserat siquidem omnibus, qui in bello ipso pro eo mori eligerent, Paradysū sui delicias. Quidam tamen magis idcirco pugnasse dicuntur, ut hortos optimos, quos in Perside uicerant, obtinerent. Nam & illos se post uictoriā daturum eis dixerat, ut & in hoc seculo & in futuro semper in hortis essent.

**Arabes hor.** Nostri autem, Arabes quantum detectentur hortorū aman- tur hortorū pulchritudine. Sed dicas: Non tes, solum rustici illi, sed & multi alij sunt secuti eum. Verè multi alij, sed pessimī, & peccatores, & qui grauati ære alieno, uel pro suis sceleribus morituri, hanc solā euadendi viam inuenierant. Nam dic mihi obsecro, quem unquam sapientem, aut nobis- lēm, aut honestum ad Saracenitatem ueni- re uisdistis? Illi enim qui ē Iudæis, uel ē Christianis adhuc ueniūt ad uos, absit ut aliqua provocati honestate hoc faciant: Sed quia miseri & impudici legis suæ regulas nō ferentes, ad latā & spacioſam uiā, quā socius tuus docuit, se cōuertūt. Quod quibusdā maxime Christianis contingit. Quorū lex spiritualis & cœlestis, omnia quæ in mun- dō sunt, contēnit & amore uisionis Dei eternæ

æternæ præcipiēs, dū carnales & fluxas in-  
feliciū mentes cōprimit, statim ab ea diffu-  
giunt: quia pugnare cōtra cōcupiscentias  
negligūt. Hoc tamen certissimē scias, quia Mahometan  
æ sectæ su-  
matores.  
neq; iudæi, neq; pagani, neq; Christiani,  
quocunq; modo se exterius habeant, & si  
ueniētes ad uos de uestra secta se esse simu-  
lent, unquam ex corde uobiscū sint. Simu-  
lant quidē se esse, qd' nō sunt, ut sicut præ-  
dixi, aliquod corporis euadāt incōmodū:  
aut ut porcīnis uoluptatibus, quarū apud  
uos copia est, pfruantur. Adeo autē quicqd  
facitis, pro nihilo ducūt, ut s̄epe, inter se lo-  
quentes, Mahomet & legi eius maledicāt,  
nec dignū eum aliquando fuisse prophe-  
tia uel Dei lege affirment.

**D E N O M I N E M A H M E T,**  
*quod falso dicatur in throno scriptum.*

*Cap. XIX.*

**S**Anē superfluum mihi uidetur tecum  
agere de illis, quæ tuam non latent in-  
dustriā, qualia sint apud uos, & quam  
nulli pudenda, scilicet diuersitas in præco-  
nio, celebritates exequiarum, uarietas in  
testimonio, orationes solennitatum, solli-  
cita ad plagam meridianam conuersio, &  
modus legendi, & modus discernendi, si-  
milesq; huiusmodi uarietates. Quæ om-  
nia in corde tuo quam nihil sint scio: cum  
hæc

hæc sola superficie teneas, nō tamen propter principatum quem tenes, dimittere uelis. Porro illud quod mihi scripsisti, An *scriptum* tequam sœcula crearet deus, † fuisse in thro no : Non est Deus nisi deus, Mahumet nuncius Dei: unde acceperis, aut ibi inuenieris, nescio: cum nec in Alchorano, nec in alia qualibet ipsius inueniatur scriptura. Veruntamen ponamus, ut alicubi hoc repertū sit. Velim ergo, ut mihi dicas, si hoc in throno scriptum est, quis scripserit. An aliquis scripsit hoc deo? Sed quis posset scribere, cum nec dum sœcula creata es- sent? An Deus ipse sibi scripsit, timens sci- licet perdere nomen suum, nisi illud scribe ret? Quod satis absurdum uidetur. Sed forsitan deus scripsit, ut angelii hoc pos- sent legere. Et hoc non minus insulsum est sentire. Nō enim per literas loquitur deus angelis, sed illuminatione præsentiaæ suæ, Angelis quo que illis ubique adest. Num præterea pro- modo loqui propter homines scriptum est, ut ipsi legerent tur Deus. & scirent? Sed homines in throno quomo do legerent? Restat ergo, friuolum & ua- num esse: quod & te ipsum intelligere cre- do, tecum tibi ipsi scienter illudere. Sicut quidam de socijs dicunt, qui hoc pro nihilo habent, dicentes à Iudæis cōfictum es- se, & inter alias fabulas mixtum, ut risum de

De uobis toti mundo mouerent. Certe  
 cum aliquis uult benedicere Machumer,  
 & ultra modum laudare, hoc solummod' o  
 dicit: Deus tu benedic Machumet, sicut Machume-  
 benedixisti Abraham & generationi eius: ii benedicē.  
 Vnde & in libro eius scriptum est: O filij di formula.  
 Israel, recordamini beneficiorum, quae e-  
 go exhibui uobis: quia prætuli uos omni-  
 bus gentibus. Si ergo ita t' benedici Ma- <sup>benedicē</sup>  
 chumeta' Deo, sicut benedictus fuit Abra <sup>tur</sup>  
 ham & generatio eius, super omnes lau-  
 des & benedictiones est, etsi filij Israel pre-  
 lati sunt à Deo omnibus gentibus, cum ta-  
 men nec Abraham, nec generatio eius no-  
 men habeant, scriptum in throno: quo-  
 modo factum est, ut nomen Machumet,  
 qui secundum hanc regulam ipso Abra-  
 ham & generatione eius minor habetur,  
 ibi scriptum sit?

## DE SUPERSTITIOSIS IB.

iunyis &amp; lauacris Saracenorum.

Cap. XX.

D Enique suitas me ad quinque ora-  
 tiones, & ad iejunium mensis Ra-  
 mazan. ubi non tam tibi respon-  
 deo, quam ut ipse tibi respondeas, uolo.  
 Dixisti enim in tua exhortatione, quod  
 S inter

inter alia, quæ de nostra religione cognoscueras, etiam orationibus monachorum &ieiunijs interfueris, genuflexiones & instanciam deprecationū uideris, & cætera omnia, quæ uerè sancta & cœlestia esse nullus negare poterit. Super animam ergo tuam hoc pono, & te ipsum iudicem facio. Scio namque pro certo, quia si, quod iudicium rationis exigit, inde dicere uolueris, quantum ad ieunia & orationes Christianorū, ieunia & orationes uestrorū non solū ieunia & orationes non esse clamabis: uerum etiam quod tales sordes ueris & sanctis servorum Dei uirtutib. se comparare ullo modo ausæ sint, cū maxima indignatione ritualione debis. Quod uero frequenti corporū & lavationum tione hominem purificari creditis, easq; la frequentia. uationes totiens frequentatis, hoc tibi respondeo, quod dominus meus in Euangeliō suo Iudeis similia facientibus ait: Vae uobis hypocritæ, qui similes estis sepulchris ornatis de foris, cum habeat intus caduera: ita uos quidem lauatis corpora uestra forinsecus, & corda uestra polluta sunt iniustitate. Quid ergo prodest lauare manus & pedes, & extergere caput, & infondere orationibus, cum conscientia cordis, & mens, & animus occupata fuerint in effusione sanguinis, & diripiendis substantijs alio-

aliorum, uxoribus quoq; & filiis captiuani  
dis? Vide ergo, quomodo respondet eis  
spiritus uiuificans. Oportet enim hominē  
prius lauare interiora cordis sui, & purifi-  
cari a cogitationib. pessimis: deinde si pla-  
cer, & si necesse est, etiam corpora.

**D E C I R C U M C I S I O N E B T P R O**  
**hibitione carnis porcinae, & uxoris repudio.**

Capit. XXI.

**C**ircumcisio uero quid ad uos pertinet? Machomet  
neat, scire non possum, cum nec Ma- non circum-  
chumet circumcisus fuerit, nec in Al cisus.  
chorano suo inde aliquid dixerit: nisi forte  
Abraham in hoc uos sequi dicatis. Cum  
enim uos Ismaelis filios esse iactetis, & Ae-  
braha dicatur a Deo, non in Ismaele, sed in Ismaelites.  
Isaac reputabitur sibi semen: uos in semine  
Abrahæ quomodo estis, qui ad Isaac nullo  
modo pertinetis? Si uos dicitis, Christum  
fuisse circumcisum, quid ad uos, qui Christia-  
ni non estis? De cuius tamen circumcisione  
quam rationabilis fuerit, si uel digni es-  
tis, uel in aliquo ad eum pertineretis, plenis-  
simè responderemus. Nunc uero cum nec Iu-  
dei, nec Christiani sitis, circumcisione inue-  
nistis. Nisi certe, quod ualde credibile est,  
hoc etiam a Iudeis libro uestro insertum sit: ut

S 2 sicut

sicut de quibusdam Paulus Apostolus dicit, In carne uestra gloriarentur, dum uos more suo circumcidendi facerent, & suos in errore socios habere gauderet. Quare etiam

**Porcina cur interdicta.** Machumet porcum comedí uetererit, nescio. Nam & Iudei à porco, & à quibusdam alijs prohibiti sunt. Ratio certa apud nos est, quorum fidei lex illa militabat. Et licet nos modo illa corporaliter non seruemus, ea tamen quæ ibi significabantur, spiritualiter implemus. Quibus in novo Testamento reuelata sunt omnia per Christum, qui utriusque Testamenti conditor est. Ipse enim dixit per Apostolum suum: Omnia munda mundis, & nihil reijcendum, quod cum gratiarum actione percipitur. Illam uero turpitudinem t' audiens non exhorreat, quam non erubuit Machumet in Alchorano suo ponere? ut scilicet

**Repudiij li-** uiro quandocunque uoluerit, qualibet eccentricia, tiam causa, possit uxorem repudiare: sed non nisi prius alteri uiro iungatur, nec si uelit, possit eam reuocare. Hanc certe legem etiam bruta animalia, si loqui possent, turpissimam esse clamarent.

DE P.E.

DE PEREGRINATIONE AD  
domum Mechæ. Cap. XXII.

**Q**uid est autem, quod me inter alia  
legis uestræ optima etiam ad A-  
lahagh, hoc est, ad peregrinandum,  
in domum Dei illicitam, quæ est in Me- Mecham frē  
cha, exhortatus es: ad prōjiciendos quoq; quentādi su-  
lapillos, & ad inuolutionem linteoli circa perfūcio.  
renes? Miror etenim, quod ita tecum lo-  
queris, ac si me nunc prīmo nosse incipe-  
res. Nunquid ego aut cœcus, aut surdus nū  
per effectus sum, aut forsitan mutatus in  
puerum? Cui sic illudere possis, ut modō  
prīmū discere incipiam inanes & fatuas su-  
perstitiones, que nec rationē, nec honesta-  
tem in aliquo habere, probātur. Quasi ue-  
rō nesciam, quid sit, & unde processerit, uel  
qualiter ad uos ritus ipsius errorē stultissi-  
mus inter alia mala deuolutus sit. Nōnne  
hæc & illa præclara socij tui † idolorū de-  
structione diligentia? Ut cū à cæterorum  
cultu suos discipulos inhiberet, istud tamē  
in honore Veneris fieri Mechā suam per- Veneris cul-  
mitteret. Quod quale sit, uel à quibus cœ- tus Mechæ.  
perit, quoniam tu te † simulacrum audi. Dua, ignorare  
tum Indiæ gentiū, quæ uocantur Zechian  
& Albarachuma, antiqua cōsuetudo fuic,  
nudos & decaluatos, magnisq; ulula-  
S, tibus

tibus personantes simulachra dæmonum circumire, angulos quoq; osculari, & proi-  
cere lapides in aceruū, qui quasi pro hono-  
re dijs extruebatur. Inde. n. est, quod in li-  
**Salomonis** bro Salomonis dicitur: Qui proiecit lapi-  
locus, dem in aceruū Mercurij. Faciebat aut hoc  
bis in anno, Sole scilicet existete in primo  
gradu arietis, & rursū cū esset in primo gra-  
du libræ, hoc est, initio Veris & Autumni.  
Hæc ergo consuetudo cū ab Indis ad Ara-  
bes descendisset, eamq; suo tempore apud Me-  
chā in honore Veneris Machumet celebra-  
ti reperisset, sic illā manere præcepit, cum  
tamē cetera idolatriæ præstigia remouis-  
set. Illud uero soli Veneri in illa celebratio-  
ne dicitur exhiberi solitū, ut lapilli retro,  
id est, sub genitalib. mēbris proiecierentur,  
**Lapillorum** eò quod Venus illis maxime partib. domi-  
superstitiosa netur, unde adhuc ita fit in domo Dei, quā  
projectio. tu uocas illicitam, id est, ubi nihil licet, nisi  
quod sacrū est. Veruntamē cū hoc à nudis  
ex toto hominib. semper fieri soleret, non  
tulit hoc humana uerecundia. Instituerūt  
aliqui, ut projectores lapidū paruo saltē  
līnteo lo renes obtegeret, ne omnino denu-  
dati homines canū impudentiam imitarē-  
tur. Hanc ergo insaniam merito creditur  
**Machumet** saluam & incolumem, cū reli-  
quas dæmonū culturas cessare præcipere,  
dimi-

dimisisse, ne dominam suam Venerem, in Machumet  
qua se esse potentissimū ipse iactabat, pe- *Veneri ad-*  
nitūs sine honore relinqueret. Pro quo be- *dictus.*  
neficio talē illi gratiam Venus rependit, ut  
ad eum totam huius gloriam referri, ut po-  
te ad singularem amicū, & quanimiter susti-  
neret: dū uos modo' nō Veneri, sed ipsi pro-  
phetę eius hoc obsequiū impēdatis. quod  
apud quosdā uestrū tantæ stultitiæ depu-  
tatur, ut uir prudens Gomar filius Hazha  
cū ad osculandos lapides (qd' ante alia Ma-  
chumet & fecerat, & fieri iussérat) aliquan-  
do accessisset, sic locut⁹ fuisse dicatur: Ego  
scio, q̄a lapides istos osculari nec obest, nec  
pdest. Sed quia sic fecit, fieriç̄ iussit noster  
propheta, facio: licet sit omnino inutile.

DE HOC, QVOD IN DOMO IL-  
la dicuntur fieri mira. Cap. XXIII.

**F**cce quid est Alahagh uestrū, & Alchi-  
mar, & peregrinatio in domū Dei il-  
licitā: Ecce ad quæ sacra, ad quā festi-  
uitatē, ad quantę honestatis & utilitatis ce-  
lebrationē amicos tuos inuitas. Obsecro  
charissime, ut & nobis in hoc & tuę quoq;  
uerecūdiæ a modo parcas, nec homines ad  
huiusmodi spurcītias, sed magis porcos, si  
ita uolueris, aduoca. Nūqd aut̄ uerissimū  
in tua laudatione dixisti, qd' scilicet mira

S 4 ibi

ibi fieri uideātur? Et uerē mira nō solū uideātur fieri, sed siūt: quādo rationabiles homines in bestialē sensū mutati, ista que narravimus & similia faciūt. Non enim hoc factum possem homines, nisi prius ab humanae rationis iudicio ad pecualē animalitatē converterentur. Verū ne dicas, nos serio, nō Iudo tecū agere debere, dimittamus paulum ioca, & quod ad rē pertinet, differam⁹. Quæro igitur a te, quæ sunt illa mirabilia, quæ ibi fieri uidisti, uel audisti? Nā si me interrogares de locis uel de Ecclesijs Christianorū, tale aliquid nō unū ego, sed mille tibi loca numerare & ostendere possem, in quib. cæci uisum, surdi auditū, muti loquela, Paralytici, uel alio quolibet alio modo

**Christiano-** claudi gressum recipiūt. Ad ultimū, ibi orum Ecclesie mniū generū lāguores & incōmoda, siue a-  
**miracu-** nimarū, siue corporū, depelluntur. Ibi etiā  
**lis celebres.** sepe, quod maius est, ipsi mortui resuscitā-  
 tur. Et hoc nō aliquib. exteriorib. adiumentis, siue quolibet genere medicinæ humanae, sed fide, & oratione, & pura cordis deuotione id apud Deū & sanctos, pro iusticia & uera pietate erga mortuos impetrante. Tu ergo si unquā uel semel huiusmodi uirtus aliqua in illa quā uocas domū dei, facta sit, enarra: Et si saltē unū tale quid ibi aliquādo factū mihi ostendere potes, con-  
 cedo,

cedo uera esse, quæ dicas. Sed quoniā scio te  
id nullo modo posse, nō enim illud tacuis-  
ses, si haberet, quādo me inuitās, & mirabi-  
lia illa narrās, nihil habuisti qd' dices, nisi  
qā lapilli prōjiciūtur: quod nō uirtutis di-  
uinæ miraculū, sed diabolicæ impuritatis  
constat esse deliramentū. Cur illa loca sa-  
crata etiam dixeris, respondere nequis.

**DE HOC QVOD MAHOMETVS  
iubet homines ad sectam suam uiolenter cogi.**

*Cap. XXXIII.*

**D**Eniq; inuitas me ad uiā Dei, quæ est  
expeditio cōtra aduersarios, & incre-  
dulos, & participatores, scilicet in i-  
ectu gladij, & populatione & deuastatione,  
donec ingrediātur in fidē Dei, & testificen-  
tur, quia nō est Deus, nisi Deus Mahumet,  
Et quia Mahumet seruus eius & nuncius,  
aut reddat tributū subiecti. O' tu prudens  
& sapiens, obsecro te, quomodo possūt cō-  
tinuari uerba tua? Nam multū discrepant,  
cum dicas hoc contra tuā scripturā, quam  
credis esse à Deo, quæ ita dicit: Missus est  
homīnibus pariter in pietate & misericor-  
dia. Qualis habetur misericordia cū effu- *Mahumet*  
sione sanguinis, & latrocínio, & preda? Sin *sanguinas*,  
aut iterū apposueris nobis Moysen, quo-  
niam ipse cultores idolorū expugnauerit, *Moses*.

S 5 recor-

recordare illa prodigia & miracula, quæ legisti, eum fecisse in lege: & videbis, quod iustum est credere, illū ex præcepto Dei hoc

Iosue. fecisse. Similiter de Iosue filio Nun, cui Sol & Luna stetere. Quem miracula cum fieri non

An uiolētia possint, nisi ab electis Dei, credimus, quod cogendi hos quicquid fecere, iussu Dei factū sit. Tu autem

mines ad finem nunc legisti in diuinā scriptura, aliquos

dem. ad Deum uiolēter cōuersos: nec præceptis, gladio, direptione, captiuitate, sicut tuus socius fecit, & iussit obedire, coactos. Multi certè olim hæretici fuerunt, quorū tamē nullus nec gladio, nec aliqua coactione aliquē ad suam sectā pertrahere conatus est,

Hæreticorū sed fallacijs. Quicunq; n. uoluit inducere fallaciæ. homines ad ueritatē siue ad mendacium,

non potuit hoc facere sine aliqua uel saltē uerisimili prædicatione. Ipse enim ad suā sectam non ita homines, hoc est, nō sola arte calliditatis, aut ingeniosa loquacitate, sed gladio, & uiolentia, & oppressione, &

Prophetæ depopulatione coegit. Nunquam auditum existimatio- est ab aliquo, quod ille dicebat hominib. nem sibi Ma Quicunq; nō confitebitur me prophetam chumet etiā esse domini seculorum, gladio illū feriam minando ar ego. Et omnes quicunq; de progenie mea

rogat. sunt, similiter facient, & domum eius diripiā, & omnem familiam eius captiuitate affligant.

## DE VANIS PROMISSIONIB.

¶ minis Machumeti. Cap. XXV.

**N**on scripsim⁹ ex inuidia uel indignatione, sed causa disputationis, ad quā nos prouocasse uideris. Compulisti nos pauca de multis in medium proferre. Noster siquidē ignis latebat in lapide: sed tuo chalibe excussum, coactas erupit in flāmas. Quo circa tam tibi quām omnib. qui meum scriptū uiderint, planè & fiducialiter loquor. quoniam illa ad quæ me inuitasti de rebus labilib. & fugitiuis, tam stulta & inania sunt: ut etiam si æterna essent, nullatenus homo rationabilis ea deberet appetere, uel suum ad hęc animū inclinare, præsertim cùm aperta sint asinis & porcis, siue ceteris animalib. in quibus nihil aliud est cęp comedere, & bibere, & concubere. Hic etenim mundus, qui maximē per ista Mundi, remiseros decipit, apud rationabiles homi. rumq; munnes cū omnib. illecebris pro nihilo deputa danarum iur: q; solerter ac ueraciter cuncta eius blan uanitas, dimēta & gaudia fugitiua & misera esse cōsiderātes, seçp ab ipsius laqueis uiriliter executientes, Christi domini uera & sempiter na bona in futuro seculo promittētis sacro sanctis uestigij⁹ adhæserunt. Iстis aut̄ tuis inor-

inordinatis admonitionib. nemo dignus  
habetur, nisi qui suæ carnis miseriæ subia-  
cens, pronus & præceps ad quælibet libidi-  
nis incitamenta, sicut equus & mulus fer-  
etur, & rapitur. Ego autem te non puto crede-  
re, me ad talia anhelare. Sapientes enim ac  
rerum causas subtiliter perpendentes, ab o-  
mnibus illis, que tu pro magno munere in  
in libro tuo promittis, longe distare uide-  
tur. Illi enim indefiniter toto nisu per Dei  
gratiam elaborant, concupiscentias & ui-  
tia carnis extinguere. Et ut etiam quod non  
naturaliter superfluum habetur in corpo-

*Castimoniae* re possit auferri sanctissimo castimoniae  
*studium*. studio seipso non desinunt castigare. Deus

enim non creauit hominem ad hoc, nec in  
die iudicij ad hoc simile resuscitari faciet.  
Tu autem in libro tui socij scis hoc scriptum  
esse: Nos non ad aliud homines & dæmo-  
nes creauimus nisi ad colendum nos. De-

*Legis Ma-* inde aduersus soluit pactum, & destruit ædi-  
*humeticae* li ficum, præcipiēs uxores tres uel quatuor  
centia, ducere, & ancillas quantæcumque inueniri  
poterunt, unumquenque sibi applicare; In-  
super & more pecudū comedere & bibere  
absque ordine, omnique moderationis discre-  
tione. Capitulum uero repudiū, & licitæ reu-  
cationis hic ponem, nisi prolixus esse ti-  
merem, & librum istum uerbis in honestis-  
simis

simis sordidare refugerē. Nam & ipsi gentiles, qui filios suos idolis immolant, hanc turpitudinem omnimodē abhorrebant. Ego autem confundor talia nominare, & scribere. Illud uero quod mihi aliquando dixisti, & me tuis minis uerberasti, fiducia-liter in Christo agens non timeo. Dixisti enim mihi: considera quæso diligenter, & hanc iniuriam tibi inferre noli, neq; quod noceat pronoca. Audi ergo Dominum Iesum Christū in suo Euangelio mihi dicentem: Nolite timere eos qui occidunt corpus, animam autem non possunt occidere: sed potius eum timete, qui potest & animam & corpus perdere in gehennam. Ego igitur securus & constans, scio & credo, quia nullus in animam meam potestatem habet, nisi Dominus Iesus Christus, cuius nomen sit gloriosum & benedictum. Qui in me abundare fecit clementiam domini mei Emir molimini. Nam & ego, & mei similes, qui eius uel longè uel propè familiariitate gaudemus, sub umbra alarum ipsius in securitate, & æquitate, atque benignitate manemus.

**EXPOSITIO CVLTVS SA-**  
racenici. Cap. XXVI.

**F**Rustra igitur inuitas me ad sectā tuā dicens: Inuito te ad quinq̄ orationes, quas quicunq̄ impleuerit, petitione sua nō fraudabitur, nec damnum aliquod p̄timescet: eritq; tam in hoc s̄eculo quam in futuro laudandus. Istae quippe orationum suāes duabus institutionibus datāe sunt, una perfūtio. quidem à Deo, altera à Dei nūcio. Sunt enim post cœnā tres genu flexiones, & duæ in aurora, & post meridiē duæ, & duæ post solis occasum. Quicunq; autem aliquid ex hoc dimiserit, à peccato immunis nō erit, & oportet illum pœnitere, & subdi correctioni. Institutio orationis inter diem & noctem XVIII. genu flexionibus constat. In aurora duæ, post meridiem IIII. in uespera quatuor, post solis occasum quatuor, in prima cœnā ante comedionem duæ, post cœnam (quæ uocatur ultima, quando iam est alabathama, id est densitas tenebrarū) Ieiunium duæ. Rursus inuito te ad ieiunium mensis Al Roma † Ramazan, quod Deus iudex instituit, & dan in eo Alchoran uenire fecit. In quo mense de nocte prædestinationis testificatus est, & nox illa mille mensibus melior habetur.

tur. Ieiunabis in die ab omnibus cibis & potibus, & concubitu, usquequo solis lumen occidat, & noctis ordo incipiat. Tunc comedes, & bibes, & concubes per totam noctem, quo usque filum album a nigro discerni possit. Hoc enim liberum & licitum est, & uita tranquilla & suauis a Deo. Tunc uero si puritate mentis ad celebrandam noctem praedestinationis peruenire merueris, ab omni malo & nunc, & in futuro seculo securus eris. Dixit etiam Deus gloriosus & excelsus: Scripsi uobis ieiunium numeratis diebus, sicut scripsi illis, qui uos praecesserunt, fortassis timebitis. Si quis infirmus est, aut occupatus itinere eundem dierum numerum alio tempore soluat. Illorum uero ieiunium, qui ieiunare non poterint, uictu unius pauperis redimatur. Interim qui obedierit, melius illi erit. Si enim ieiunaueritis, & scieritis, quod hominibus utile est, & iustificationis testimonia, & Al furcan, propriam mercedem habebitis. Dormire uero cum mulieribus in Libidinis ~~non~~ ieiunio, licentiam uobis tribuo. Illae indu ~~sur~~ in ieiumentum uobis sint, & uos similiter illis. non concess. Praesciuit enim Deus, quod circumcisuri ~~sur~~ essetis animas uestras, & peccauit eum, & liberauit uos. Adhaerete igitur illis, & diligite hoc, quod uobis scripsit Deus. Come-  
dite

dite & bibite, donec in aurora discerni possit filum album à nigro. Deinde perficite ieiunium usque ad noctem sine coitu mulierum. Eritis enim perseverantes in domibus orationum: tamen appropiabitis eis. Hæc sunt præcepta Dei. Præferebat enim nuncius Dei uestiginam cœnam matutino cibo. Iterum inuitò ad do-  
**Mechæ** mum Dei illicitam, quæ in Mecha sita est,  
**cultus.** & uidere illicitum nuncij Dei; & considerare uestigia & loca ipsius, & quomodo lapilli proficiuntur retro quod uocatur Alchimar, & inuolutionem linteoli circa renes, & quomodo osculatur angulus dominus illius, & uidere loca illa sacrata, & mul-  
**Expeditio** ta mira, quæ ab hominibus appetuntur.  
**divina.** Iterum inuitò te ad expeditionem diuinam, quod est contra inimicos & aduersum incredulos proficiisci, & expugnaret participatores & hæreticos in ore gladij, donec ad fidem Dei ingrediantur, & testifificantur, quia non est Deus, nisi Deus Ma-  
humet, & ipse nuncius Dei & seruus,  
aut tributum red-  
dant:

**DESCRIPTIO PARADISI**  
*iuxta figura Mahomeii*  
**Cap. XXVII.**

**I**terum inuitò te ad confessionem Dei, ad cuius nutum resuscitabuntur mortui, qui iudicabit eos in iustitia, & bonis bona retribuet, & malis mala. Et faciet suū populum eos qui sibi obedierunt, & contentes singularitatem eius testificati sunt, quod Mahomet est propheta ipsius & nūcias, & crediderunt omnibus, quæ super eum descenderunt à Deo, in excipiendo legem uidelicet de Paradiso, in quo multa bona sunt illis præparata; cum habuerint armillas de auro & electro, eruntq; uestimenta eorū serica, & dicent: Gratias Deo, quia non abstulit à nobis retributionem. Nulla oppressio uel molestia eos tanget. *Paradyſi fi-*  
*Habebunt certum alimentum, & fructus, clitiæ uolit:*  
*& erunt in Paradyſo deliciarum exultates, pīates.*  
*& sibi inuicem occurrentes honorificati.*  
*Discurretur per eos uasis argenti candidi.*  
*Quilibet bibentes delectabūtur. Non erit*  
*ibi luctus, neq; mœror. Habebunt mulie-*  
*tres uenustis oculis. Habebunt cœnacula,*  
*& supercœnacula, sub quibus erunt flumi-*  
*na. Nunquā enim promissio Dei fallit. Et*  
*dicitur eis: O cultores Dei, nolite hodie ti-*  
T      merē

mere. Tristitia nō appropinquabit uobis.  
Ingredimini Paradysum uos & uxores ue-  
stræ, & estote securi. Discurretur per uos ca-  
lathis & scutellis aureis, & habebitis quod  
animæ appetunt, & concupiscunt oculi in  
secura mansione in hortis & fontibus. Ibi  
primo primam noctem non alia sequetur.  
Et faciet eos securos à tormentis inferni.  
Hæc est gratia Dei tui. Ipsa est enim libera-  
tio magna. Dixit enim Deus glriosus &  
excelsus: In Paradiso, quæ pollicitus sum  
timentibus me, sunt flumina aquarum, in  
quibus nihil noxiū est. Sunt flumina la-  
ctis, cuius sapor nunquam deficit: flumina  
quocq; uini, bibentium delectatio: flumina  
uero' mellis purissimi, habent siquidem o-  
mnes in eo fructus, & remissionem à domi-  
no. Dixit quoq; glriosus & excelsus: Ti-  
mentibus Deum optimè erit in ultimis.  
Aperientur eis portæ horti Eden, ubi pa-  
riter discubentes præcipient sibi afferri  
uinum, & abundantiam fructuum, & ha-  
bebunt oculis uxores speciosissimas. Hoc  
eis promittitur in die iudicij. Vixus ibi  
nunquam deficit. Dixit iterum Deus glo-  
riosus & excelsus, in descriptione Paradys:  
i: Sunt in eo duo fontes currentes. Sunt in  
eo pomorū arbores, & palmæ, & mala pu-  
nica. Discubent in excelsis uiridarijs su-  
per

per pomis & prunis. Adducentur timen-  
tes Deum in Paradysum per turmas & a-  
gmina congregati. Quibus cum hostiarj  
fanuas aperuerint, dicent: Pax uobis habe-  
mini. Suauiter ingredimini, & estote hic in  
perpetuum.

**AD HV C D E B O D E M.****Cap. XXXIX.**

**E**T dixit gloriolas excelsus: Feci eos ut  
currere gaudij & delectationibus, &  
didi eis pro retributione Paradysum,  
eo quod patientiam habuerunt. In quo es-  
tunt discubentes super plumaria, & non  
percutiet eos sol, neque frigus: Et super eos  
umbræ illius permanebunt. Per quos etiam  
uasis argenteis & canistris discurretur, simi-  
liter & uasculis modicis argenti, & pixidib-  
bus ministrabitur eis, & facient eos potare  
uase quasi commixti gingiberi. Fons in eo  
est qui claritas appellatur. Non audient ibi  
dolum neque mendacium. Hæc est retribu-  
tio domini tui, quod est donum præmaxi-  
mum. Dominus enim eorum liberabit eos  
& cruciatu inferorum, dicens: Comedite &  
bibite securi, discubentes in lectulis di-  
spositis. Dedimus eis uxores pulcherrí-  
mas, nihilque eis de suo malo opere imputa-

T 2 bitur,

bitur, & unusquisque secundum quod appetit, obtinebit. Deditus eis diuersitates pomorum, & quicquid carnis ad edendum concupiscunt, & ut sibi propinent inuicem. Ministri sicut aurum fulgentes discurrent per eos, ad seruiendum parati. Et dixit benedictus & excelsus: præcedentibus & festinatibus dentur mansiones in Paradiso uoluptatis. Pauci de primis & pauci de nouissimis erunt super lectulis ordinatim dispositis, semetipsos ad inuicem intuentes. Inter quos erunt ministri sine fine mansuri, tenentes discos & conchas & uasa preziosa. Quicquid de pomis uel de carne uolatilium uoluerint, obtinebunt. Cum quibus adhærebunt mulieres uel margaritæ fulgentes, scilicet sui operis præmium. Non existit illic dolus uel iniqüitas, sed tantum pax & salus. Hæc est descriptio Paradysi, quam præparauit Deus credentibus in se, & in nuncio eius. Vbi præpara-ta sunt illis multa delectabilia edendi, & bibendi, & dormiendi cum mulieribus intactis. Quæ sunt uelut lapides preciosi sine fine splendentes, & accipient omnia, quæ oculi eorum concupiscunt, & habebunt honorem & uitam. Et sedebunt super thoros mollibus induiti, & purpureis ornati quoque armillis pretiosis & nitidis. Vultus eorum

eorum hilares & iocundi. Inter quos mar-  
tes & foeminæ seruientes ambulabunt, &  
uelut aurum rutilantes flagrabunt ut mu-  
scus, & uariæ aromatum species. Bibent de  
fonte suavitatis, & dicetur eis: Auete in o-  
mni pace. Comedite & bibite, & delectamini,  
eo quod digni estis, cū omni securitate,

## DESCRIPTIO INFERNI

iuxta eundem. Cap. XXIX.

**I**Nfideles uero q[uo]d participes faciunt Deo,  
& pares illi attribuunt, & prophetæ Dei  
non credunt, nec epistolam eius suscipi-  
unt, & præceptis Dei aduersus prophetam  
eius rebelles effecti sunt, deputabuntur ge-  
hennæ incendio: Eruntq[ue] in cruciatu & stri Inferno de-  
dore ineffabili, & igne sine fine inextingui stinâdi qui.  
bili. Quorum cutis quotiens ignis ardore  
cōsumitur, totiens ad noua iterum suppli-  
cia reparatur. Mansio eorū puteus Abyssi,  
potus omni felle amarior, cibus de arbore  
quæ appellatur Azachū, & est omni pes- Alzelon.  
fimo sapore deterior. Erunt sub ira Dei cū  
diabolo, & angelis eius. Dixit quoq[ue] Deus  
gloriosus & excelsus: Qui non credunt mi-  
rabilibus Dei, & prophetas & eos qui ue-  
ritatem prædicat interficiunt, erunt in hor-  
ribili cruciatu. Quorum opera maligna,

T 3 nullo

nullo eis auxiliante, super ipsorum capita  
redundabunt. Morientur, nec tamen à cru-  
ciatu liberabuntur. Et dixit: Arbor aza-  
chū data est pro delectatione impījs. Ipsa  
est enim, quæ in profundo abyssi nascitur,  
tuius fructus quasi dæmoniorum. De quo  
manducantes uentrem suum implebunt.  
Deniq; omnibus malis subiectetur, & sem-  
per ad inferni supplicia reuolventur. Su-  
perius & inferius caligo, ignis, & tenebræ.  
Et dixit: In die resurrectionis facies eorum  
qui Deo non credūt, horribiles atq; niger-  
imæ. Nunquid enim gehenna mansio im-  
piorum nō est, & eorum qui nostris signis  
non credunt, & damnandi sunt? Et dixit:  
Qui non crediderunt, detrudentur in infer-  
num congregati. Ad quem cum peruen-  
tint, & ministri portas aperuerint, dicent il-  
lis: Nōnne ex uobis erant nuncij missi ad  
uos, qui uobis insinuantes præcepta Dei,  
annunciauerunt diei istius occursum. In-  
trate igitur portas gehennæ, ad habitan-  
dum, in ea sine fine. Hæc domicilia præpa-  
rata sunt superbis. Et dixerunt qui in igne  
summersi sunt, ministris: Deprecamur uos,  
orate pro nobis Deum, ut alleuiet nobis  
cruciatum huius diei. Ministri responde-  
runt: Orate. Sed quid oratio impiorū nisi  
ex ore? Ex hinc sentient pondus cathena-

rum, & uincula. Erunt pallentes in igne, &  
 rursum fatigati in igne. Tunc uidebit eos  
 afflictione oppressos, & tumidis oculis la-  
 tenter aspicientes. Iterum dixit benedictus  
 & excelsus: Impij permanebunt in crucia-  
 tu gehennæ, ubi detrusi ulterius non respi-  
 rabunt. Nos nihil iniustè illis fecimus, sed  
 ipsi sibi impij extiterunt. Tunc uocifera-  
 buntur: Usquequo damnandi sumus, ô  
 rex? Dixit, ita manebitis sine fine. Et iterū  
 dixit: arbor azachum cibus est peccato-  
 rum: feruet in uentre sicut sulphur. Accipi-  
 te illum, & ad horribilia inferni loca dedu-  
 cite, & super caput eius cruciatus & dolo-  
 res infundite. Hæc sunt enim opera quæ fa-  
 ciebatis. Et dixit gleriosus & excelsus: Af-  
 ferte aquam amaram, quæ uiscera eorum  
 dirumpat. Væ non credentibus, in die qua  
 nec permittentur loqui, ut aliquam habe-  
 ant excusationem. Hæc de illa disputatio-  
 ne duorum philosophorum, Paganī &  
 Christiani, breuiter excerpti, ad insis-  
 nuanda figmenta & fallaci-  
 as Mahometi.

## DISPUTATIO ALIA

IVCVNDA HABITA CVM

Turca à Bartholomaeo Georgie-  
uiz Peregrino.

VMMO labore, nec sine grauiss.  
periculo uite, Orientalium, Oc-  
cidentalium, Meridionalium,  
necnon Septentrionalium par-  
tium, amoenioribus locis, & potioribus ur-  
bibus peragrat, & uisitatis, hisq; non se-  
cus, quam Socratis atq; Platonis, necnon  
aliorum Philosophorū more penetratis,  
perlustratis & diligenter exploratis, famo-  
sissimam Hungarię urbem Varadinum di-  
ctam quum appulisse: in qua eodem tem-  
pore casu fortuito aderat quidam Mehem  
metanæ sectæ legis peritus Deruis Gielebi di-  
ctus, qui peractis cum prælato eiusdem ci-  
uitatis, uidelicet, fratre Georgio, suis nego-  
tijs, summoperè desiderabat cum Chri-  
stianis aliqua de fide ac religione utraque  
conferre,

Hocigitur cūm per aliquot dīes per in-  
terpretē iām dicti Prælati Gabor nomi-  
natum egisset, ut illi antegonista substitue-  
retur, qui religionem Christianam contra  
eū defendere audeat, sed omnes quotquot

in

in ea religiosi fuerant urbe, ad unius Ethni ci uocem muti redditii erant, nec mihi dissi miles videbantur Israëlitis esse, qui sub rege Saule uiuentes, ad unius incircumcisii Goliat, & quidem spuri, μονομαχίαν eos prouocantis, uenire non sunt ausi. Id ego uidens turbatus dolebam nimium, in tanto cœtu clericorum reperi neminem, qui ueritate ipsa armatus, saltē per interpretem, insolentiam Ethni ci reprimere auderet. Et uerebar, ne propter nefandam, & omnibus modis detestandam, præsertim tali in negotio, taciturnitatem, & ignauiam, homini nefario palmā tribuisse iudicaremur, uerissimamq; causam nostram, & Christi saluatoris, deteriorem redderemus, perpetuam notam ignominiae Christiano nomine inurentes.

Quam obrem licet ad munus Ecclesiasticum non sim uocatus, nihilominus tamen suscepi prouincia de hoc pietatis negotio cum eo me certaturum. Ibi statuto & à nobis præscripto die, conuenit magna utriusq; conditionis hominum frequētia, spectatum rei futuræ exitum, hocq; in monasterium fratrum dñi Francisci, die Dominica Pentecostes, XXIX. Maij, M. D. XLVII. & primū hanc proposuit quæstionem: **Vbi Deus ante cœlum & terram**

T s alias q;

Deus ubi an aliasq; creatureas uersaretur. Mihi autem te mudi crea hæc sua quæstio licet non adeo ad proposi-  
tionem fuc- situm spectare uidebatur, ne tamen nos  
vit. Dei Opt. Max. ubique præsentia igna-  
ros iudicaret, respondi: In suo esse. Sed  
cum illi uideretur hæc responso utcun-  
que obscurior, nec eam posset satis intel-  
ligere: postea dixi, Ibidem, ubi & nunc est.  
Hoc intellecto, negauit hæc in uniuersum,  
dixitq; Nequaquam, inquit, sed in nu-  
be candida.

Qui cum eum in nube suisse affirmaret,  
citaui Genesim (nam & ipsi legunt libros  
Mose & Prophetarum) & dixi: Si Deus  
ipse ante coeli & terræ creationem in nube  
erat: Ergo nubes primum antequam cœ-  
lum & terra, creata est.

Ibi post ultrò citróque, de hac re agita-  
tos sermones conuidus, noluit de hac re  
ultra disputare: igitur cessit mihi locus  
propinquendæ quæstionis: & ob futilita-  
tem eius diei, uisum fuit de eodem pau-  
ca differere: statim delectis his uerbis, li-  
teristi, & sermone Arabico quomodo in  
Alcorano scripta habentur: postea illi le-  
genda porrexi: quorum prolatione est eius-  
modi:

MYSTE-

*Bi sem Allahe, el Rahmāne, el  
Ruoahim.*

Quorum interpretatio hæc.

*Bi, id est, in : Sem, id est, nomen, quasi dicat in nomen. Allahe, id est, Dei: El Rahmāne, id est, misericordiae : El Ruoahim, spiritus eorum.*

Sciendum quod lingua Arabica multum habet affinitatis cū Hebraica, & Chaldaica, quæ committit iudicio virorum cognitionem habentium Hebraicū sermonis, uel etiā utriusq; nam *Sem*, & *Hebræi* dicunt, quod significat nomen, *Allah*, apud Arabes, *Elohi*, apud Hebræos, atque Chaldaeos. *Rahmān*, utriusq; nationis est uocabulum, quod significat misericordiam, ita quoq; & *Ruoah*, spiritum significat, & addita *Im*, fit pluralis, nam Hebraica pluralia plerunq; in *Im*, terminantur.

Hæc qui cū uidet, admiratus uehementer, unde' nam hæc inquit Christianus nam in omni operis principio utimur, inquit, nos Musulmani istis tribus uerbis, et singulis capitulis Alchorani præposita habemur. Cū'm assedimus mensæ ut edamus, hæc præmittimus uerba: cū abluiimus manus, cuntes

euntes ad orationem & cetera membra corporis. Insuper peracta lotione, repetendo haec tria uerba, aqua aspergimus capita dicendo, *Bi Sem Allahe, El Rahmāne, El Ruohim.*

Igitur cum fassus esset ueritatem, quæsiui ab eo, quid nam intelligent per misericordiam.

Qui respondit se non intelligere, nisi secundum literam, nec habere aliud significatum.

Post haec accessi ad mysticam interpretationem uerborum, et ea iuxta genuinam ueritatem, in tres personas partitus sum, ut delicit: Patris, Filii, & Spiritus sancti. Ut autem melius intelligerer, in Arabicū sermonem uerti hoc modo:

*Bi, id est, in: Sem, id est, nomen: El Ab, id est, Patris; V, id est, &: Ben, id est, Filii; V, id est, &: Ruoh, id est, Spiritus; Elchutz, id est, sancti.*

Qui cum Filii Dei mentionem me fecisse intellexisset, quæsiuit: unde nam filius esset Deo? Cum secundum legem nostram & Mahometi doctrinam, Deus non habeat uxorem, inquit, nec proles. Deinde coepi interpretari prout intelligebam.

Nos uidelicet, Deum uocare Patrem: propter creaturas, primam nempe causam creantem, & omnia conservantem: qui semper in eadē essentia fuit, in qua & nunc est, &

& erit in secula seculorum: qui est prima persona diuinitatis in Trinitate.

Filiū uero (qui à Mehemmeto in Arabicum uocabulum uidelicet, *Rahman*, quod misericordia significat, est mutatus) Deum habere ita creditus: & non secundum concupiscentiam carnis (cum Deus sit spiritus) ex fœmina genitum: sed ab essentia ac substantia Dei omnipotentis procedētem qui ut peccata nostra tolleret, assumpta carne humana, ex immaculata uirgine, pro nobis passus, mortuus, atq; sepultus: & iuxta dicta prophetarū, tertia die à mortuis surrexit: posthęc ascendit ad cœlos & sedet ad dexteram Dei patris: inde uenturus est uiuos & mortuos iudicare: & tunc dabit immortalitatis beatitudinem his, qui in eum credunt: incredulis uero supplicia æterna.

Postea ostendi illi imaginem crucifixi: uide, inquam, si immerito & à Mehemmeto, hic filius æterni Dei, dictus sit misericordia: dum expansis brachijs uocat ut amplectatur nos dicens:

Venite ad me omnes qui laboratis, & estis onerati peccatis, ut reficiam uos.

Et ut eum de Mysterio Trinitatis redderem certiore, ostendi solem. Habes pulchram solis similitudinem, inquam. Sicut unus est sol habens formam, calorem, & splendo-

splendorem: sic unus est Deus, & pater qui  
habet filium, & spiritum sanctum, quem  
uos *Ruahim* vocatis, consistens in his tri-  
bus personis, quae ex aequo de eadem sub-  
stantia sunt, de qua eodem subiecto, ab aeter-  
no quidem nullo creante permanentes.

Et ita per comparationem hanc, credi-  
dit in Deum Patrem, & Filium eius unigenitum,  
& Spiritum sanctum in Trinitate unum.

Et cum audisset me, haec cito, at satis indo-  
cte de Deo, & eius Filio, & Spiritu sancto  
differere, plurimum admiratus dixit. *Allah,*  
*Allah:* quod significat Deus, Deus.

Ego inquit uel aliquis nostrum, nun-  
quam credidissemus uos ita bene de Deo  
sentire: existimabamus enim uos, inquit,  
in maximis tenebris constitutos: sed iam  
ex tuis relatis intelligo, uos optimè de illo  
sentire: nisi quod Mehemetum Prophe-  
tam Dei magnum, parui faciatis.

Quid nobis cum Mahumeti nugis, &  
somnia: nam praeter baptismum & myste-  
rium Trinitatis, quae a nobis accepit Christianis,  
scimus in suo Alcorano non habe-  
re quicquam, quod ad ueritatem spectet.

Cæterum, citauit illi nugas uel somnia  
potius Machometi de duobus Angelis,  
Aroth, & Maroth nominatis: quos Ma-  
chomet a Deo in terram missos fuisse nar-  
rat,

rat, ut ius mortalibus administrarent: quibus iussit ne uinum biberent, nec mulieribus sese admiserent, neq; alicui ad superos iter ostenderent. Qui transgresso mandato diuino, inebriati sunt à muliere decepti, coiquinati sunt, eisq; iter ad superos eundi ostenderunt.

Quam cùm Deus in cœlum uenire uidisset: Angelos sibi astantes interrogauit: quis nam hic in cœlum hac forma indutus uenirete?

Ibi Angeli, cùm narrasset errorem esse Arothi, & Marothi, iussit: ut mulier in stellam conuerteretur, Angelos uero concatanatos in unum puteum, perpetuo crucianos mittere præcepit.

Et huiusmodi ridiculosa multa: ut de animali El Barahil, humani sermonis capacis, quod animal Mehemetum in cœlum tulit, ubi Mehemet faretur se uidisse Angelos magnos, habentes multa capita, & ea multas & diuersas linguas habere. Hoc profectò satis ridiculosum, & prophetam dictu minimè dignum, sed nescio inquam: forsitan uino repletus in somnio talia miracula, seu potius portenta ridiculosa, se somniasse uidit. Igitur cùm huiuscmodi nugas narrare, & suo Alcorano inferere est ausus: non uerus propheta, sed pseudo-propheta,

propheta, merito ab omnibus nobis uocari debet. Quibus auditis, pudore affectus surrexit, & de cetero disputare noluit: sed introduxit me in templum, ostendit imagines sculptas in ligno, rogauitque utrum nos eas similitudines hominum adoramus, aut si eas ueneramur: cui respondi, Nequaquam opineris nos ligna, lapides, ex quibus haec imagines sculptae sunt adorare: sed ea ratione in templo seruamus, ac ueneramur, non quo res quædam sunt, sed ratione ea qua nobis Christum Deum, D. Virginem, uel aliquem ex diuis coelo ascriptis, effigiant, ob oculos ponimus. Christum autem uerum Deum in eius imaginibus adoramus, & ceteros sanctos ueneramur, obseruamus, honore prosequimur, quod & uos nec regibus, aut insignibus uitis degatis, nos autem iam Deo consecratis, nulla labe commaculatis, hisque quos & Deus sic uoluit honorari.

Rursus ut Deo gratias agamus de beneficijs, quæ in istis intelligimus ab eius clementia condonatis. Præterea ut inuocato eorundem præsidio, Deum habeamus in auxilium, clementem & propitium. Postremo ut discamus, & laboremus eorundem sanctimoniam, charitatem, pietatem, que imitari.

Ibi

Ibi inter colloquendum, uidit canes in templo deambulare & indumenta altariū commaculare rem profectō pessimam, & consuetudinem hanc, ab omnibus uituperandam dixit,

An bestias templum ingredi liceat? Ibi pudore affectus, ignorabā quomodo defendem hanc Christianorum pastorum negligentiam, respondi tamen, non licere, nec esse honesta, sed custodū templi negligentia id factū putā.

Vbi autem hæc intellexisset, laudauit plurimūm rōgauitq; ut docerem eum orationem dominicām, quam illi in Turcicū sermonem uersam, eo modo, quo supra fōlio 51, posuimus, sum interpretatus.

### VATICINIVM INFIDELIVM lingua Turcica.

**P**Atissahomox ghelur, Ciaferun menleteti a luri, keuzul almai alur, Kapzeiler, iedi y ladegh Giaur Keleci esitmasse, on itiy ladegh on laron beghligh eder: cui iapar, baghi diker bahcsai baglar, oglı kezi olur: onichi yldenssora Hristianon Keleci esichar, ol Turki gheressine ius chure.

V S E:

## SEQVITVR I N T E R

pretatio eiusdem.



MPERATOR noster ueniet, ethnici Principis regnū capier, rubrum quoq; pōnum capiet, in suam potestatem rediget: quod si leptimum usque annum Christianorum gladius non insurrexit, usque ad duodecimum annū eis dominabitur. Domos ædificabit, uineas plantabit, hortos sepibus emuniet, liberos p̄creabit, & post duodecimum annum (ex quo rubrum pōnum in illius potestatem redactū fuerit) apparebit Christianorū gladius, qui Turcam quaquauersum in fugam aget.

Sequitur commentarius.

**P**atissahomoz est nomen dignitatis, compositum cum pro nomine pluralis numeri, & significat Rex noster, siue Imperator noster. Solent enim eodem nomine dignitatis Romanum Cæsarem, simul & reliquos Reges Christianorum appellare, ut Vrum patissah, id est, Romanus Imperator: Vngruz patissah, id est, Hungarus Rex, & Frankpatissah, id est, Gallus Rex. Quare non attribuitur inferioris conditionis magnatibus nisi Imperatoribus & Regibus, Patissah:

**T**urcicah plerunq; etiam pro Duce ab eis accipiatur, nec abs re:cum dux à ducendo sit datus. id tamen nemo debet dubitare, quin ille uates Turcicus, per istud uocabulum Patissah, aliquem potentissimum Tyrannū ad Christianos opprimendos (hoc loco) suis sequacibus uoluit significare. Præterea & Rex Persarum eodem nomine ab ipsis solet appellari; sed sæpius fit, ut uocetur Sultan, quod nomen designat Principem, ut *Sahi Sultan Zmai*, quia hic modernus Rex Persarum Sophi habet proprium nomen *Zmail*, quod significat Ismahelem. Habant & aliud nomen dignitatis Regum, *Hunker*, sed hoc nomine nullū audiui uel ex Christianorū, uel infidelium Regib. appellarī, præterquam ipsum Suleimannum eorū Regē, qui nunc rerū potitur: quod tamen nescio an significet Hunnorū dominus. Id enim Germanica propemodū uox indicare uidetur *Hunch heer*, id est, Hunnorū dominus. *Ghelur*, est uerbum futuri temporis quod significat ueniet.

**C**haferum, est nomen, quod significat gentilem siue Ethnicum. Solent enim omnes Christianos hoc nomine appellare, quāvis etiā alia habeat uocabula ad interpellādos Christianos, ut sunt *Cyaur*, & *Kaur* sed *Cyaur*, unū significat hominem, si nō addas

lar terminationē, que apposita fit pluralis, ut *Gyaur*, siue *Kaur*, id est, *Christianus*: *Gyaur-lar*, siue *Kaur-lar*, id est, *Christiani*. Sed *Csiafer*, etiam sine illa terminacione, que plurali at tribuitur numero, multitudinem nationū designat: sed quia textus habet *Csiafer-un*, estq; genitiui casus per additionem un, ut *Csiafer*, id est, *gentilis in nominatiuo*, *Csiafer-un*, id est, *gentilis in genitiuo*, quasi diceret *gentilis Regis*, uel *gentilium*.

*Memleket*, significat *Regnum*, quamvis & alia habeat diuersa uocabula ad significandum *Regnum*, ut *Istan*: quia cum Italīæ, siue Franciæ, aut etiam Hispaniæ Regnorum mentionem faciunt, tunc dicunt *Frankistan*: quod significat tam Italorum, Gallorum, quam Hispanorum regna. *Frank* significat hominem harum regionum, ut *Frank Gyaur*, id est, *Italus*, *Gallus*, uel *Hispanus Christianus*. Cæterū cùm Græciam nominare uolunt, mutant uocabulum dicentes, *Vrum elli*, id est, *Græcia*, & nō *Vrum istan*, id est, *Græcum regnum*. Solent interdum & *Vrum memleket* dicere, & tunc intelligunt totum Imperium Græcorum. In summa hoc uocabulum *memleket*, Imperium potius significare uult, quam Regnum apud illas Turcarum ac Persarum nationes.

*Alur*, est uerbum, & significat capiet, siue acci-

accipiet. *Kuzul almi*, est nomen, quod significat rubrum pomum, quia *Kuzul*, significat colorem rubrum, & *alma*, pomum, & dicunt esse urbem aliquam fortissimam & amplissimam Imperialem. Et interdum oritur quæstio inter doctiores hāc ob causam, quia alij uolunt interpretari illud uocabulum urbem Constantinopolitanam, eo quod in nōnullis eorum uoluminibus dupliciter legitur, uidelicet, *Kusulabnai*, & *Vrumpapai*, id est, rubrum pomum, per quod nonnulli uolunt intelligere Budam, siue Græcum sacerdotem uel Patriarcham: quia, ut iam diximus, *Vrum*, significat Græcum, eo quod olim erat sub Imperio Romano tota Græcia, & est corruptum per adiunctionem ulteræ in principio, & mutatione in u, quia huic nomini *Vrum*, si demas primum u, & medium mutetur in o, erit Rom. Itaque multi sunt huius opinionis, quod significet Imperium Cōstantinopolitanum, nonnulli Romanum.

*Kapzeiler* est uerbum, & significat oppri-  
mere iugo seruitutis: & nemo dubitat il-  
lorum tyrannicam afflictionem esse crude-  
lem oppressionem, quod facile probabūt  
iij, qui eorum captiuitatem & tributi exac-  
tionem experti sunt, quemadmodū sunt  
Græci, Armenij, Thraces, prout facile

potuerant intelligere, si qui legerūt præcedentia de Afflictione captiuorum.

*Iediyladegh septimum annum usque post captionem eius loci supra dicti. Gyaur telec sichmasse, id est, ethnicus, siue genitilis gladius si non apparuerit, & contra illum non surrexerit. Putant hæc fata anni septimi in potestate Christianorū esse, qui si uellent communi opera gladium cōtra ipsos strigere, haud dubie essent plena uictoria positi. Verū quo minus id fiat, nostram ignauiam in culpa esse, dum mutuò inter nos bello ciuili digladiamur, uel turpi ostio consenescimus.*

*Onychy gyledech, hoc est, usque ad annum duo decimum. Onlarum begligheder, id est, eorum (uidelicet Ethnicorum) dominabitur. Verū quia neque post septimum, neque post duodecimum annum ( capto imperio Constantinopolitano ) Christianorum cōtra ipsos gladius præliauit, iam enim ferè ad centum annos tota Thracia, & Imperium Orientale est sub eorum ditione, augurantur aliam Imperij sedem sub nomine rubri pomi significari. Ita certum & diffinitum temporis spaciū intel ligetur, cūm res extiterit.*

*Eufi iaper, id est, domum ædificabit. Sed miror*

miror unde illis id, & quomodo sint intel-  
ligenda hæc uerba. Nam hi non adeo in  
ædificandis domibus (ut nostri) sunt cu-  
riosi, sed ædificatas potius expugnandi  
curam habent, quod etiam indies eos af-  
sequi uidemus: non enim exponunt the-  
sauros in ædificia, quæ ad propriam uo-  
luptatem, & priuatam utilitatem seu de-  
lectationem spectant, sed in publicū com-  
modum potius, & communem utilita-  
tem conseruant. Quamobrem per ædifi-  
cationem domus significari putant, quod  
templa nostra suo Mehemmeto sit dedica-  
turus. sed nescio, an nos ista in dignitate  
iram diuinam prouocemus, dum alias  
cum canibus tanquam uenator in templo  
obambulat, aliis de fœnore, aliis de scor-  
to garriat, alias ad templum nunc ur-  
nam, nunc oletum faciat, qualia neque in-  
ter infideles quisquam uidere potest. Cre-  
dibile est profectò quod propter hanc ir-  
reuerentiam Deus ipse malit nostra tem-  
pla sub Mehemmeto, quam sub nobis es-  
se: sed quod id fiat, est culpa templi cu-  
stodum.

*Bagli dilar, id est, vineam plantabit. Per  
vineæ plantationē, nouas colonias & gen-  
tium e suis sedibus emigrationes intelli-  
gunt, & sui Imperij dilationem.*

Bahesai, id est, hortos siue illas plantatiōnes uinearū, id est, urbes & arces captas.

Baglar, id est, emuniet. Subintelligūt, nouas prouincias undecunq; munier, ut recuperatu sint difficillimae. Et hoc est mirū, quod à tot annis postquam incœpit saeuire, ita muniuit, ut ne pagum quidem ab eo recuperare potuerimus.

Oglutezi olur, id est, filium & filiam habebit. Hic per procreationem liberorum interpretantur propagationem Mehemedtanæ gentis: ut manifestum est omnibus, illam esse instantum propagatam, & multiplicatam, ut nihil suprà. Itaq; iam nihil aliud restat, nisi interitus & diminutio fidei & nationis eorum.

Oniki yldenssora, id est, post duodecimum annum. Hristianon, id est, Christianus. Keleci, id est, gladius. Cisar, id est, insurget seu apparebit. Id quoq; apud illos in controuersia est, utrum gladius ille, quo Christianorum natio in libertatem vindicabitur, talionem Mehemedtanis reddet, atq; Rex aliquis Christianus magnis copijs totum imperium Turcarum sit expugnaturus, an pastor aliquis Christianus sua doctrina Turcas sit conuersurus ad nostram religionem.

Quamobrem (ut dixi) ultima uerba hu  
ius

ius oraculi, uiri cum gemitu, pueri cum fle-  
tu, mulierculæ cum planctu & eiulatione  
excipient. Utinam tandem Itali sua pila,  
Hispani suas lanceas, Galli sua gesa, Angli  
suas balistas, Germani & Hungari suas fra-  
meas, cōtra istos canes fidei (ipsis, ut ita di-  
cam, satis damnatos) dīstringere uelint: sed  
discordia nostri temporis est quæ solum-  
modo moratur nostras uictorias, à nostris  
rebus. Sed redeamus ad uerba uaticinij de  
interitu eorum.

Turchi, id est, Turcam ipsum hactenus re-  
gnantem. Gheressine, id est, retrorsum unde  
egressus est, adeò ut uel ad latebras Bithy-  
nie, unde primum erupit, uel in Scythiam,  
unde originem traxit ille Christianus gla-  
dius.

Taschure, id est, pellet siue profligabit. Cæ-  
terum, quia ille gladius uindex nesciatur  
unde oritur sit, certè Turcæ, siue aliun-  
de metu concepto, non permittunt Christianis  
ullum usum gladiorum aut armo-  
rum: quanquam né sic quidem tuti sunt à  
Christianis sœutijs, qui dominos suos  
nunc dentali, nunc ligone, aut stipite ma-  
ctant. Utinam Christiani Principes istis fa-  
talibus uictorijs sese præpararent, & obsi-  
sterent, ne ulterius uires Mehemetano-  
rum crescant, quæ iam plus nimio creue-  
runt.

114 DE TVRCIS VATICINIVM.

gunt. Quis dubitaret, quin hic Christianorum gladius (de quo uates Turcicus loquitur) nostrarum tot calamitatum, persecutionum & afflictionum futurus sit uindex, atque illo Satanæ regno destructo, fratres nostros Christianos, grauissimo servitutis iugo oppressos, simul atque uniuersum orbem Christianū, tot periculis subiectum & obnoxium, in libertatem, pacem, & tranquillitatem afferat, restituatque Sectaçōe eorum diabolica, ad nihilum redacta, totque perditas animas, ad Christi cultum atque ouile, unumque pastorem Christū, quam facilimē (ut in antecedentī capitulo, copiose dictum est) breui tempore, Euangelicā prædicationis uirtute, compellendo reducat. Quod ut breui nobis concedatur, precetur Pater, per Filium, & Spiritum sanctum: qui est semper benedictus, gloriosus & laudabilis Deus in Trinitate, per infinita secula seculorum,

A M B N.

R E V E.

REVERENDO ET  
DOCTISSIMO PATRI  
M A G I S T R O G V L I E L M O  
Fathers, sacre Theologie Professori, in Collegio Sor-  
bonæ Parisiæ, amico nostro charissimo, Bessario Epis-  
copus Sabiniensis Cardinalis, Patriarcha Con-  
stantinopolitanus Ni-  
cenus.



E V E R E N D E & Doctissime Ami-  
ce noster charissime, audimus non so-  
lum in philosophia & sacrarum lite-  
rarum cognitione nos elaborasse, sed  
etiam in eloquentiæ studijs dicendiq; ratione diu-  
uersatos, eaç mirificè delestanti. Quo in genere et si  
nihil habemus quod magnopere cupere debeatis,  
tamen mittere statuimus orationes quasdam hoc  
tempore à nobis xditas pro grauissimis periculis,  
quaꝝ Italiz Christianisq; omnibus imminent, non  
magis quidem, ut uel sermonis puritatem uel ora-  
tionis uim ac præstantiam desyderetis, quam ut in-  
telligatis, quanta malorum procella in Christianæ  
reipublicæ capita & fortunas impendent, remq; &  
apud Serenissimum regem, & apud alios, qui opem  
ita maximè ferre debent, ut possunt, explicetis to-  
tam, ac persuadetis, quod potius acerbū est, quam  
obscure.

obscurnum, non exarsuram Italiam tantis malorum  
incendijs, quin flamarum globos longius eu-  
mat. Id ne accedat, cum regnorum omnium causa  
optare debent, quorum salus in discrimen adduci-  
tur: tunc propter immortalem Deum, cuius religio  
sanctissima texatur ac trahitur ad interitum magna  
Christianorum omni clade. Valete ex Urbe, die de-  
cimo tertio Decembris, anno millesimo qua-  
dringentesimo septua-  
gesimo.

BESSARIO, CAR-  
DINALIS NICENVS, IN-  
CLYTIS ATQVB ILLV.

*strissimis Italie principi-*

*bis,*



V V M Nonis Sextilibus Illustrissimi  
principes infelicissimum illud no-  
rum Euboicæ euersionis ad nos pri-  
mum allatum fuisse, essem⁹ supra,  
quidam dici potest, animo anxius, atq; sollicitus, ut  
uix respitandi causam uiderer habiturus: accidit for-  
tè fortuna ut eo ipso die dum ita essem affectus Ab-  
batis cuiusdam, uiri optimi Bessarionis literas à Nea  
poli, ubi nunc monasterio sancti Seuerini ex consor-  
tio beatæ Iustinæ est præfectus, acceperim, quibus ad  
me scribebat Maiestatem Regiam miro quodam as-  
nimi studio ad propugnationem Christianæ fidei, &  
immanissimi hostis nostri interitum ardenter at-  
que inflamatam esse: illis mox respondi, & ut lite-  
ras meas Celsitudini regiæ ostenderent, monui. Duas  
præterea orationes pro tanta rei magnitudine, ac pe-  
riculis Christianæ recipublicæ imminentibus, edidi.  
Altera demonstratum est fortunam, periculaq; ista  
ad omnes pertinere. Altera uos Italie optimi Prin-  
cipes, ad concordiam, bellumq; in hostes decernen-  
dum, cohortatus sum: id enim meo conuenire offi-  
cio putau. At quum facilius auditores persuaderi

soleant, quod grauior auctoritas; & fides dicendi tribuitur, Demosthenis philosophi nobilissimi, summi oratoris orationem, quam in eius generis causa habuit, è Græca lingua, in Latinam conuerti, plane, ut omnes intelligent, me, neq; iutuilia, nec amississimorum virorum opinionibus aliena consuleat. Ea omnia uobis mittenda censui, ut, aut ipsi legatis, quā per publica negocia, quæ multa quidem, & grauia sunt, licuerit, aut alijs legenda, atq; referenda traditis. Sunt enim cunctis nobis principibus communia. Qui, ut feliciter huic nobilissimæ prædictæ præstis: ita, ut in posterum fælicius eam cogatis, & nos optamus, & uos canari debetis.

B E S.

BESSARIONIS QVÆ  
 RELAE AD MONACHVM ET  
 ABBATEM QVENDAM, DB  
*Christianorum clade in Chalcide*  
*Eubαιā.*

**D**EPLORANTI mihi nuper Christianorum hominum calamitates, & acerbissimā Chalcidis Euboiae euersionem, litanie abs te redditæ fuerunt : in quibus, quū ea legíssem, quæ de regiæ maiestatis animo, studioq; non mediocri, ad fidem Christi tutandam, perscripsisti, collegi paululum mentem & respirauit, cœpiq; optare uehementer ut re præstet, quod uerbis i- sum promissse affirmas. Sed nos infelices : uereor ne criminibus nostris ab immortalis Deo deserti, crudeliora prætereat, & grauiora patiamur. Demum percūctando, alter alterum expectando, culpam in alios reñciendo, ad ultimam labamur perniciem. O' miseros Christianos: o' cæcos Italos: accelerandum est Bessario, Ut uel ex hoc sæculo, Deo uolente, migremus in æuum illud sempiternum, uel in aliam aliquam regionem aduolemus. Non expectemus certe Turcum inuadentem in Italiā;

Hiām: hūc spectat (crede mihi) hoc agit: ad  
hoc se comparat: hoc conatu omni & stu-  
dio contendit: & dicam? dicam planè, proli-  
dolor assequetur, quod cupit, nīsi Italia tā-  
dem aliquando relipiscat: nīsi à somno ca-  
pitali, quo paulatim extinguitur, expergi-  
scatur, nīsi concors, atq; uno consensu for-  
titer, totis'q; uiribus tanto furori resistat: ni-  
si omissis figmentis causis, quas iactare so-  
let, ut iustæ uideantur, inani uerborum fu-  
co, re ipsa, opera, armis, crucis hostes ado-  
riatur. Versabatur olim in discrimine By-  
zantium, nulla Italiæ pars misit subsidia,  
rem alienam putabant omnes, periculum  
ad se non pertinere, falso credebant. Atqui  
postea senserunt, quot mala experti sunt:  
quot Christianorum fortunæ, opes, impe-  
ria, in Turcorum dominationem redactæ.  
Trapezuntiorum, Synopensium, Mitylæ  
neorum, Peloponnesiorū, Cariæ, Ciliciæ,  
Mysia, Pannoniæ inferioris, Epyrotarum,  
Illyricorum magna ex parte, postremo Eu-  
boicorū. Quid ita? Quia noluerunt, quin-  
quaginta millium aureorum sumptu, in  
tempore opitulari Byzantio, & ab ea com-  
munem hostem propulsare. Inde nimis  
hæc omnia iurè perditum, & tanq; ouilis  
foribus cōfractis, lupus in oues impetū fe-  
tit, inter earū latera uersatur, insultat cædi-  
bus,

exdibus, surit, & tamen eorum, quæ amissimus, unum quodq; certies millenis milibus, non imprudenter emeretur, in modo utero numero infinito quinquaginta millia superat. Quid nobis cum Græcis? Quid cum Myſijs, Illyrijs? Pannotibus? pereat, inquiunt. Quid nobis? nobis boni sit: intereant alij. Huc ades bene uirita est, siquidem libertas tua seruari poterit: at non intelligis tuis uiribus: Tuæ enim Christianorum uires sunt, tuis, inquam, exhaustis uiribus, tanto te imbecillorem, & infestorem fore, quanto hostis tuus superior, ac potentior euaderet: cum quo tandem tibi dimicandum est, satis enim uideberis ab hoste impetrasse, si quod Polyphemus Ulyssi (ut est in fabulis) tibi dederit, ut ultimus cōficiare, tibi uel inuitò cedendum erit, & seruitus subeunda, quæ, quum per se turpius sit, tamen conditione Domini est turpissima: Obsessa est Chalcis in Eubœa, urbs quondam florentissima undē Cumas in Campaniam dēducta est Colonia: unde homines manarunt, qui Neapolim incoluerunt, ui capta, euersa, ferro, igniq; consumpta: Classis Turcorum amplissima per totum Hellespontum uagatur: fugatus est naualis Venetorum exercitus, aufigit, latitat, cedit loco, Turci uictos

riæ furorem superbissimum in omnes insulas illas debacchantur: auertunt omnem ordinem, æratem, sexum in prædā, uastant agros, depopulantur. Quid ad nos? Venetis curæ sit: rectè cum eis actum est: utile esset, si grauioribus incommodis conflictarentur, quietius cæteri, & securius uiuemus, tantum ocio nostro accedit, quācum illis Imperij demitur. Si quis est, qui malis istis ingemiscat, is Venetus est, Venetoru partibus fauet, nō est audiendus, contemnendus est: O' turpem hominum ignorantiam, o' uecordiam, o' insanabile odium, o' inimicitias stultas & inauditas, quæ in auctorum uiscera sœulunt, quamuis in alios suscepτæ uideantur. Veni Bessario, fugiamus simul, proximus tu es periculo, ego pximus, paulo enim post præstò erit Brun dusij navalis Turcorum exercitus, præstò Neapoli, præstò Rome, iam ita mari dominantur, Venetis cedentibus: quemadmodum terra, ita istis cōsultantibus, traīcient in Apuliam multa militum millia, quibus abundant. Ab his quotidiē fieri incuriosines in agrum Neapolitanum, in Romanū: cedamus, inquam, rato turbini, ne nos pariter hi cōprimat: infensi illi quidem sunt nomine meo, & tibi propter me: tametsi nullo eos unquam affeci incommodo, aut laces-

lascissimū nō sanē, quia uoluerim : sed quid  
non potui. Locutus sum multa, cūm alibi,  
tum in senatu, nunquā destiti suadere, mo-  
nere, prædicere, rogare, non defuit uolun-  
tas, quæ inimicissima illis est, hanc acriter  
ulciscuntur: ueni, demus locum iræ, hui de-  
lirat Bessario, insanit, senex, frigidus, timi-  
dus est, profecto, mi Bessario, non insanit  
Bessario. Tu es mihi testis, quum Boni-  
nię essemus, & adhuc Paschalis nuncupas-  
teris, atq; allatus esset infœlicissimus ille,  
de urbis Byzantinæ excidio nuncius, ea  
omnia, quæ postea consequuta sunt, me,  
futura prædixisse : non ea sane de causa,  
quod uel prudentia excellenti, uel diuina-  
tionis furore aliqua dispicerem, quæ alij  
non cernerent, sed quod omnibus, qui pri-  
uatis studijs, & affectibus uacui essent, ea  
omnia palam erant, & in promptu. Tum  
sibilis uulgi, honestorum sermonibus ex-  
plodebar, iudicabant dementem, somnij  
deditum, risus de me non partius (ut scis)  
excitatus est: sed tamen proh dolor, euene-  
runt omnia, ut prædixi: caueant, qui hæc  
audiunt, ne idem accidat in posterum.  
Non est timidus Bessario, in subeundis pe-  
riculis, timidus est in prospiciendis, pos-  
set adhuc inermis monachus, senex, mai-  
orem animum, & præ se ferre, & præstare,

X 2      quam

quām isti persuasum habeant, modò Christiani principes uellent facere, quod possunt, quod debent. Iret ipse in hostem cum militibus, cum cohortibus armatis, cum propugnatoribus crucis, ita quidem instructis, ut uires, ut copiae, ut legiones hostiles postulant. Quid agitamus ne isto animo cunctis, ad hoc dormientibus, dissidentibus inter se, altero alterius perniciem optantibus, & molientibus, unus ne Bessario cum altero: senes ambo, incerta ualetudine, viribus fracti, arcebunt tātum Turci impetum, potentissimi, furiosissimi, sanguinem Christianū anhelantissimum est, stultum, inutile: ueni, migremus aliud, relinquamus principibus Italie curā istam: nam & illi nos reliquerunt, atq; ob audiū iam diu, tanquam ē speculo clamātes, predicentes, proponentes ante oculos eorum pericula, optemus tamen adhuc ab immortali Deo Saluatore nostro, ut criminibus nostris ignoscat: & fidem, cuius & lator fuit, & auctor, quam ad seculorum finem nunquam occasurum pollicitus est, in tantis malis, quae, cūm impendent, tum urgent, tueatur, non intermittamus hortari, & rogare principes nostros, ut ad sacrorum cærimoniarum totius principatus ecclasticī salutem consilia omnia cōferant,

labo-

laborem, industriam, cogitationē, totum  
animum, atq; ingenium. Appellemus Si-  
ciliæ regem Florentissimum, rogemus, ut  
imperij sui finibus tutandis, neq; cura, ne-  
que opibus desit. Res ipsi erit cum hoste  
uicino, & potentissimo, consulant rebus-  
suis Tuscī, Ligures, Insubres, Veneti, cogi-  
tent quo pacto ab hostili sœvitia tuti sint.  
Nulla inter oues & lupos gratia, nullum  
inter prophanos homines, & Christianos  
ius amicitiæ est. Non donis, non muneri-  
bus placatur hostis, immanis, barbarus,  
nulla fœderis religione tenetur, perfidus,  
non mouetur misericordia, crudelissimus,  
dominari, præesse, imperare cupit, crurore  
& flamma cuncta delere uult, subiugare si-  
bi cunctos studet. Quis illum à tanto ui-  
ctoriæ cursu retardabit? peragrabit totum  
Siciliæ regnum: Romam usq; perueniet,  
quis erit impedimento? Hyperborei ne  
populi, & gentes remotissimæ: at illis tām  
nullus harum rerum sensus est, quām offi-  
cio alienum putant, pro aliena salute sese  
in discrimen offerre. Galli'ne, Britāni, Ger-  
mani, exteræ nationes? At procul sunt à  
periculo, non putant Italiam in medio pe-  
riculo magna rerum perturbatione uersan-  
tem, cessare, aut sopitam esse, quam infini-  
tis penè triumphis, & hostium spolijs de-

326 BESS. EXHOR. I. CON. TVRC.  
coratam esse sciunt. Itali'ne quibus hostib.  
imminet, quibus cædem, ferrum, seruitus  
tem, exilia denūciat, atq; ostentat? At, no-  
lunt, negligunt, nō possunt adduci, ut cre-  
dant, sese adeò propinquos esse periculis,  
fuis viribus confidunt nimiū, ut plane ue-  
rendum sit, ne in suis potius, quam in ho-  
stis finibus castrametari atque exercitū ale-  
re cogantur. Veni iam Bessario petamus  
solitudinem & deserta loca, satis ex rerum  
civiliū statu percepimus, parū nobis ui-  
tæ supereft, & mihi qui senior sum, & tibi,  
qui imbecillior, si aliquam in re consilio rū  
nostrorū uocis, corporis reipublicæ Chri-  
stianæ usus effet, manendum sanè adhuc  
censerem, adhuc laborandum. Ego uero  
iam tot annis conatis quoad potui nihil  
hac dignitate profeci. Tu quamuis tui or-  
dinis hominibus proflis, plus tamen profi-  
cies mecum in rebus contemplandis, ubi  
fi in desidia ista persistant Christiani, soli  
Deo uiuā, & nobis ipsis. Alet nos qui cœ-  
li uolatilia, & bestias agri sua clementia fa-  
ciat, neq; graue aut difficile fore arbitror  
diuinæ libertati, duos homunctiones, per  
quām breui tempore, quod nobis reli-  
quum est, suis opibus susten-  
tare. Vale.

B E S.

BESSARIONIS CAR-  
DINALIS AD PROCE-  
RES ITALIAE DE PERI-

culis imminentibus, Oratio Se-  
cunda.



VLTA sunt profecto ILLV-  
STRISSIMI INCLY-  
TI QVE Italiæ principes, que  
ad rem, de qua consulimur co-  
gitanda, dicenda, ac facienda à nobis sunt:  
ea omnia si persequi in presentia uelimus,  
nec nos seruare modum in dicendo, nec  
uos in augendo molestia carere poteritis.  
Reliquis igitur in aliud tempus reserua-  
tis, de una tantum particula differemus, &  
ea quidem per necessaria, quæ si fatis à no-  
bis explicari possit: ita ut animis uestris  
inhæreat, ac ueritatem cogitatione attin-  
gere ualeatis, facilis ad reliqua futura est  
uia, ut nihil amplius arduum uideri que-  
at. Id uero facile nos consecuturos arbitra-  
mur, si probabilibus documentis, & ratio-  
nibus ostendere poterimus maxima hæc,  
quæ impendere cernimus pericula, & gra-  
uissimos atque acerbissimos casus, non u-  
nius aut alterius, non trium esse, sed totius

Christianæ reip. & in primis Italiam cōmu-  
nia, et si enim alijs quidem prius, alijs uero  
posteriorius tanta calamitas imminet, ad ex-  
tremum tamē una omnium futura est  
pernicies. Achuius hostis nostri tanta a-  
nimī uastitas, utinam falsi uates sumus, o-  
mnibus tandem miserum atque ignomi-  
niōsum exitium allatura, nisi fortiter ma-  
gno animo, totisq; uiribus resistatur, qua  
in re si omnes in meam sententiam persua-  
dere potuero, ut non aliter, atque ego sen-  
tio, & uerum est, ipsi quoque sentiant, ma-  
gnam profecto rem fecisse, nec dimidium  
totius, (ut ille inquit) sed opus integrum  
me absoluisse arbitror. Quis enim adeo  
infirmi atque imbecilli animi est, adeo sui  
negligens, & propriæ salutis oblitus, qui  
si uiderit Dei immortales templa, domos,  
sedes, aras, focos, sepulchra maiorum, le-  
ges, libertatem, liberos, patriam in pericu-  
lo uersari: non excitetur aduersus hostem,  
& non modò fortunas omnes, quas aut ha-  
bet, aut habiturus est: sed uitam ipsam in  
discrimen offerat, & cum dignitate cadere  
malit, quam cum ignominia seruire? Itaq;  
perpetua oratione nobis enitendum, non  
ut uobis principibus sapientissimis, qui-  
bus hæc sunt magis explorata, quam no-  
bis, ista persuadeamus, sed ut ante oculos

īs periculum proponamus, qui dum pro-  
cul admodum à periculo se abesse putant,  
futura prospicere nequeunt. Iuuat igitur  
primum omnium de origine, & genere, ac  
uiribus Turcorum breuiter aliquid com-  
memorare, planè ut omnes intelligāt, hæc  
Atumanorum familiæ minima Turcorū  
pars, à quam paruo humiliq; principio,  
quam breui tempore, solertia, diligentia,  
ac uigilantia sua, in tantum fastigium ue-  
nerit, ut iam non modò reliquis nationi-  
bus, sed ipsi prouinciarum nobilissimæ  
potentissimæq; Italiæ, & imperare assue-  
tæ, stupori ac formidini sit. Turcarum na-  
tio quum aliquandiu Persiam, Mediæm,  
Babyloniam, Arabiam, Syriam, & nōn ul-  
las alias superioris Asiæ partes tenuisset,  
tandem cum ab incolis sese in libertatem  
uindicantibus, tū ab alijs Hyperboreis po-  
pulis inde expulsa, ad inferioris Asiæ par-  
tes confluxit, atque ibi multis uarijsq; bel-  
lis, cum Græcorum imperio, Marce anci-  
piti gestis, ita ad extremum superior eua-  
sit, ut Pamphiliam, Ciliciam, Lyciam, Pa-  
phagoniam, reliquaq; omnia illa loça in  
ditionem redegerit. Sed pace fortis parta,  
seditio domi orta est. Nam de imperio in-  
ter se ferro dimicare cœperunt. Erant in-  
ter eos septem nobiliores familiae, ad quas

## 330 BESSARION. EXHORTAT. II.

factionum rerumq; omnium summa defe-  
rebatur, hæ bellorum diuturnitate fessæ,  
eas quas diximus prouincias, forte po-  
tius, quam armis diuidere, ac partiri inter  
se statuerunt: ita, quod per exiguum &  
tenue admodum imperiū erat, in septem  
partes diuisum est. Atumanorum familię,  
ex qua octauus iam regnat, nostro tempo-  
re Turcarum p̄inceps, Cilicia locaç; fini-  
tima obuenerūt. Hæc Turcorum res, hoc  
initium, inde tanti terroris origo, interie-  
cto deinde tempore, huius qui nūc regnat  
Turci atauus, à quo hic sextus ordine re-  
gni sceptrum accepit, non uiribus, non  
diuitijs, non militum numero, non impe-  
perij magnitudine fretus, sed ob ciuiles di-  
scordias accersitus à Græcis in Europam  
trafecit. Annus nunc ferme agitur centesi-  
mus & trigesimus non tam ijs aduersus,  
quod prouocatus fuerat, quam ijs, qui ac-  
cessuerāt pernitosus, & pestilentissimus  
paulatim enim serpens, ac sibi, non amicis  
imperium comparans, usq; adeò auxit ui-  
res, ut uolentes postea eum ejcere, non po-  
tuerint. Satis se effecisse arbitrati, si foedere  
icto, æquis cum eo legibus uiuere impetra-  
rent, atqui res aliter quam opinati fuerāt,  
euenit. Etenim gens barbara, atque inops,  
simul hanc dulcedinem frugū & suavitatē  
diui-

diuitiarum gustare cœpit, nullum cupiditatis terminum statuit. Ex paruo itaque & debili initio, usque adeo eorum uires centum, & triginta annorum spacio creuerunt, ut iam non parua Europæ parte occupata, nec Danubij profundissimus amnis, nec Illyrij asperrimi montes, eorum impetum retardare possint, quin flumine transmisso, & locorum difficultatibus superatis, illic per omnem Pannoniā crassentur, hinc in medium usq; Germaniam, & Hydros, & Forum Iulij penetrant, depopulantes, ac foedantes omnia, ac flores illos pruinciarum, ferro ignisq; ustantes. Quo loco illis in primis à nobis animaduertendū censeo, quamuis omnia, eo quod diximus temporis spacio fecerint, plura tamen postremo quadraginta annis, quam nonaginta illis superiorib. fecisse: ita enim natura cōparatū est, ut principia uirtute quidē ac uitribus maiora sint, magnitudine uero, copiaq; uincatur, ex his itē quadraginta annis, lōgē plura his decē & septē patrassē, q; tribus & uiginti prioribus: plura immanis ista belua Christianorum sanguinem semper anhelans post Byzantium excidiū solus gesit, quā pater eius atq; auus, per omnem uitā fecere, decem ut sūpē à nobis explicatum est; Interea regnis occupatis,

ut palam omnibus sit, quo' magis eius ui-  
res augentur, eo deinde minore, negotio  
quoscunque, aggredi uoluerit, posse supe-  
rare, quemadmodum enim in disciplinis  
atque artibus, & omni actionis genere ge-  
ri uidimus, ut maior sit postremo quoque  
animo, quam omnibus superioribus pro-  
fектus: unde illud quoque uulgo dici so-  
let, ditescere homini difficile esse, in im-  
mensum uero diuitias augere facillimum:  
ita in rebus quoque militaribus accidit, ut  
uincere difficile admodum sit, euagari po-  
stea per uictorias, nullius laboris. Quare  
persuadere sibi quisque facile potest, quid  
sceleratus hostis, quo nihil dici tetrius, ni-  
hil crudelius potest, proximo hoc quin-  
quennio facturus sit, tanta iam decem &  
septem annis potentia comparata, & prio-  
ri eius potentiae addita. Magnæ sunt eius  
uires, inexhausta cupiditas, immensa do-  
minandi libido, scientia rei militaris, ætas  
florida, corpus laboribus assuetum: an igi-  
tur cum uelit, & possit, & sciat, dubitare a-  
liquis potest, quin toto animo, tota men-  
te, in nos dies, noctesque feratur: an uero ar-  
matum præstolamur domi oscitantes, ut  
tunc demum credamus, quum eum ante  
oculos nostros uirus exhalentem uidebi-  
mus: non decet profecto, nec Italorum po-  
tentia;

centię fas est dicere, non PVTARA' M, propria Itali sanguinis est prudentia, propria libertas, proprium imperium. Ande generare nobilissim⁹ animus, aut maioribus suis, & quem uoluit Deus cæteris imperare, seruire genti foedissim æ substinebitur: nihil putat Turcus se facere dignius posse, nihil nomini suo glorioſius, quam si in Italiam exercitum ducat, & imperare solitam prouinciam, suo addat imperio. At auī eius parentem, quem primum tracieſſe in Græciam diximus, quamuis paucorum oppidorum regulum diuinis colūt honoribus, & perpetua fama, ac sempiterna gloria celebrant, sanctum eum, ac beatum nominant, cœlestibus prædicant locatum sedibus, quod princeps bellum aduersus Christianos gesserit, & paucis quibusdam locis subiugatis, ea impiæ Mahometanæ ſectæ dicauerit: Quid eos tandem erga ſe facturos existimet, ſi cum tot alijs Christianis populis Italos quoque, quod etiam cogitare horret animus subiugarit? An uero gloriæ auī dum dubitare poterimus, quū hoc natura omnibus infit, præfertim principibus, & hic ſciat, nullum ſibi ad immortalitatē ampliorem patere campum. Nam de utilitate ambigere super uacuum certe uidetur. Quum enim ratio hæc

hæc bifariam diuidatur, & hinc quomo-  
do seruari quæ parta sunt, illinc quo pacto  
augeri queant, consideretur, qua tandem  
ratione tueri quæ habet, facilius ac certius  
possit, quam augendo principatum, & fi-  
nes imperij propagando. Solent medici in  
corporibus curandis, ea remedia adhiberi,  
quæ aliquando ipsisdem morborum generi-  
bus utilia experti sunt. Hoc idem Turco-  
rum Imperator facit, & hoc quasi medica-  
mentum quoddam, ad ea, quæ parta sunt  
conseruanda, saluberrimum ratus, eo semper  
per uititur, huic hæret, hoc frequentat, im-  
mutare hoc, ut aliud experiatur, non put-  
tat tutum, cupit ut par est, omnique cona-  
tu nititur conseruare imperium. Nullam  
ad id tutiorem esse viam intelligit, quâna  
cū aliena factura, vires suâs augere. Quod  
si assequi non posset, nulla nobis timoris  
ratio esset, nulla de rebus nostris dubita-  
tio. Sed me miserum mentiri in hac para-  
te, etiam uolens, non possum, nihil uni-  
quam alicui facilius fuit, adeo pecuniae nu-  
merus immensus, multitudo militum in-  
audita, ut cuius exercitum supra ducenta  
hominum millia sequuntur, classem ha-  
bet, quam superioribus diebus in expu-  
gnatione Chalcidis, non sine stupore audi-  
stis, quanta instruere uix omnis simul Ita-  
lia

lia posset. Erat ante hunc diem duntaxat terrestri exercitu potens, maris imperium adhuc nostris supererat, nunc uero, o cogitationem quoq; tantæ cladi acerbam, māre quoq; Christianis ablatum illis additū est. Licet ei iam libere uagari quolibet, omnis portus, omnes maritimas stationes liberas habent. Ambracium sinum, portum illum nobilissimum, Apolloniā, loca quidem Italiæ finitima, quæ olim Romanis in Græciam, eadem nunc illi via in Italiam erit, per quam breue fretum, breuissima nauigatio est, terrestre præterea iter, usque ad forum lulij, patens atq; apertum, mari terraq; cingere potest. Quid est, quod eum, uel non hortari, atq; impellere debeat, ad ea, quæ iamdiu animo proposuit perficienda, uel ab ijs deterrere possit, atq; auerteret? Audistis multos, qui illum sæpius Italiam optantem, Italiam sperantem, Italiam, ac Romam uociferantem intellexerunt, si, & cupit, & posse se sperat, nihil certe est, qd<sup>e</sup> eū possit ab hoc proposito remorari, præsertim dum Italos confidit, nunquam uno consensu, in se conspiraturos, nunquam aduersus se arma sumpturos: his ille contentionibus spem suam confirmat, & quæcunq; optat, sibi facile pollicetur. Referam quamuis nota sit, uulgo' fabellam, qua nuper

336 BESSARION. EXHORTAT. I<sup>E</sup>  
per usus dicitur, quū ex suis quidam dis-  
suadere ei bellum aduersus Christianos  
conatur. Nam quum ille formidandum  
esse diceret, né Christiani bello irritati, tan-  
dem in unum conuenirent, bellumq; ad-  
uersus eum communi consilio, & ope ge-  
rerent. At ridens meminisse tyrannus, in-  
quit, illius fabulæ conuenit, quum lupi a-  
liquando, magnam canum multitudinem  
aduentare, aduersus se forte intellexissent,  
ingensq; propterea terror eos occupasset,  
unus ex ijs, qui inter eos senior erat in pro-  
pinquum montem profectus, cacumen e-  
ius, ut canum specularetur aduentum, con-  
scendit. Verum, cum eos, multos quidem,  
sed diuersorum colorum esse cōspexisset,  
letus gestisq; ad suos reuersus, bono  
(inquit) esse animo, tanta enim est in ho-  
stibus nostris, colorum, morum, studio-  
rumq; diuersitas, ut consentire una, ac con-  
spirare in aliquem, simul omnes non pos-  
sint, singulos uero, si uenerint, absorbere,  
sine difficultate poterimus. Hæc est tyran-  
ni spes: hæc cogitatio, hoc consilium, nisi  
spe sua frustretur. Frustrabitur autem, si uo-  
lueritis, nunquam ferocem illum animum  
mitiorem reddere poterit. Habet enim in  
armis militem, decretis perpetuisq; stipen-  
dijs conductum, qui siue domi quiescat,  
siue

siue foris bella gerat, idem recipit ab æra-  
rio militari stipendium, nullo principis sui  
sumptu, atque eo nomine singulis annis  
ad imperatorem suum accedere; tureiu-  
rando adactus est; ei operam, & laborem  
polliceri. Habet præterea, longo rerum  
usu planè perspectum; & exploratum, non  
alia de causa, tantam gloriæ, fortunarum;  
impérij accessionem sibi factam esse, quam  
quod perpetuis bellorum laboribus, suos  
exercuit, hostes profligauit, à quo institu-  
to nunquam discedet, ne quod utile, quod  
gloriosum, quod necessarium sibi esse, in-  
telligit, stulte omittat. Quo pacto bone Ies-  
su sperare possumus, aut suspicari, illum  
non moliturum seruitutem, cædem, fidei  
nostræ interitum? Nonne ita natura com-  
paratum esse intelligit, ut nihil eodem situ  
permaneat, sed cuncta iugi, uario, nouo  
motu agantur; quod si amplum habet im-  
perium, idç rerum omniuum lege moueri  
oportet, nonne imminuetur, nisi augea-  
tur? ne putaueris Turcum augendi impe-  
rii studiosum, & cupidum, at certe est con-  
seruandi. Conseruare uero non poterit, nisi  
augeat, siquidem regressurum est, quod non sur-  
gat, ruiturum, quod non maius efficiatur.  
Qua confirmitas opinione, exercitum suū

X auget

auget indies, quem habet amplissimum, aliena inuadit, ne sua mittat. An uero sumptus ingentes, tot millium pericula, & uulnera, tot expeditiones grauissimas, atque alienissimo tempore, pro Mysiorum exiguo imperio, pro Tribalorum montibus asperrimis, pro Illyriorum penuria, eum suscepisse putatis pro Italia, aut opibus, pro agrorum ferocitate? pro suauitate frumentorum, pro hac ipsa luce, in qua uersari cupit, non maiora facturum? His arcem ponere, his praefidia collocare, ad reliquum orbem subiugandum cogitat, atque ita cogitat, aut per hostium suorum dissensionem, id se, facile consecuturum speret, eadem animo concipit, quæ Pyrrhus meditatur: ille enim fuso Romanorum exercitu, totum sibi terrarum orbis imperium planè pollicebatur. Quem, quum Cyneas Thessalus orator summus, uirque sapientissimus, ab Italiæ inuadendæ consilio abducere conaretur, egregij (inquit) bello Romanis esse dicuntur, magnoque uirorum fortium, & militum numero imperare, quod si eos superare nobis dij dederint, quid dum agemus Pyrrhe? quid erit (inquit) nobis? nulla præterea menia, nec Græca, neque Latina, Romanis superatis, nostrum imperium sustinere ualebunt. Totam è uestigio Italiam

Italiām occupabimūs, cuius cum amplitū  
dinē, tum uirtutē, mīnime ignoras, oc-  
cupata uero Italia, quid tum (inquit rex) fa-  
ciemus? proxima (inquit) Sicilia insula fœ-  
lix, & hominū multitudine frequentis,  
sima, sese nobis dederet, ea autem facile capi  
potest, nam seditionib⁹, bellis ciuilib⁹,  
magno rerum tumultu fluctuat. Tum Cy-  
neas, an tibi erit rex bellorum finis Siciliæ?  
Dñs (inquit) faueant Cynea, nam Lybiam,  
proximasq; prouincias, adoriri, & Cartha-  
ginem superare, facilissimum erit, quam Ag-  
athocles exigua classe profectus, parum  
abfuit, quin caperet. Quibus uictis, nullus  
nos amplius bello hostis laceſſere aude-  
bit, sed cūcti in ditionē uenient. Ita est (in-  
quit) Cyneas: constat enim, te Macedonia, <sup>totamq;</sup>  
Græciam in potestate habiturū,  
sed partis omnibus, quid tādem agemus?  
at ille ridēs, otio utemur (inquit) cōuiuīs,  
uoluptatibus, literarīs confabulationib⁹.  
At quid prohibet (inquit) nunc quoq; uo-  
luptatibus, otio isto uti, & disputationi-  
bus? quid tantis laboribus, molestīs, peri-  
culis querimus, quæ quum uolumus, effi-  
cere possumus? His uerbis Cyneas, regem  
potius offendit, quām à spe, & consilio in-  
stituto deterruit. Hæc uobis recensui, ut  
non defuisse cognoscatis, qui eadem cupi-

ditate incenderetur, qua Turcus inflamatus est. At Pyrrhus, num Cyneæ auctoritate, & uerbis, quo chariorem habebat neminem, non paucitate militum, non Romani hominis fama eximia, ab Italia deterrerit potuit, & Turcus non audebit: qui Pyrrho militum robore, finium magnitudine longe locupletior est, qui Italiam uiribus, & studijs dissipatam non ignorat, qui Pyrrhi gesta irridere solet, Alexandro suam exquare uirtutem. Nam Alexandrum Macedonum regem, ad res gerendas, ad æmulationem glorie, sibi imitandum proposuit, illum ipsum Alexandrum, qui, cum Anaxagoram plures mundos esse disputarem, audisset, ingenuisse dicitur, & lachrymas emisisse, quod unū saltē ex ijs totum inductionem rediere nequiuisset, illius gesta legit. In illo totus uerfatur, neq; sanè se inferiorem putat, quum iactare plerunc; soleat, & uocem illam frequentissimè usurpare, se decima amplius parte Alexandro superiore esse. Illum enim cum triginta hominum millibus duntaxat, & septuaginta talentis arma per terrarum orbem circumtulisse, se uero quanto paratiorem? distinctionem: rebus omnibus abundantiore? solent hæ cogitationes, hæc æmulationis studia: solent plerunque res magnas parere, &

re, & eo peruenire, quò intendunt, præser-  
tim si facultas adsit. At ea profecto Turco  
non deest, qui se eo, quē imitatur locuple-  
tiorem existimat. Sic Theseus Herculis,  
sic Themistocles Milciadis exemplo du-  
cti maxima facinora ediderunt. Habent  
profecto, nescio, quid fatale Alexandri imi-  
tatio, quum ea Iulius Cæsar incensus, post  
res præclarissime gestas, in patriam etiam,  
in ciuilem sanguinem arma conuerterit.  
Quod si illius exemplo agit, qui Lybiam,  
Asiam, totum fermè orbem subiugavit, si  
illius persequitur uestigia, si propagandis  
imperij finibus, laudem, non modo æqua-  
turum, sed tanto magis superaturum, con-  
fidit, quanto maiores copias triginta ho-  
minum millibus, grandiorē pecuniam  
septuaginta talentis habet, quo tandem eū  
spectare, & conari existimamus? Quid sibi  
postulat cupiditas illa pacis, cum Illustris-  
simo, P̄issimoq; Siciliæ rege componen-  
dæ? Quid missi legati, nā qui nomē Chri-  
stianum odio habet, omniq; crudelitatis  
genere insectatur, & despicit, nullo quidē  
Christianorū metu, nullo amore, nulla alia  
gratia Christiani regis fœdus desiderat, sed  
ut singulis oppretis, quos uniuersos, eo-  
dem impetu nō euer posse, intelligit, tan-  
dem quid cupid, assequatur at uero infœli-

cem illum, sua fallit spes, & opinio, quum  
superiorib. diebus, magnifice, rege<sup>c</sup> Chr<sup>i</sup>  
stiano digne, inclytus Rex legatum mise-  
rit eo responso, ut non solum pernitosam  
bonis omnibus societatem aspernatus es-  
se, sed etiam bellū hosti indixisse, pro Chri-  
sti religione facile videatur. Et ne nulla o-  
mnino ex parte quid meditetur, obscurū  
sit, cogitate parum per quid illa humani-  
tas sibi uult, qua immanis barbarus, & ad-  
sævitiam natus, erga nominis nostri nego-  
tiatores, intra fines suos utitur, portendit  
profecto aliud, & omnino prodigium est,  
efferum monstrū, in nostros potissimum  
mansuetum illic fieri, à crudelissimo hoste  
amicitiam, & truculentissimo pietatem si-  
mulari, non diu perseverat, quod ab iniui-  
to exprimitur, seruit temporibus : dum  
adoptasum finem perueniat, & quid agat  
adhuc ignoramus: quum præsertim ita a-  
gat, ut nos ambigere nolit, non continebit  
domi tantum exercitum, non patietur suo-  
rum militum animos effeminari, quos in  
armis habere ipsi necesse est. Habet enim  
non paucos Asianos populos infensos: &  
in suam perniciem imminentes, quos in se-  
impetum facturos aperte intelligit, si aut  
arma deposuerit, aut exercitus famam, in  
contemptum, ludibriū<sup>c</sup> adduci permi-  
serit,

serit, quem ut laudibus ornatissimum redat, ut Asianis hostibus formidolosum efficiat, quod tandem transmittere cogitat? ubi sui consilij alendi segetem uberiorem uideatur et ubi magis admiranda conari potest? non excident gladij, non fluent arma de manibus, nam socios in officio, & fide continere studet, & eos ipsos quibus cum quotidie uiuit, maxime est suis omnibus inuisus, oderunt socij, non amant familiares, paruo momento ad ipsius excidium, ac necem omnes impellerentur. Id quoniam exploratum habet, & cōpertum, bella peregrina suscipere, gerere, cōficerē statuit, ne domesticam, ciuilemque seditionem experiat, ususque Scipionis consilio, foris pugnare utilius arbitratur, quam domini uincī. An extra fines ducturus sit exercitus adhuc dubitas? non sentis? non planè perspicis? nonne satis nouimus impurissimam illius naturam, turpissimam uitam, sceleratam consuetudinem? Quam faciem bone Deus, quod facinus, quam superbiam, nihil est quod animo non sorbeat, nihil quod non haureat cogitatione, & non putamus illum in nostram calamitatem incumbere? in quorum fortuna fidelissimos socios, antiquissimam religionem, uim, tormenta, cruces, spe sumptu labore, deflixit. Ne il-

Iud quæso mihi obijcias, quid nōnulli nū  
lo rerum usu præditi, nulla uetus tatis me-  
moria erudit, iactare solent, peregrinas na-  
tiones nunquam Italiam tenuisse, eam sæ-  
penumero tētasse infœliciter, etenim dum  
antiqua memoria repeto, dum rerū gesta-  
rum seriem ad nostra usque tempora dedu-  
co, exteris gētes in Italiam prius arma in-  
tulisse, ingentesq; inuexisse calamitates,  
quam ab Italia accepisse planè comperio.  
Nam ut Gallos omittam, qui uel eo tem-  
pore quo ad Clusium pugnatum est, ut  
Plutarchus noster tradit, uel ducentis antē  
annis, ut Liuio Romano placet: in Italiam  
duxerunt exercitum: parua manus Go-  
thorum ex Thracia Pannoniaq; erum-  
pens, exercitu collectitio in Italiam uenit.  
Vastatisq; Italæ agris, incensis urbibus,  
hæc ipsa mœnia ui cœperunt, incendio, fer-  
ro, cæde, omnia completens. Illa parua ma-  
nu instructi, stoliditate quadam gestiens  
assequi potuerunt, quid Turcus maximis  
copijs, certo pertinaciq; consilio suscipere  
ac tentare non audeat? illi per itinera om-  
nium difficillima transgressi sunt: at Tur-  
cus maritimo, & expedito cursu legiones  
suas trañcere dubitatibus? illi in Italiam,  
quæ alter orbis dicebatur, irruperūt, Tur-  
cus ita Italæ vires tentauit, ut contemnat,

&amp;

& non audebit: quid si antiqua sectari libertas, Pyrrhi luctuosum aduentum commemoremus? Quid Alexandri Molossi? Quid Archidani Agesilai filij? Quid Hannibalis Busta: nimis magna, nimis uetera nomina repeto, quid ab Atilla, Totilla, Saracenis illatas clades oratione mea refricet? At Pyrrhus credo potuit: quod Turcus nequeat. Ille saluis tot ducibus, tot exercitibus, quot secundum postea Punicū bellum absumpſit, ad urbis prope mœnia uictore exercitu contendit. Turcus qui Epirum, Macedoniam, totamq; Græciam, tot imperia subegit, Italiam in tot principatus, & studia dissipatam, ac dissentientem timebit: non adorietur: non: Heu me miserum, nescio quo orationis cursu, eo deducor, quod dicere, horreo, quod dolor exprimere non finit: at ne in ueteribus tantum uersari uidear, in quibus quadrata agmina, iurati milites, tanta imperatorum uirtus, tanta legionum patientia, & disciplina constabat, ut ad recentiora nostra revertatur oratio. Quid Hunorū ac Vandalorum manus incognita: inusta sunt, inusta his ipsis mœnibus sempiterna illorum iniurię monumenta: at si post urbem Christiano nomine conditam exempla te mouent, Leonis Pontificis Maximi temporibus,

Y 5 bus,

bus, Attilas de quo paulò ante uerba feci,  
subacta tota Gallia Cisalpiña, ad urbem e-  
uertendam exercitum admouit, cuius fu-  
rorem barbarum, & agrestem. Pontificis  
eloquentia retardauit. Quare si post Han-  
nibalem, & ueteres illas uictorias, si post  
nomen Christi peruulgatum, exterorum  
hominum sentina ad Italiæ gubernacula  
confluxit, qui tandem, tantam hoc tem-  
pore procellam non timemus? quæ profe-  
cto tantos calamitatum fluctus allatura  
est, si eruperit, ut ad nullum ita sit peruen-  
tura, quin in cæterorum capita redundet.  
Nam ut in tempestate cernimus procel-  
las, quum in scopulum, in quem fereban-  
tur saeuitiam illeserint, tanto motu refer-  
ri, ut quam occupauerint nauem, non ali-  
ter obruant, quam quum integræ erant,  
ita uobis omnibus barbarorum inunda-  
tionem timendam censeo. Non enim ho-  
stis de una, aut altera urbe certare uult, de  
rerum summa sibi ferro decernendum sta-  
rait. Qui dominari cupit, neque superio-  
rem ferre potest, neque parem patitur, ne-  
que principis nomen amat: atque ut illud  
omittam, graue esse ab aliquo aliquid  
sperare, miserum ex aliena libidine salu-  
tem suspensam habere, turpissimum & lu-  
ctuosum à communi omnium hoste, pri-  
uatam

uatam expectare ueniam. Quæ pax tibi cum eo esse potest, cuius acerbitas in nostros homines ultra mortem progredivit? Qui nullo supplicio satiari potest? à quo si tormenta, & cruciatus absint in nostrorum morte, mortem in beneficj partem accipias. O crudelitatem inusitatam, inauditam, feram, barbaram, cum eo pax esse potest? pace si frui uolumus, bellum gerendum est, si bellum omittimus, pace nunquam fruemur. Quare quum à tam paruo initio in tantum creuerit fastigj hostis noster, quum sciat, uelit & possit adoriri Italiam: quum id sæpenumerò factum fuisse audieritis: Ita ut ad omnes periculum attineat, propulsate, ac propellite hostis, impellite hostis impetum, ut in columnitatem uobis, libertatem Italæ: sa.

**I**utem omnibus conser-

veris.

**B E S:**

BESSARIONIS DE  
DISCORDIIS SEDAN-  
DIS, ET BELLO IN TUR-  
sum decernendo, Oratio  
tertia,



ATIS ut arbitror, de periculis toti Italię imminentibus hęsterna oratione disputatū est, quæ quū & aperta sint, & grauiissima, reliquum esse uideo, ut omni conatu communīc consilio & ope ea propulsemus, atq; in hostium nostrorum capita, dum licet, dum integrum est, retorqueamus. Quum uero id recte fieri non possit, nisi omnibus sedatis discordijs, similitatibus, odijis, deniq; cunctis suspicioribus de medio sublatiſ, libero consensu adoriamur. Danda in primis opera est, ut Italię communī percusso fœdere, idem sentiamus omnes, idem uelimus atque optemus. Quod si in eo exponēndo uersari uero, quod ad rem nostram maximē attinere uidetur, quot commoda, quam utilitatem, quam denique fœlicitatem concordia, & animorum in idem conspiratio, cū ciuitatibus, cū prouincijs afferat, scio non nul-

nullos ita me audituros, ut nihil quidem  
noui, sed plane cognita & per uulgata om-  
nia me narrare arbitrentur, quum nemo il-  
lud ignoret, quantam uim, in rebus uel pa-  
randis, uel tuendis concordia habeat. Iis e-  
go enim immerito ostenderim, cur meam  
igitur expectatis orationem? quin sponte  
eam amplectimini? quam adeo utilem es-  
se, atq; necessariā intelligitis, ut nisi ad sit,  
nihil æquum, nihil honestum, nihil san-  
ctum fieri possit. Concordia paruae res cre-  
scunt, discordia maximæ dilabuntur. Quic-  
quid in coelo, atq; inter mortales optimū  
est, id omne à concordia proficiscitur, &  
pendet. Non prouincij duntaxat, urbi-  
bus, conuenticulis, domui, sed priuato ho-  
mini maximē necessaria. Quid enim homi-  
ne turpius, qui sibi ipse non constet qui  
& uarijs repugnantibus'q; consilijs & con-  
trarijs actionibus agitatur? quis non despi-  
cit? Quis non deridet leuem, inconstan-  
tem nullius ordinis hominem. Quicquid  
conatur, & assequitur, calamitate, ignomi-  
nia, pernicie refertum est. Nam dum sibi i-  
pse dissidet, nihil cum suis commodis, aut  
ornamentis consentaneum habet. In re au-  
tem familiari quod officium esse potest, si  
uxor, liberi, serui, mutuis odijs conflictent-  
ur: paterfamilias domesticis dissensioni-  
bus

bus labefactatus, nullam ponit in re familiari augenda operam, lachrymis conficitur: dum per discordiam totam domū ruituram facile prospicit: miser domi, foris ridiculus. Inde nimis illud est, quod apud poëtam sapientissimum Vlysses à Nausicaa, Alcinoi regis filia maximis affectus beneficijs, nihil habuit, quod fœlicius optari posse arbitraretur, quam uirum liberosq; concordes. Quo nihil suauius ait, nihil aut inimicis molestius, aut amicis iucundius accidere posse: at quid miserius & quid humana indignius societate: quam quum ciuitates, aut prouinciae domesticis seditionibus, bellisq; ciuilib. conficiuntur: Nam quos necessarios, fratres, parentes natura genuit, hostes & alienos discordia efficit, ubi & uincere luctuosum est, & cadere sceleratum atq; nefarium. Bellum domesticum eò grauius externo est, quod externū nonnullam aliquando affert utilitatem, saepè ita suscipitur, ut in pace uiuamus, ciuile uero profuit unquam nemini. De bello externo saepè consultamus, an gerendū sit, ciuile autem nunquam in deliberationem uenit. Nam, quemadmodum enim de rebus necessarijs, sed de dubijs consiliū finitur: ita neq; de ijs, quæ ad utramuis partem exploratæ sunt, quo in genere, seditio  
est;

est, quam qui amat, nec priuatatos focos, nec publica libertatis iura, chare habere videntur. Tyrannidem inuisam bonis omnibus, maximeque perniciosa civitatib. esse, planè omnes persuasum habemus. At tyran ni urbes non nunquam opibus, potentiaque amplificarunt, & in magnum auxere imperium, quod uel in hoste nostro facile cognitum, perspicuumque est, qui, quoniam tyranorum omnium crudelissimus sit, tamen quascunque uel urbes, uel prouincias suo adiecit imperio, potentiores effecit, per seditionem uero ciuilem, quis mihi unquam demonstrauerit, que nam mœnia firmiora sunt, uel, quæ potius non funditus euersa? Itaque si tyrannis homini libero cuique fortissimo fugienda est, an de discordia est cogitandum? & qui tyrannidem, uel capitis periculo propulsandam putabit, ciuile bellum quod acerbius est & luctuosius, spote consequabitur? Solemus cū priuatis precibus, tū publicis supplicationibus à Deo Opt. Max. pacem, concordiamque petere, & quod scimus nobis perniciosum fore, quod deprecamur, quod Dei nostri ope declinare nitimur, id dedita opera, libenterque persequemur. Quid tandem hoc aliud est, nisi hostium nostrorum rem agere? & quod illi suis prophanis precibus contendunt, maxime

ximè efficere & illis enim primæ omnium preces sunt, multis quidē notæ, uobis fortassis minimè, ut inter suos pax, animorū consensus, quies, inter Christianos odium uigeat, seditio, bella ciuilia. Volumus ne illorum libidini satisfacere? At hoc est hostis utilitatī consulere, & illis commodum nostro incommodo parare, præcepta, nifallor, ut sæpè uidi, & legi, quæ in urbibus regendis, bellisq; fœliciter conficiendis, uobis præscripta sunt, aliter statuūt, & docent, ut scilicet exploratis hostium consilijs, contraria efficiatis, si in republica statum retinere, si in bello uictoriām consequi uelitis. An uero committendum est, ut qui nobis luctum, terrorēm, tormenta, cædem denunciat, nostra lætetur culpa, & exultet? excitandus est hoc loco Næster ille Homericus, qui Agamemnonē Achilli conciliare cupiens, his uerbis sapientissime usus est.

*Proh superi, horrendus Graias festinat in urbes  
Luētus, quem magno Priamus, Priamiq; nepotes  
Mercentur, quum uos tanto concurrere motu  
Iratum audierint, duo qui per castra Pelasgum  
Consilio atq; armis claros superatis Achiuos  
At nobis parete ambo.*

Non dicam, ut ille, quoniam senior uobis sum, & plura uidi, sed quod plura sum  
pas-

passus, plures ab hoste calamitates accepi, qui amicos, parentes, patriam, quæ homini in uita iucundissima sunt, per maximos dolores, & cruciatus mihi eripuit. Quæ et si prudentia uestra, ac sapientia animo complecti, & perspicere potestis, tamen sensus doloris pluris facit qui ea, quæ cæteri audiunt, perpeccus est. Non ita animo inhærent, quæ aut uiribus percipiuntur, aut cernimus oculis, ut ea imprimuntur, quæ uel sua, uel suorum uulnera, necesse tormenta, per summam hostium crudelitatem intulerunt. Credite experto, credite passo, nihil aliud miseram extinxit Græciam, nisi discordia, nihil aliud eam orbis partem deleuit, nisi bella ciuilia, neque solum nostra memoria, sed etiam priscis temporibus. Nam Philippus Amyntæ filius, Alexandri Magni pater, per Atheniensium, Lacedæmoniorum, Thebanorum, aliorumq; mutua odia Græciam euertit, quamdiu communis ope & consilio bella gerebant, fugabant hostem, exuebant castris, superabant. Quum uero alij alij non fidere, finitimumq; inuadere instituerunt, hostis ad alteras partes accersitus, non minus à quibus uocabatur, quam aduersus quos prouocatus erat, pernitus, sensim cunctos oppressit. Athenien-

Z ses,

fes, bello Peloponnesiaco, quum eadē animorum conspiratione deuincti essent, neque terra, ubi Lacedæmoniorum uiros amplissime erant, neque mari, quicquam ab hoste incommodi acceperunt, imo uero maximas strages hosti intulerunt, atque ita intulerunt, ut quod nunquam fando auditum esset, quadringenti amplius Lacedæmoniorum milites, quibus patruis mos, & præceptum erat, aut vincere in bello, aut morte, hostium manib[us] sese eripere, captiui Athenas in triumphū ducti sint. Quum uero hostem domi inuenire, bellisq[ue] ciuilibus sese conterere coepere runt, eorum classis firmissima atque amplissima in Lacedæmoniorum ditionem redacta est, portus eorum custodia amissa, urbis mœnia solo æquata. Quid uero, quum Xerxes Persarum Rex potentissimus quinquagies centenis hominum milibus, classe mille ducentisq[ue] nauibus instructa, Græciam inuaderet, eos seruauit, uictores reddidit, sempiterna fama & laude ornauit nisi concordia, pax, idem in hostem animus. Quod si communi robore, atque exercitu hostem non propulsasset, quid tandem prohibuisset, quo minus ad unū omnes, bello absumpti fuissent? Idem uobis imminere cernitis periculum: idem exi-

exitium: eodem modo arcere hostis impe-  
tum debetis: quum nullo alio possitis, ei-  
dem morbo, idem medicamentum appo-  
site conuenit, quod satis quidem validum  
est. Nam si Graeci quamuis Xerxis uir-  
ibus longè inferiores essent, tamen concor-  
dia duce, hostem superarunt, quid tandem  
uos agere diuina fauente gratia, poteritis  
concordes, & communibus uiribus? qui  
hominum numero non pauciores, virtu-  
te longè estis præstantiores hostibus. O'  
si dies ille mihi illucescat, quo aboletis se-  
pultis & odijs omnibus, pari consensu, ho-  
stem aggrediamini, nulla mihi præterea du-  
bitatio relictæ est de uictoria. Iam uicinus,  
& ut iterum planè dicam, uicinus. Illud  
quæso, animis uestris parumper concipi-  
te principes optimi, quemadmodū in na-  
ui seditio orta, pernicioſissima est, ita esse  
in ciuitate, &, ut in ciuitate grauis est, ita  
in prouincia multò pestilentiorē: nam quod  
plures sunt, eō latius morbi contagio ser-  
pit, eō diffcilior est curatio: ac quemadmo-  
dum exercitus ordine, militumque obediē-  
tia cōtinetur, que nisi adsint, ad internitio-  
nē omnia perierit, ita in prouincia mutu-  
consensus, & beneuolentia necessaria est,  
inter eos præsertim, qui potentiores sunt:  
qua resublata, prius suis uiribus cōficiuntur,

tur, quām externis. Insidiatur discordia, uires extenuat, & oculta quadam ægritudine imparia absumit, atque ob eam causam, discordiam ( inquit ille ) uenenum esse datum imperijs, ne immortalia forent, etenim, perinde ac phthysis sensim conficit, neque prius desistit, quām profligatum corpus euerterit. Non est contendendum, ut necessarios, & eodem cœlo educatos homines perpetuo bello insectemur, nam qui sapienter suæ saluti consilunt, hostes quidem semper uincere nituntur, suis uero nonnunquam parcunt, maluntq; interdum superari, quam superare, neque enim omnis uictoria utilis est, aut adeo profecta, fugienda est Cadmea uictoria, &, ut Tragicus ille inquit, amicis dominaberis, si tamen non uiceris, quantum uolueris. Amicis ( inquam ) imperabis, quum ab amicis uinceris. Ac Demosthenes tunc inquit, præclara uictoria est, quum aut filij parentibus, aut ciues ciubus libenter cedunt. An uero in urbium obsidionibus perniciosum iudicatis, si custodes inter se dissideant, inter ciues autem, uel in prouincijs seditionem utile foreputatis? quum in diuersas partes itur, quum opinionum uarietas contenditur, quum unusquisque suam sententiam pluri

ris facit quam salutem. Contentionis duo genera tradit Hesiodus : alterum optimum, quoniam quispiam alterius imitacione adductus, recte agit : alterum inimicitarum, discordiae, bellorum seminarium, quam prauam infelicitatem appellat, de qua Homerus :

*Principio parua est, terram sed protinus imit.*

Contingens pedibus, caput inter nubila condit, prior sequenda est, altera penitus fugienda : Illa maximè utilis, hæc admodum pernicioſa. Non decet uos profecto, pro ingenio, eruditione, sapientia, qua uos Deus ornavit, omissa meliore, sequi peiorem. Ab iſcienda est, tollenda de medio, pax & concordia publica ineunda. Quod si est contendendum, in eo demum, uobis certamen pulcherrimum, & glorioſum propositum est. Quis uestrum primus & ſeipſum uincat? quis primus ad concordiam perueniat? quis plura & magis egregia facinora in commune ſalutem conferat? Hæc est plena laudis contentio, hæc à Deo hominib. data. Quid est, quod cuncta contineat? harmonia. Quid est quod cuncta exornat? concinnitas. Cœlum hoc quodcunque cernimus, sphæræ stellarum, ſpatia ſyderum, rerum omnium elementa, & initia, nulla alia re, niſi con-

cordia, constant, nisi diuinæ prouidentiæ  
leges ea tuerentur. Non cōsisterent, sed la-  
befactarentur, ac ruerent. Res uero huma-  
nas, quæ fluxæ caducæq; sunt, & motu per-  
petuo circumagūtur, putas cohærere pos-  
se, nisi mensura, pondere, concordia rege-  
rentur: minimè. Siquidem his etiam re-  
medijs adhibitis, effici nō potest, quin sol-  
uantur, & intereant aliquando. Quemad-  
modum grauiores morbi sunt, qui interio-  
rem corporis partem crassantur, & uexat:  
ita seditio, aperto bello acerbior est. Nam  
in altero hostes nobisipsi sumus, in altero  
nos tuemur. Nulli unquam suorum cæ-  
des profuit, quibus pereūtibus, ei grauius  
comparatur periculum. Nam simul ac il-  
lorum negligunt salutem, suam hostibus  
produnt, idemq; ihs accidit, quod euenire  
solet, cuius membrum dum phagena con-  
ficit, id negligit, speratq; reliquum corpus  
tutum fore, atq; incolumem, tandemq; sen-  
sim totus absimitur, tum demum plane  
intelligit, id non futurum fuisse, si initio  
morbū curasset. Quid te obsecro, manus  
geminas natura nobis tribuit: Quid ge-  
minos oculos: Quid duos pedes: nimirū,  
ut mutuò cōstent auxilio, manus manum  
lauat, pes pedem sustentat, sinistra dextris  
iuvantur, & dextra leuantur sinistris. Illinc  
mo-

motus principium, hinc onera suscipimus, plus Semina haec membra efficiuntur: nam altero occupato, ab altero communione præstatur officium. Cur non sequimur naturam ducem optimam & magistrum: *οὐτε δι ἐρχομένῳ μέτ’ ἀκαίρος ὄντες*. Nam quod alter perspicere non potest, alteri intentem ueniet ac mutuo auxilio propositum finem attingent. Quare bonum, & quād iucundum est habitare fratres in unum, ut Propheta inquit: qui multarum rerum, uariorum euentus pericillissimus fuit, qui furore diuino concitus homines ad concordiam prouocat, quod ne temere præceptum uideretur, illic ait mandauit Dominus benedictionem, & uitam usque in seculū: porro eius filius, prudentia præditus, ut nos à discordia deterreat: quum unus inquit ædificat, & alter demolitur: quid aliud agunt, nisi ut frustra laborent? Cyrus Persarum rex potentissimus, quūc uita excederet, filijs acerbitis & imperio eis diuiso, lōgiore oratione apud Xenophonem, cūctos ad fidem mutuam, ad charitatem, ad concordiam hortatus est, planeq; demonstrauit, eos dispersos, ac dissidentes, neque reipublicæ profuturos, neque sibi præsidio esse posse. Id autem usque ad eo uerum facileq; perspectū arbitrabatur

uir, longo rerum ufu, maximis periculis,  
ingenti fortunæ uarietate sapientissimus,  
ut rationibus apertissimis non contentus,  
oculis etiam, exemplo quodam subiçere  
tentauerit. Itaque uirgarum ( ut ferunt)  
manipulum afferri iussit, ac singulis im-  
perauit, ut eum uno impetu confringe-  
rent, si possent: Id quum præstare ualeret  
nemo, tum singulas perfringendas dedit,  
quas quum singuli nullo labore confice-  
rent. An uero cernitis inquit filij, idem in  
uobis futurum, ut mutua pace deuinctos,  
nullus expugnare ualeat: odijs uero se uin-  
ctos superare possit, qui uelit. Quare qui  
uos ad concordiam Optimi Italiæ princi-  
pes hortatur, uos ad uestram hortatur sa-  
ludem ad gloriam, ad triumphos de hoste  
reportandos. Nam quid uestra exposcit  
utilitas concordiam. Quid uestra laus ac  
dignitas postulat concordiam. Quid hec  
tempora uobis necessarium esse profiten-  
tur concordiam. Concordiam igitur &  
pacem amplectimini, suscipite, colite, ut  
per eam mutuo consensu fortiores, bel-  
loq; in hostem comparato: ceruicibus no-  
stris imminentem impetum propulse-  
mus, hostem teterrimum, nostrorum san-  
guine cruentatum, ulciscamur, Italiæ am-  
plificemus dignitatem. Hoc enim bello  
nul-

nullum unquam iustius, aut magis necessa-  
rio gestū est, aut faciliorem apertioresq;  
ostendit uitoriā. Nam quid æquius,  
quidūe magis pium, quam nostrorum san-  
guinem per infinitas lachrymas & tormenta  
estusum ulcisci? Quid nephandi homi-  
nes in nomen nostrum prætermiserunt i-  
gnominiæ, iniuriæ, cruciatus, necis? Tem-  
pla sanctissima per summam impietatem  
poluerunt. Sanctorum beatæ uirginis, i-  
psiū nostri Dei statuas contemptu, risu  
omni contumeliæ genere persecuti sunt.  
Quid sacras uirgines uiolatas commemo-  
rem, parentum complexibus ereptos im-  
puberes & omni dedecore fœdatum Chri-  
stianum nomen. Hæc ne persequar, & rei  
magnitudine, & dolore impedior. Quis e-  
nī uel dicendo consequi posset & uel sine  
multis lachrymis audire Christiani nomi-  
nis socios fidelissimos, equorum ungulis  
obtritos, ita imperante hoste sceleratissi-  
mo atque inspiciente, excoriatos & subla-  
tos in crucem mortem beneficij loco acce-  
perint; Edidit olim saeuissimus Turcus o-  
mnia crudelitatis in Byzantinos: quorum  
memoria ut refricaretur, qualis nuper  
Chalcidis Euboicæ tumultus fuit? Quum  
effractis portis ac muris tormentorum im-  
petu deiectis, arce ui capta, armatorū cur-

Z s su,

su, ferro flammae omnia miscuerunt. Vnde gemitus illi ad nostras fermè aures peruenere, cuncti militaris ætatis acerbissime trucidati, nostrorum cadauera quum mœnia oppugnarentur. At non dicam, incredibile enim est, imò uero dicam, quoniam ita se habet, nostrorum inquam cadauera in uasa imposita, machinis bellicis inter urbem aduersus nostros immittabantur. O' crudelitatem ante hunc diem inauditam, o perditam feritatem: o truculentissimum sæuitiae genus. Quid tam commune uiuis, quam spiritus eat nostri captiuoi ita uiuunt: ut ducere animam de celo non queant. Quid tam commune mortuoi, quam terra eat nostri ita moriuntur: ut eorum ossa per aërem spergantur. Quid tam commune cadaueri, quam qui es: eat nostrorum corpora ita iactantur: ut ne examinata quidem conquiescant. Romani quod eorum legati, paulo acerbius appellati essent: Corinthiorum urbē pulcherrimam euerterunt, nos uero socijs crudelissimè necatis contempta, & deuastata religione nostra, unde morum recteç uitæ documenta, à tam remotis nationibus pertuntur non excitabimus: non sumens armas non ulciscemur: Fabius Maximus ut captiuos redimeret, agrū uendidit, & nos tot

tot sociorum corpora desiderata negligemus? Theodosius quod Theffalonenses noui uectigalis impositione indignati, Placidię statuas per urbem traxissent, frequenter in theatro populum cædi iussit: Nos oppugnata fide, cæsis Christianis hominibus, Dei nostri Maiestate uiolata, non dolerimus: non comparabimus bellum: non sumemus de hoste supplicium: nunquam profectò, aut publicè suorum iniuriæ, aut priuatæ salutis ratio maiore æquitate sua- sit arma in hostem mouenda. Satis dixi de genere bellis quam iustum sit, dicā statim, quam sit necessarium. Neq; enim ille libera- ram quietis rationem relinquet, ingēs ter- ra mariq; bellū molitus. Nam si id permit- teret, nemo sanè esset, qui bellū paci ante- poneret. Sed copias instruxit, legiones firmissimas habet, in capita nostra compara- tas, lacescit, urget, ad certamen prouocat, aut bellum gerendum est, aut acerbissima seruitus subeunda, nullū deliberationi lo- cum reliquit. Vna nobis fortunarum salu- tisq; spes proposita est, ut uiribus nostris Deo Max. Opt. iuuante libertatem nostrā seruemus, pro qua bono uiro & ciui, non minus laborandum est, quam pro seruo- rum reic; domestice incolumitate tuenda: at nemo est qui uel seruo lacesito, uel ex- pilato

pilato grege, non grauiter ferat, armis ad iniuriam ulciscendam non contendat, nō repetat sua, & coniugum, liberorum, patrīæ rationem, nullam ducemus? Quid inermes expectamus Turcorum furorem? arma armis propulsantur, bellum gerendum est, ut in pace uiuamus. Si bellum omittimus, pacem habemus nullā. Quod si Turcus nobis quiescentibus maximis opibus auctus est, si languētes ocio in graviſſima damna prolapsi sumus, quis tandem sperare audebit nos in ocio, & umbra rem fœliciter gesturos? Resipiscendū est, & cum eo pacto in tanta pericula decidrimus: contrario itinere, ad salutem & securitatem redeundum, omittenda segnities, bellum suscipiendum. Nam ut Paulus inquit, non coronatur nisi, qui legitime certauerit: & Aristoteles non coronantur qui spectat, sed qui in certamen descendunt. Ii enim laude aliquid dignum efficiunt. Salus nobis domi expectanda non est: sed in sole & puluere defendēda, nemo est uestrūm qui quum à natura tributum habeat, ut se corpus uitam cōsueeat, præstolari uelit ea, quæ nocitura sint. Hostis exercitum habet libertati nostræ imminentem, uis impetum arcere & bello id assequi poteris, uim uī repugnamus.

Nam

Nam ut concedam incertos exitus esse belli Martemq; communem, tamen pro libertate, pro uitæ periculo decet tandem, pro Deo ipso pugnandum, pro cuius amplitudine retinenda cadere, in æuum sempernum uitamq; immortalem migrare est. Non enim spiritu uita constat, sed pietate, quæ patriæ templorum, status diuinis conseruatione maxima continetur. Quid uero si exploratam uictoriæ rationem habemus? iam enim tempus, & aures uestræ postulant, ut de facultate gerendi belli, de amplissimo triumpho qui nobis propositus eum aliquid dicamus, quo in loco illud planè profiteor, me de hostium copijs & uiribus nihil oratione mea detracturū, sed omnia expositurum magna cum fide.

Atq; ut inde ordiar, exercitus ille hostilis, illa hominum multitudo infinita, non tanti roboris est, quanti uel nonnulli putant, uel à nobis superari facillimè nō posse. Magna eius pars milite tumultuariò constat, & turba collectitia, nulla iurisiurandi religione adacti sunt, nulla mercede conducti, leuissima corpora, laboris impatiensissima, prædam non exercitum sequuntur, quasi paulò diutius caruerint, domum uelociissimè redeunt, nullam præstare in bello operam, nullum seruant ordinem.

La-

Latrones, sicuti, militaris disciplinæ penitus expertes, & qui facilius uinci possint, quam uincere sciant. Illud sane prorsus compertum habemus, septuaginta duxat esse hominum millia, qui stipendia ex publico æratio faciat. Sed audite me quæso paru per æquo animo, ex eo septuaginta millium numero præter quindecim, uiginti se millia ad summum, qui Imperatoris sui latus custodientes, quotidianā mercedem capiunt: reliqui omnes sociorum prouincialium tributis in bello substantantur, quæ sane tributa adeo exigua sunt, adeo suppeditatur tenuiter, ut toto anno uix quatuor mensibus mercedem accipiant. Qua ex re factum uidetis ut nullam expeditiōnem, quadrimestri diuturniorem sustineat. Sed eos omnes dimittat: quoniam prouinciæ pecuniam amplius non subministrant, qua rerum penuria coactos Byzantij saepe uidimus quum dimitterentur, & equos, & arma, & uestes uendidisse, ut domum peruenire possent. Hoc robur hostilis exercitus, hæc magnitudo, hic mirandus ille peditatus, & equitatus. Quod si Christianus exercitus illius sine populo, eum toto anno exercitum in armis habere coegerit, aut à suis destitutus, cum exigua manu ad pugnam impelleretur, u-

bi facillime superari queat, aut illis ipsis  
pecunias, quae in eius priuatum ærarium  
conferuntur, totum exercitum alat, ne-  
cessa erit. Quod quidem præstare diu  
non poterit, neque enim, ut temere non-  
nulli iactant, immensa est illi pecunia, si-  
quidem ex ijs, qui in illius negotijs geren-  
dis uersati sunt, planè cognitum est, non  
amplius quam uigesies centena aureo-  
rum millia ex omni reddituum summa ad  
eum deferri, unde & uiginti illa millia pe-  
ditum liberaliter sustentat, pro corporis  
sui custodia, & sumptibus domesticis, qui  
maximi sunt, satis facit. Si quid præterea  
superest, id omne ad arma, machinas, tor-  
menta bellica penitus conuertit, ut neque  
confandi thesauri, neque conducendi mi-  
litis ei facultas ulla præbeatur. Quod au-  
tem tam effeminata multitudine, tam exi-  
guis viribus, tot imperia subiugari, non  
mirandum magis, quam dolendum est, nul-  
lum enim habuit hoste, facile admodum uin-  
cere fuit, non resistentes. Date signum belli, ita  
facile perspicietis eorum ignaviā: ut enī  
cedentes uellementer insequuntur, ita iti-  
sequentes celeriter fugiunt, castra calbris  
conferre non audent, & ut illud repetā, ui-  
ctoria est in manibus, modō uelitis. Nulla  
enim belli gerendi facultas uobis deest,  
adest

adest Imperatorum uirtus, militum numerus, & peritia, sunt pecuniae uobis, sunt Latiane Principes, quas non minus hoc tempore in publicum conferre debetis, quam priuatam quisque salutem leges patriam charam habet. Debet unusquisque diligentius rerum suarum ratione habita, tantum ergare, quantu[m] potest. Audio Byzantinos a nonnullis accusari, quod in salute communis priuatæ pecuniae parcentes, sua omnia hosti prodiderunt. In quo prefecto grauissima culpa digni sunt, meritoque reprehenduntur, id ne ipsi quoque committamus, cauendum est. Ne quod in alijs tempore, inutileque fuisse cognouimus, & sentimus, imprudentissime sequamur. Comparato a nobis exercitu quid est, quod uictoriam, letaque omnia portedat, ac polliceatur. Adderit Deus Opt. Max pro cuius pietate, gloria, fide amplificanda pugnabimus, cuius iniurias ulciscemur, iratus hosti est, nobis prosper, qui nostram hac in re operam, & laborem non solum accidit, sed exigit, sed repetit, sed debitum sibi reddi iubet, ne timeas, inquit, a facie eorum, quia ego tecum sum, & eruam te. Ne timeas a facie eorum, nec enim te faciam timere uultum eorum. Bellabunt aduersus te, & non praeualebunt, quia ego tecum sum, ait Dominus,

hus, ut liberem te, & ad Iosue: Ecce ego de-  
di in manus tuas Hiericho, & regem eius;  
omnesque fortes viros, si Deus pro nobis;  
ut (inquit) Apostolus, quis contra nos? ipse  
efficiet, ut unus persequatur mille, & duo  
fugare possint decem millia. At nos lon-  
ge numerosiorem exercitum in bellum edu-  
cere possumus, quam hostis habeat. Quid  
si ille plures etiam homines habeat? an ui-  
ctoriae cursum retardabit? quasi uero non  
plerique exercitus multitudine infiniti par-  
ua admodum matu, sive numero fusi fu-  
gatique fuerint, & deleti. Xerxis exercitus  
Mardonio duce, cum tercentum hominum  
millibus, ab octoginta Graecorum millibus  
direptus, & trucidatus est. Ducenta Cym-  
brorum millia Marius delevit, so. millibus  
hominum. Rursus cum Catulo ceterum, &  
quatuor millia necauit in Thessalia, Pom-  
peius cum quadraginta millibus peditum e-  
quitum sexaginta. Cum totius Orientis  
auxilijs, cum omni nobilitate a Cæsare fu-  
gatus est, & exutus castris. Qui triginta pede-  
titum millia, mille equites habebat. Quid in  
finitas Tygrinis copias commemore a Lu-  
cullo patuo exercitu superatas? Hec nimis  
uetera, & fabulae fortasse, quæ historię pro-  
piora uidetur. Quid nostra memoria? no-  
ne, hostes nostri paucorum uirtute saepius

AA uicti,

uicti, fugati, cæsi fuerunt? Omitto de ijs  
uictoriā insignem Laodisla, Pannoniæ  
regis, qui, ut olim à nobis dictū est, cū 1400  
hominū, qui enim plus tradunt, 10. & 800.  
non excedunt, aperto Marte, iusta acie, si-  
gnis collatis, cū hoste dimicauit, exercitū  
profligauit, ac longe latec̄s fudit, imperato-  
re uulnerato, ac nīsi uictoriā audius perse-  
cutus esset, mortiç sese obiec̄isset, profecto.  
Christianus orbis Europam omnē retine-  
ret. Hæc omitto, ad recentiora nostra festi  
natoratio, quid dicā de insigni triumpho  
illius Christianæ multitudinis, quæ nullo  
duce, crucis tamen signo armata, Turcorū  
exercitū omnem munitissimo Anderalba  
oppido potum intra mœnia stricto ense,  
discurrentem magna cæde uictum eiecit,  
ipso isto imperatore grauiter uulnerato,  
ac impedimentis omnibus in potestatem  
redactis: id autem, ne semel accidisse vide-  
retur: quū implius sceleratus c̄ hostis Pan-  
noniam omnem inferiorem occupasset, o-  
mniaç armis complesset, & præsidij, in-  
clytus regij, animi, & excelsi Pannoniæ  
superioris rex, paruā admodum manu, ex-  
pugnato Iauitta oppido, & natura, & arte  
munitissimo, maximas Turcorum copias  
fudit, partem c̄ prouincia suo adiecit im-  
perio. Cum, quo hoste uobis res sit, facile  
uidetis

Videtis Italæ præcipes , cū quo , inquies ?  
qui multitudinem inconditam habet , atq; imbecillem , qui hominum numero nos  
quidem nō superat , uirtute uero uincitur ,  
de quo parui nostroru ex exercitus sæpenu-  
mero triumpharunt , id autem minime cu-  
randum est , longè enim fortius & constan-  
tius pugnant , qui pro morte seruituteq;  
propulsanda dimicant , quam qui prædā ,  
spoliaq; sectantur . Nam illi parum amittunt .  
Si uictoria non potiuntur , his uero  
cuncta pereunt , si segnus rem gerant , pu-  
gnerent , inquit , Lacedæmonius , ut moritu-  
ri & non morientis . Itaq; , quum adeo ne-  
cessaria uobis concordia sit , præcipes pre-  
stantissimi , cum aliâs , tum hoc tempore in-  
primis , & ad priuatas fortunas tutadas , &  
ad cōmunem defendendam salutem , con-  
cordiam amplectamur omni studio , & cō-  
sensu , bellum iustissimum maximè glorio-  
sum , atq; utile ad pacis ornamenta retinen-  
da , ad Dei Opt. Max. iniurias ulciscendas ,  
pietatemq; propagandam , suscipiamus .  
Ornemus Italiam uictoria amplissimâ , &  
hostium spolijs , quæ in manibus sunt , ut  
nos nostra omnia metu in perpetuum ,  
atque periculo libere-  
mus .

A A A B E S .

BESSARIONIS AD  
EOSDEM PERSVASIO,  
SEV EXHORTATIO IIII.  
*ex auctoritate Demosthe-  
nis.*



AE C à nobis pro cōmuni omnium  
salute disputata, utinam eo studio à  
nobis suscipiantur, Illustrissimi Italiz  
principes, quo à nobis dicta sunt, &  
ita inhāreant animis uestris, atq; persuadeant, ut nul  
lis amplius adhortationibus, nullisq; rationibus o  
pus sit, sed re ipsa & opera ad defensionem nostram,  
& hostium propulsatione excitemini. Quod tunc fa  
cilius fieri posse cogitau, si consilijs meis vires ali  
quas adhiberem, & auctoritate alicuius uiri excellen  
tis, ea planè confirmarem, atq; aliquem ex ueteribus  
& sapientia ornatissimum, & amplissimum auctori  
tate in medium adducerem, planè testaretur sese o  
lim in tali causa, qualis nostra est, eadem cū sensi  
se, tū monuissexiues suos, quæ à nobis, & apud Pon  
tificem maximum in senatu sacerdotum numerò disputata  
sunt, & nunc literis mandata. Venit autem in meri  
tem Demosthenem philosophum excellentissimū,  
& oratorem adeò omni laude cumulatum, ut per  
tot sacula, quem cum eo conferas, extiterit nemo, in  
eadem incidisse tempora, eandem perorasse causam:  
deniq;

denig nihil habuisse, quod rei nostræ nō conueniat,  
præter nomina hominum sui temporis, itaq; , quum  
huius & auctoritatem grauiorem, & orationem ma-  
gis appositam ad persuadendum existimarem, quam  
verb a mea, constitui, ut ipse dicat sententiam. Olyn-  
thus Thraciæ, urbs opulentissima erat. Philippus A-  
lexandri magni Macedonum regis pater, quum in  
**Greciam** uniuersam impetum facere decreuisset, sta-  
tuit ad eam rem attinere, ut Olynthum primo in di-  
tionem redigeret, mouet arma in eam, depopulatur  
agrum, Olynthij legatōs mittūt, opem imploratum  
ab Atheniensibus, Demosthenes suaderet opitulandū  
esse, ne Philippus ad Greciam occupandam animi  
infiniti, & vasti. Olyntho capta, Athenienses, ac reli-  
quam Greciam opprimat. Ita enim tum Greciæ Phi-  
lippus imminebat, ut nunc Turcus Italiz. Sustineat,  
igitur Philippus Turci personam, Itali Atheniensis.  
nos Demosthenis, iam facile intelliges totam

orationem causæ nostræ con-

uenire,

**A A : D E,**

DEMOSTHENIS  
ORATIO, PRO FEREN-  
DA OPE OLYNTHIIS, AD.  
*versus Philippum regem Mace-  
donum,*



R A N D I pecuniæ uos profec-  
to anteposituros arbitror A-  
thenienses, si planū fiat, quid  
nam Reipublicæ utile futu-  
rum sit, qua dē renunciat uobis delibera-  
tur. Quod quum ita se habeat, uestrum est,  
eos attentè audire, uelle, qui sententiam  
dicere statuunt. Non solum enim, si quis  
utile aliquid excogitatum in medium at-  
tulerit, id, quum audieritis, accipietis, ue-  
rum etiam, quod uestra fortuna accidere  
existimo, multa oportuna nonnullis ex-  
tempore in mentem uenient, dicenda, ex  
omnibus optio uobis detur eligēdi, quod  
uobis, ut sit usui futurum. Enim uero  
præsens temporis occasio, uoce prope-  
modum emissa rebus illis, opitulandum  
esse, inquit, siquidem earum salus uobis  
curæ est, nos uero, nescio quo pacto ad hęc  
uidemur affecti.)

[Auditè Christiani principes Demosthenem physi-  
cum & oratorem iam tot sacula mortuum, de statu ho-  
stis]

*suis uestri nunc differentem eloquentissimè, & sapientissimè monstrantem, quid uos facere oporteat, ne in grauius ora dilabamini ]*

Quæ autem ego agenda cēseō, hęc sunt: auxilia decernēda, ac instituēda, quām celerimē, ut hinc opem feratis, ne idē quod olim patiamini: legatos mittendos, qui hęc renuncient, & rebus gerendis interficiunt: Etenim illud maximē uerendum est, ne, quum Philippus uafer, & ad negotia obeunda callidus sit, modò cedendo, quū res postulabit: modò in terminando ( dignus sanè fide merito haberetur ) modò uos, uestramq; absentiam calumnijs in seftando, aliquid de summa rei peruerat, atq; conuellar, atqui quod in rebus Philippi permunitum uidetur, uix ut oppugnari possit, idem & uobis percommodeum est. Nam quod ille rerum omnium, nulla excepta, solus dominus sit, Imperator, quæstor, ubiq; suis copijs præsit, ad res quidem bellicas mature cōficiendas, & omnia in tempore gerenda, longè superior est, ad conditiones uero, cum Olynthijs ineūdas, cui rei mirificè studet, longè aliter se habet, neque enim Olynthijs obscurū est, sese hoc tempore non de gloria, aut agri parte certare, sed pro excidio, pro seruitute à patriæ ceruicibus depellenda, neque ignorant,

AA 4 quid

376 BESSARION. EXHORTAT. I.II.

quid in eos Amphipolitas egerit, qui ei patrīam prodiderunt.)

[*Nobis quoque non pro agri finibus, sed pro libertate, pro capite, pro patriæ salute dimicandum est.*] )

Quid in Pydneos, qui eum terra receperunt? Demum tyrānidem rem infidam, & suspectā liberis ciuitatibus esse existimō, pr̄sertim si agros finitimos habeant. Itaque & hæc non ignorantes, & cuncta alia considerantes diligēter, dico uos oportere incitari uelle, bello quę gerendo, si unquam, nūc certe maximē incumbere.)

[*Dicit uos oportere exciuiari, & incumbere bello gerendo si unquam, nunc certe in primis.*] )

Pecunias haud segniter conferendo, per uosmet exeundo, nihil prorsus omittendo. Neque enim, aut ratio, aut excusatio ultra uobis amplius relictā est, quinque agentia sunt, peragatis.)

[*Docet non uerbis, sed rebus opus esse.*] )

Nam quod cūcti fremebatis quondam Olynthiorum animos Philippo infestos reddendos esse, ultraduenit, & sua se sponte obtulit, atque id eo maximē modo uobis conducit.)

[*Quid enim tergiuersari amplius potestis Turco cœs uicibus uestris imminente.*] )

Si enim uobis suadentibus bellum suscepissent, fidei sane dubiae habendi essent locū,

socij, & ad aliquid usque tempus non semper id decreuisse fortasse uideretur. Quum uero iniurij ab illo lacesisti odio hominem persequantur, constantes eos inimicitias gesturos, cum propter metum, tum propter offensas uerisimiliū est. Non est igitur oblata occasio prætermittenda Athenienses, neque patiendum, quod superiori tēpore s̄a penumero passi estis. Nam si quum olim rebus Euboicis auxiliati reuerſi sumus.)

[*Si olim opitulati essemus Byzantio.*]

Et hæc ipsa subsellia, Hierax, & Strato-  
cles, Amphipolitæ aderant, hortantes, ut  
maritimo apparatu profecti, urbem suam  
acciperemus, idem pro nobis ipsis studiū  
præstissemus, quod pro Euboicorū stula-  
tē, & tunc nimirūm Amphipolis in ditio-  
nem nostram uenisset, & nunç molestia o-  
mnī careretis, quæ inde secura est.)

[*Non egressus esset in Aegeum Turcus, non diruisset miseram Chalcidem.*]

Rursus, si quum Pydnam, Methonem,  
Potydeam, Pagasas, reliquas, ne in singu-  
lis diutius immorer, obſideri affereba-  
tur, alicui ex ijs citō, & ut res postula-  
bat, opem ferre aggressi essemus, facilio-  
re profecto Philippo, & humiliore ute-  
remur.)

[Si quum Ciliciam, Mysiam, Pannoniam inferiorem  
obsideri renunciatum est, opem tulissimus.]

At uero dum præsentes rerum occasio-  
nes abijcimus, dum futura prosperè, sua  
spontè euentura putamus, auximus Phi-  
lippum nos ipsi Athenienses: tantumq; i-  
plum reddidimus, quantus unquam Rex  
Macedonum extitit nemo )

[Audite Principes, uobis cum loquitur, dum uos ne-  
gligitis oblatas occasiones, hostis opprimendi, dum con-  
fiditis uobis languentibus, rem prosperè successuram, en-  
quomodo auxistiis Turcum?]

Nunc autem sese exhibet occasio, quæ-  
nam inquires à rebus Olynthiacis sua spō-  
te nostræ ciuitati, quæ nulla in re primis il-  
lis inferior est, equidem si quis res, quæ no-  
bis diuinitus datæ sunt, æquitate adhibita  
supputare uoluerit, quamquam plæraque  
non satis commode accidisse uidentur, ta-  
men eum magnas dijs gratias merito habi-  
turum existimo. Quam enim multa bello  
amisimus, iure optimo desidiæ nostræ a-  
scripseris.)

[Desidiæ nostræ ascribas, quæ ut maximè diuturna  
fuit, ita grauissimas peperit calamitates.]

Quod autem, & iam pridem id non pas-  
si fuerimus, & nuper societas nobis extite-  
rit, quæ superiora omnia resarcire ualeat,  
modo ea uti uelimus, deorum immorta-  
lium

Hum benevolentiae erga nos, acceptum referendum plane affirmauerim. Verum hoc perinde esse arbitror, atque in pecuniarum possessione contingere solet. Si enim quascunque quis acquisiuerit, eas servet incolumes, ingentes habet fortunae gratias, si uero incautius consumpsit, consumpsit etiam unam recordationem habendi fortunae gratias. In rebus idem, qui occasione non recte usi sunt, ne commodi quidem, si quod deorum beneficio sunt consecuti, recordantur. Ex ultimo enim verum eventu, ante acta omnia plerunque penitus solent. Quamobrem in reliquis ualde prospiciendum est, ut eorum emendatione, superiorum factorum labem deleamus. At si hos etiam homines perdiremus Athenienses, & Olynthum preterea Philippus occupauerit, demonstret mihi quispam quid sit amplius impedimento futurum, quo minus, quo libido animi tulerit, contendat.)

[Si pedem paulo ulterius intulerit Turcus, quis te obsecro prohibebit, quin minus in Italianam perueniat?]

An' ne uestrum aliquis animaduertit, & rationem uidet, qua Philippus, quum ini-  
cio pertenui in statu esset, repente magnus  
euasit: Amphipolim primo cœpit, deinde  
Pydnam, iterum Poditæam, rursum Me-  
tho,

380 BESSARION. EXHORTAT. IIII.  
thonem, demum in Thessaliam euasit, de-  
inceps Pheras, Pagasas, Magnesiam.)

[Byzantium primò, deinde Trapezuntē, Synopen-  
ses, Mityleneos, Peloponnesios, Misiam, Ciliciam, & reli-  
qua, talis est hostis nostri uigilantia.]

Cunctis uero, ut libuit, constitutis, in  
Thraciam se contulit, ibi alijs eiectis regi-  
bus, alijs restitutis, aduersa ualetudine la-  
borauit. Qua quum paululum leuatus es-  
set, non in segnitiem sese dedidit, sed Olyn-  
thios statim adortus est, non dico, nunc de  
illius expeditionib. aduersus Illyrios, Pa-  
onas, Arymbam, & in quamcunq; uolue-  
ritis Prouincia. At quispiā inquiet, quid  
nobis ista commemorasti?

[Heu quantum detrimenti inde nobis manauit.]

Vt & cognoscatis Athenienses, quan-  
tum detrimenti afferat, rem semper aliquā  
singolatim sinere præterlabi, & plane ad-  
uertatis Philippi in rebus agendi studium  
acerūm, & curam assiduam, cum qua  
pariter uitam ducit, ob quam rebus a se ge-  
stis minimè contentus, deinceps fieri non  
poterit, ut in quiete permaneat. Quod si il-  
le maius aliquid semper moliendum de-  
creuerit, uos cōtra nullam rem fortiter ob-  
eundam iudicaueritis, quem tandem rerū  
exitum sperare debemus? proh Deum fi-  
dem, quis uestrum adeo tardi ingenij est, &  
in-

incōsulti, qui si neglexerimus, bellum hūc conuersum iri nesciat? quod si euenerit, e- quidem uehementer timeo, ne ueluti fœ- nerati, qui facile ex magnis fœnoribus bre ui tempore in rerum copia uersati, postre- mō bona omnia funditus amiserūt: ita nos ignauiae dediti, & ad libidinē cuncta quæ- rentes, tandem uel inuiti multa, & grauia subire cogamur, & de ijs, quæ nostro in a- gro sunt periclitari.)

[Italiæ nōnne proh dolor, uobis timendum est, ne dum alienam opem expectatis, dum in alios eu' pam reij- ciis, demum inter moenia, intra lares domesticos, non si- ne ingenti periculo, & libertatis, & capitis eum hoste prælium inire cogamini ]

Atqui repræhendere, inquies, fortasse, & facile, & cuiusuis est, sed de præsenti ne- gocio quid' nam agendum sit, edocere, se- natoris. Ego uero, et si compertum habeo uos, quum præter sententiam, & spem ali- quid euenerit, non mali auctoribus, sed ijs, qui sententiam ultimo loco dixerint, irasci solere, non tamen propter priuatæ securitatis rationem, mihi silentio præter- eunda arbitror, quæ uobis pro futura exi- stimo.)

[Quid agendum sit, audite Christiani Principes.]

Sapientissimum consilium.]

Dico igitur uos bifariam rebus opitu- lari

Iari oportere, partim oppida, agrumq; Olynthiorum tutando, emissis militibus, qui id praestent, partim fines Philippi cum terrestri exercitu, tum classe maritima incursionibus depopulando: nam si alterum, utrum neglexeritis, uereor, ne tota expeditio frustra, temeraria uobis suscepta sit, siue enim uos illius agrum uastetis, id que interea substineat, & Olynthum ui capiat, uictor in patriam reuersus, facile iniurias ulciscetur, siue subsidia Olyntho duntaxat mittatis, ille fines suos periculo carere animaduertens, acrius rem urgebit, temporisq; diuturnitate obsessos, in potestatem rediget: itaque & firma, & bipartita auxilia mittenda sunt. Hæc in ope feren-  
da fieri oportere statuo. De facultate ue-  
ro pecuniae inueniendæ, sunt uobis pecu-  
niæ militares, sunt uobis pecuniae Athe-  
nienses, & quidem tot, quot mortalium  
nemini, eas autem uos, ut libet, accipitis.  
Eas certe, si militibus reddetis, nullæ uo-  
bis desunt præterea, si minus præterea  
desunt, imò uero omnes penitus inuenien-  
dæ sunt: inquieres, refers ne tu ad senatum,  
eas pecunias militares esse debere? minime  
me hercule.)

[Pecuniae, de quibus uerba facit ex publico ærario  
populo distribuebantur, ac sanctum erat per legem ca-  
pitii

pitis pœna, ne quis legem ferret, ut in alium aliquæ usum  
conuerterentur: mira igitur eloquentia ratione, Demos-  
thenes de ijs obscurè, & caute loquitur.]

Ego uero milites instituendos esse cen-  
seō, & pecunias, quæ ijs subministrandæ  
sunt, militares esse, mutuumq; esse oport-  
tere, præstare operam, & pecuniam acci-  
pere.)

[Pecunias in publicum conferre uos oportet, ad tan-  
tibelli apparatum.]

Vos autem nescio, quo pacto eas per o-  
cium ad dies festos accipitis. Quare uideo  
reliquum esse, ut cuncti pecunias in mediū  
coferatis, si multis opus est, multas, si pau-  
cas, paucas. Enim uero pecunijs opus est,  
opus, inquam, est pecunijs, sine quibus ní-  
hil oportunum effici potest. Commemo-  
rant alij etiā alias comparandæ pecuniae  
rationes, ex quibus eam diligite, quam uo-  
bis conducere existimetis, atq; dum com-  
modū est, rem aggredimini. Sed est æquū  
considerare, ratione'q; colligere, quo in sta-  
tu res Philippi hoc tempore uersentur, nam  
neq; ut uel uidentur, uel quispiam aestima-  
ret, qui eas parum diligenter inspexisset, sa-  
tis bellè se habent, neq; eo pacto, quo se ha-  
berent, si optimo in statu essent. Nunquā  
sane arma mouisset Philippus, si manum  
sibi conserendam putasset.)

[Nun-

[*Nunquam Turcus, si aliquem ad fauces Ehellesponiae hostem offensurum putasset, in Aegeum erumpere, in Euboiam irruere ausus esset.*]

Sed ut initio, ita deinceps faciles omnes prosperosq; rerum euentus sperauit.)

[*Ita sperauit Turcus, sed ipse nondum sua opinione deceptus est.*]

At ea deceptus est opinione, quod cum præter expectationem primū acciderit, ualde ipsum perturbat, non mediocrem, quæ eius animo sollicitudinem affert. Accedunt res Thessalorum, quæ quum semper in fide omnibus natura fuerint, maximè ueluti erant, nunc etiam isti sunt. Nam Pagas ab eo repeterē decreuisse debent, & Magnesiam moenibus cingi prohibuerunt. Evidēt ex quibusdam audiui, eos non amplius permisuros, ut uel portorū, uel fori redditus percipiāt. Quod scilicet ex his Rempublicam Thessalorum administrari oporteat, non Philippo aliquid prouenire. Quibus pecunijs, si priuatus fuerit, in maximā profectō alendi exercitus difficultatem adduceretur. Deniq; Pæones, & Illyrici, ac omnes alijs eiusmodi homines, suis legibus uti in libertate uiuere, libentius, quā seruire uelle existimādi sunt, quippe qui nunquam alteri patere consueuerunt.)

[De

[De socijs Turci ita iudicandum, nam & Cariae, Cilicieq; dominum Caramanu & alios multos infessos habet, qui si spem erectam uiderint omnium conatu, & se in libertatem vindicabunt, & hostem ulciscentur.]

Ac ille quidem, ut aiunt, ualde cōtumeliosus est.)

[Valde est cōtumeliosus, & crudelis Turens.]

Quod sanè minimè mirandum uidetur, nam fœliciter agere præter meritum, insaniendi causam dementibus præbet. Quamobrem partas opes tueri, quam intio eas quærere pleruinque difficultius iudicatur. Vestræ igitur partes sunt Athenienses, has temporum illius difficultates uestram ducere occasionem, statimq; rem suscipere, & legatos mittendo, quo mittendit sunt, & in militem exeundo, & alios omnes hortando.)

[Ita bellum suscipiendum, ut uos prius exeat, ueroq; extero, exteris uires prouocetis, neq; sperandum est, ut exteri, & alieni nobis opitulentis, nisi nos primum rebus nostris feramus opem. Nam ut est in Proverbio p̄fectiori à Romanis usurpato Deus adiuuat facientes.]

Illud quæso, animis uestris parumper concipite, si Philippus talem aduersus occasionem artipiavit, iuxtaq; fines nostros bellum geratur, quæ tandem animi alacritate eum hūc imperium facturum putatis? At uos non pudet: & quæ pateremini, si  
BB ille

ille posset, eadem quum facutas sit, inferre non audebitis: nec uos lateat, Athenienses uobis hodie statuendum esse, utrum illi c uos, an ille hic bellum gesturus sit.)

[O' nos languidos, ô segnes: Ille seruitutem, exilia, eadem ostendat nobis, ac denunciat, & nos sedemus, non expurgescimur, non imus in aciem: nonne planè perspicimus, in nostra nunc esse potestate, illuc ne nos, an ille hic bellum gerat? non est cunctandum, non dormitandum diutius.]

Si enim res Olynthiorum resistent, uos illi c belligerabitis, & illius agrum damno afficietis, simul agri uestri fructus secure percipietis. At si Philippus regionem illam occupauerit, quis eum tandem, quo minus huc perueniat, arcebit? Thebanis. At quod nolim nimis acerbè dictum uideri, unà etiam ipso paratissimè irrumpent, Phocenses: scilicet, qui se domi tueri nequeunt, nisi uos, alius uere opituletur. At, inquies, nolet fortasse, absurdissimum sanè fuerit, si quæ, quamuis amentiæ arguatur, tamen iactare non desistit, ea ipsa, quædemum possit, efficere nolit. Porro quātum intersit, bellum ne hic, an illi c geratur, e quidem nec uerbis opus esse arbitror.)

[Tum demum sentieis, quum experiemini, quantum intersit.]

Nam si triginta duntaxat diebus, nos in  
castra

castra morari necesse fuerit, & quæcunque ad usum exercitus necessaria sunt, ex agro uestro percipere, nullo iniquâ prorsus hoste in agrô uersante, plus sanè detrimeti agrorû dominos inde capturos existim, quam omnia illa essent, quæ in superioris bellî apparatû consumpta fuissent. Quod si bellû aliquod hûc ingruerit, quanta uos obsecro iactura resurgans affectû iri putatis? Accedet contumeliam, & rei turpitudinem, quam nemo sapiens ullo damno leuiorem duxerit. Itaque his omnibus consideratis, cuncti opitulari, & totâ belli molem illuē conuertere debent, locupletiores, ut pro multis, quæ recte possident paucis erogatis, reliquis liberè, & securius fruantur.)

[Divites accipite, & uerba, & consilium Demosthenis, ut paucis erogatis, reliquis securè fruantur.]

Iuuenes uero ut rei militaris disciplina in Philippi agro eruditî, ad rem suam familiarem incoluem tutandam, formidolosí custodes efficiantur: Deniq; oratores, ut rerum à se gestarum rationes facilius reddere possint, qualis etenim fuerit rerum uestrarum conditio, tales in eos iudices futuri estis. Omnia uero gratia uobis bene ac fœliciter euenire opto.

P I X I.

B B s C Q.

## COHORTATIO

AD AUDITORES.

**H**OCEST Italiae principes summi illius  
ac sapientissimi viri Demosthenis  
consilium, non alienum à nostro.  
Hæc illius sententia, quam simillima no-  
stræ, nec Atheniensibus solum aduersus  
Philippum Macedonem, sed omnibus I-  
talię populis, sed universis Christianis, ad-  
uersus Turcorum Tyrannum nostræ reli-  
gionis truculentissimum hostem, prædi-  
cere hæc proponereçq; uidetur. Conditio-  
ni præsentis temporis, quæ loquitur, ac-  
commodata sunt omni, & ad hunc, quem  
cernimus rerum statum mirificè quadrat.  
Sequamur igitur tanti viri consilium, qui,  
cum in omni doctrinæ genere, tum uel ma-  
xime in ciuitis disciplinæ scientia, & fuit,  
& ab omnibus merito habitus est excelsi-  
lens. In communis hostis excidium insur-  
gamus, commune existimemus imminere  
periculum, commune bellum aggredia-  
mur, non ignauè, non lente, non parce, no-  
ut fieri, quum de re aliena certatur, consue-  
uit. Quemadmodum hactenus factum est,  
sed fortiter, sed tuleriter, sed, ut fieri in pro-  
prio discrimine mos est, tamen quisque  
quan-

in hac re conferat principes Christiani,  
quantum pro salute imperij sui, quoties  
res exegit, nō dubitauit effundere, & quan-  
tum diligent ratione habita, uniuscuiuscq;  
uires, & facultates patiuntur, non unius, al-  
terius si hoc opus est, hostē habemus for-  
tissimum, potentissimum, acerrimum, cer-  
uicibus nostris imminentem, satis supercq;  
negocij omnibus simul erit. Sed nec exte-  
ræ Christianorum gentes nobis deerunt,  
dum nos uiderint nobis ipsi non deesse, a-  
derunt fauebunt, suppetias ferent. Neque  
nos deserat Saluator noster Christus Iesus  
sed audiet nos, atq; exaudiet, modo nos ui-  
derit dignè ea, quæ decet facientes, opem  
suam implorare: Nam, ut præclarè alibi  
Demosthenes inquit, non modò Deus, sed  
ne amicus quidem rogandus est, ut dormi-  
tanti cuiquam, aut desidi præsidio sit. E-  
nim uero, si hæc, quæ diximus, faciemus,  
non modò tutari, quæ supersunt, sed e-  
tiam, quæ perdita sunt, recuperare, cœlesti  
præsidio poterimus, alioquin magno di-  
scrimine res Italas exponemus. Et, ut cum  
ea disiunctiuia orationem terminem, qua  
superioribus diebus, audita tum primum  
Chalcidis obsidione, in Pontificio senatu  
usus fui. Aut omnis Italia compositis, ac  
pacatis rebus, & omni similitate deposita,

omnium viribus in unum collatis, Deo  
 Opt. Max. duce, Turcorum vires cōteret,  
 atque infringet, aut si quod duodecim  
 iam annis, post Byzantij excidium exper-  
 ti sumus, in anibus duntaxat uerbis, ac ua-  
 nis pollicitationibus uocabimus, brevi  
 tempore, uniuersa Italia, sed compesco la-  
 bellum, nec id exprimā, quod auditu quo-  
 que dirum, atque horribile est. Quare, ut  
 grauissima declinemus pericula, atque o-  
 pratam uictoriam consequamur, uos om-  
 nes Principes, populiq; Christiani, ut o-  
 mni ad id studio incubatis, quantis  
 maximis possum precibus,  
 oro atque obte-  
 stor.

F I N E S.

O R A

ORATIO ÆNEÆ  
SYLVII PII PONTIEL-  
CIS DE CONSTANTINOPOLI  
*litana clade, & bello contra Turcos  
congregando.*



ONstantinopolitana clades,  
Reuerendissimi patres, Illu-  
strissimi principes, cæteriq; ui-  
ri genere & doctrina præstabili-  
les, quæ Turcorum grandis uictoria, Græ-  
torum extrema ruina, Latinorum summa  
infamia fuit, unumquenq; uestrum ut ar-  
bitror tanto magis angit magisq; cruciat,  
quanto & nobiliores estis & meliores.  
Quid enim uiro bono & nobili magis co-  
gruit, quām curam gerere fidei orthodo-  
xæ fauere religionis Christi nomen salua-  
toris pro sua uirili magni facere atq; extol-  
lere? Sed amissa nunc Cōstantinopoli tan-  
ta urbe in potestate hostium redacta, tan-  
to Christianorum sanguine fuso, tot ani-  
mabus in seruitutem abductis, uulnerata  
est miserabiliter catholica fides, cōfusa tur-  
piter nostra religio, Christi nomen dāni-  
catum nimis atq; oppressum. Necq; si uerū  
fateri uolumus, multis ante seculis mai-

BB. 4 rem

392 AEN. SYL. DE CONST. CLADE  
rem ignominia passa est quam modò Chri-  
stiana societas. Retroactis namq; temporis  
bus in Afia atq; in Aphrica, hoc est in alienis  
terrís uulnerati fuimus: nunc uero in  
Europa, id est, in patria, in domo propria,  
in sede nostra percussi cæsiq; sumus. Et li-  
cet dicat aliquis ante plurimos annos, ex  
**Afia** Turcos in Græciam transiuisse, Tar-  
taros citra Thanaim in Europam conse-  
diisse, Saracenos Herculeo mari trajecto  
Hispaniæ portionem occupasse: nūquam  
tamen aut urbem aut locum amisimus in  
Europa qui Cōstantinopoli possit æqua-  
ri. Est enim ciuitas illa totius terræ quæ  
commode colitur, pene centrū, portumq;  
habet & amplissimum & tutissimum, in  
quo non dicam naues, sed numerosæ clas-  
ses armari sustentariç; possunt, atque inde  
per Bosphorum, hinc per Hellespontum  
ad omnia Mediterranei maris, siue tuenda,  
siue uexanda littora transmittit: At hic lo-  
cus tam commodus, tam utilis, tam neces-  
sarius nobis tacentibus, ne dicā dormien-  
tibus, amissus Christo saluatori, lucrifa-  
ctus Mahometo seductori est. Quid quod  
ibi ex duobus imperatoribus Christianis  
alter occisus est? Nonne ex duobus Chri-  
stianitatis oculis alterum erutum, ex dua-  
bus manib; alteram amputatam dicere  
possu-

possimus. Addite quod ex quatuor sedibus illis patriarchalibus primis & principibus, quibus ueluti solidissimis basibus Christiana subnixa fides in omnem terram ramos suos extendit, maiores nostri duas simul cum Hierosolymitana per ignauiam atq; secordiam perdisserūt, nos certiam, & illam quidem cui omnes Pruteni, multi ad Boream, multi ad Orientē, ad Thanaim iacentes populi seruiebant, non minori desidia, maiori tamen infamia prorsus amisimus. Nimirum principes doletis omnes, ac de tanto Christianitatis uulnere, quo cecidisse Græcos, superasse Turcos, confusos esse Latinos animaduer tetis, consternari atque attoniti estis? Sed non est minor diui Cæsaris Friderici domini nostri gloriosissimi quam uester mœror. Vidissetis eum cum tanti mali factus est primum certior, in cubiculo flentem, in aula mistum, in consilio solicitum, in Ecclesia supplicem, in quo quis loco turbatum & anxiū. Verum cum res Christianæ non tam dolorem & lachrymas, quam uigorē & arma requirent, (nam Turci maiora in dies mala minantur) opere pre cium existit, maius sua serenitas, cum principum, tum ciuitatum accersiri conuentum, in quo de cunda Christiana republiка consilia cape

BB 5 rentur.

394 AEN. SYL. DE CONST. CLADE  
rentur. Nam priusquam incipias, consulta, & ubi consulueris mature facto opus est. Fuit itaque Concilium apud Ratisponam conuocatum, quæ ibi gesta sunt omnes tenetis. Ex autoritate illius congregacionis hic nunc cōuentus habetur. Cur nō fuerit apud Nurenbergam iudicata cōuentio, & cur nequiverit ad hæc negotia Cæsar ascendere, satis his diebus expositū est. Ille quidem pro tanta Christianitatis necessitate in hoc conuentu minimè defuisset, si domum tutam relinquere potuisset. Sed cum eius desiderium ab his impediretur, quibus non tam pax & ocium, quam contentiones & bella sunt usui, misit homines præstantissimos & celeberrimos legatos, qui suum locum tenerent, suasq; uices implerent, cum plena & ampla potestate, siue res imperij, siue commune fidei tuendæ negotium tractare libet, præsto erunt. Cæterum quia super articulis Ratisponæ meditatis, est hæc potissimum congregatio consultura uosq; Cæsaris animum circa illos cognoscere cupitis, quæ sit eius mens, quæ sententia, uoluntas quæ aperi-  
re me nunc collegarum meorum autoritas subet. Ego qui malo per obedientiam pa-  
rum prudens, quam per contumaciam ui-  
deri sapiēs, onus meis humeris penē intol-  
lerandum

Ierandū subiui, confisus in eius auxilio qui  
uictimis obedientiam prætulit. Nec timeo  
sub tanto fasce deficere, quādo præsto sunt  
qui cadenti mihi manum porrigāt. Pareo  
quocq; in hac re tantō libentius, quanto &  
conspectum uestrum frequentiorem in-  
tueor, & mihi benigniorem autum. Nec  
ego de omnibus articulis uerba faciam,  
sed illum qui est principalissimus aggre-  
dior, hoc est. An contra Turcos, qui Con-  
stantinopolim per iniuriam inualerūt, no-  
bilitatem cum principe Græcorū occide-  
runt, sacra nostra omnia polluerunt, & ul-  
tra uineula, uerbera, cædes Christianis om-  
nibus minitantur, sit bellum suscipiendū.  
Quo persuaso quantas habere copias ne-  
cessit, quomodo legēdi milites, quæ stipen-  
dia danda, quæ priuilegia concedenda, un-  
de cōmeatus habendi, quæ bellica instru-  
menta paranda, quo tempore, qua uia sic  
eundum facile cōcordabimus. Capitanū  
quocq; seu belli ducem, quem Prisci Roma-  
norum imperatorem appellare consue-  
runt, non erit arduum nominare. Necq; du-  
bitabitis illū eligere in quo sit sciētia resmi-  
litaris eximia, uirtus excellens, autoritas ed-  
uidēs, præsumpta felicitas: qui sit laborios-  
sus in negotijs, fortis in periculis, Industriq;  
in augendo, celer in cōficiendo, consultus.

pro

396 AEN. SYL. DE CONST. CLADE  
prouidendo, qualem reperi apud uos mi-  
nimè dubitauerim. Nec de pace domi tu-  
enda multum laborabitis, si foris bellum  
gerere decreueritis, ut postea suo loco dice-  
mus. Intelligitis iam, principes, oratio mea  
quibus in rebus radices agat, & que sit cau-  
sa in manibus uidetis de bello gerendo to-  
ta consultatio est. Ego qui nomine Cæsa-  
ris bellum uenio suasurus, ne quaquam hoc  
oneris accepisse, nisi rem dignam uestra  
uirtute, uestra nobilitate, uestraq; natione,  
manifestissime prius intellexisse. Agite  
igitur, audite, & cognoscite, an bellū hoc  
pro fide uestra Christiana suscipere debea-  
tis. Omnis senatus, omnisq; populus cui  
de bello gerendo consultatio est, clarissi-  
mi principes, tria diligenter ac rigide, &  
pressè discutere debet, ne quid agat, cuius  
denique pœnitudo sequatur: Turpe est e-  
nīm, ut Scipionis prouerbium fuit, post-  
quam erratum est dicere nō putāram. Bel-  
lum ergo gesturus primo quærat, an sit iu-  
stum: secundo an utile: tertio an facile. Nisi  
enim hæc tria concurrant, non est cur bo-  
nis atque prudentibus uiris belligendū  
sit. Discutiamus & nos hęc ex ordine prin-  
cipes. Ac primum de belli iustitia cogno-  
scamus. Bellum quod pro tuenda religio-  
ne, pro saluanda patria, pro conseruandis  
socijs,

socijs, ex autoritate superioris gereretur, nemo unquam ueterum reputauit iniustum. Hinc Mosi, hinc Iosuæ, hinc Saulis, hinc Dauidis, hinc Machabæorum prælia commendantur. Hinc illi Demosthenis, clamores quibus plenum exultabat apud Athenas theatrum in Marathone, in Artemisio, in Salamina pro patria defunctos commendantis. Hinc ex Romanis Horati, Deci, Fabi, & alijs penè innumera biles celebrantur, qui pro salute suorum ci uiuum deuouere. Hinc uestris Germanis Caroli, Rolandi Raynaldi, Conradi, Ottonis, Henrici, Frederici, æternis præconis extolluntur, qui pro tutandis Christianorum finibus, maximis se periculis obiecta runt. Nunquam tamen uestris progenitoribus tam iusta pugnandi causa, quam uobis obiecta est. Nunquam illi tam atrocem iniuriam, tam insignem contumeliam ab infidelibus acceperunt, quemadmodum perpetra est hæc nostro tempore Christiana cōmunitas. Repetenda est breuiter hoc loco Constantinopolitana calamitas. Si enim & iniuriæ magnitudo notior, & belli iustitia manifestior erit. Nulla pulsatus iniuria Mahometus (sic enim uocatur qui Turcis imperat) bellum Græcis indixit, Cōstantinopolim obsedit, ac male defensam

sati oppugnauit. Vbi Constantinus Græcorum imperator intratibus urbem, Turcis in extremo partiae suæ periculo fortissime pugnâs obtruncatur: Caput eius lancea infixum spectaculo fertur: Fit misera da Græcorum cædes: occiduntur non solum qui se tueri conatur, uerum etiam qui projectis armis sese dedunt. Nec ego hoc magni duco in ipso furore primi introitus crucidatos esse quamplurimos, illud hotre, illud abominor, illud omnino detestor, capta ciuitate, depositis armis, coniectis in uinculis ciuibus, tum maxime sequitur, tum est, tum filij ante ora parentum occisi, tum viri nobiles uelut bestiæ mactati, tum sacerdotes laniati, tum monachi excarnificati, tum sacræ uirgines incestatæ, tum matres ac nurus ludibrio habitæ. Õ miseram urbis faciem. Õ infœlicem populū. Õ sceletatum Mahometū. Quis talia fando temperet à lachrymis omnia luctu plena, cæde, cruore, cadaueribus erat cernere. Mahometus ipse terribili facie, tetris oculis, terribili uoce, crudelibus uerbis, nephandis nutibus homicidia mandat, nunc istū nūc illum ad cædem poscit, manus in sanguine Christianorū lauat. Omnia fecdat, omnia polluit. Tēpla Dei nostri pseudoprophetæ traduntur, diuina altaria proteruntur, ossa

mar-

martyrū, & aliorū sanctorū iam cum Christo regnantiū, aut porcis, aut canibus obij ciuntur, franguntur statuæ, picturæ delentur. Nec matris Domini Reginæ cœlorum gloriose Mariæ uirginis imagini parcitur, quin & ipsum saluatoris Christi Crucifixi simulachrum cum magno clamore, maiori irrisione, præcedentibus tympanis, ac tubis in castra defertur, huic, atque illuc rapitur, conspuitur, luto proculuitur. O' nefas inexpiandum. O' ignominiam Christianæ gentis. O' dedecus nostri nominis sempiternum. Huic signo, in quo redēpti & saluati sumus, Turcorum fœtidum genus illudit, & quasi nos signum non signatum calamus. Hic est, inquit, Christianorum Deus. Sentio quia commemorini principes dum saluatoris iniuriam refero, tum tantæ ciuitatis damna commemoro: sed quis cladem illius urbis, quis funera fando explicet, aut possit lacrymis æquare labores? horret animus talia meminisse, luctumq; refugit. O' nobilis Græcia, ecce nunc tuum finem, nunc demum mortua es. Heu, quot olim urbes fama rebusq; potentes sunt extinætæ! Vbi nūc Thebæ, ubi Athenæ, ubi Mycenæ, ubi Larissa, ubi Lacedæmon, ubi Corinthiorum ciuitas, ubi alia memoranda oppida, quorum

400 AEN. SYL. DE CONST. CLADE  
quorum si muros queras, nec ruinas inuenias? Nemo solum, in quo facuerunt, queat ostendere: Græcia saepè nostri in ipsa Græcia requirunt, sola ex tot cadaueribus ciuitatum Constantinopolis superat, que pars tio ambitu Byzantij à Pausonia quondam edita, per Constantinum primum Imperatorem eius nominis in emulationem Romanæ urbis erecta, tantum operum mirabilium, tantum armorum, tantum literarum, tantum gloriæ habuit, ut omnium ciuitatum dampna hæc sola urbs recompensare, ac resarcire uideretur: hinc post pacem cum Gratiano factam, & à Theodosio confirmatam, ueniens Constantinopolim, Rex Gothorum Athenaricus, cum regiæ turbis amplitudinem splendoremque contemplatus esset, ueluti stupens dixisse fertur: Verè Deus terrenus est, imperator hic habitans, & quisquis aduersus eum manus mouerit, ipse sui sanguinis reus existit. Et quamuis post imperium ad uos, o Germani translatum, saepè Constantino lis capta, direptaque fuerit: nunquam tam in potestatem Christi hostium, nisi modò deuenit: nunquam Basilicæ sanctorum ditutæ, nunquam bibliothecæ combustæ, nunquam monasteria desolata, nunquam sacra nostra ex toto, nisi nunc, deleta fuere.

Itaque

## CONTRA TURCAS ORATIO. 401

Itaq; mansit apud Constantinopolim, usque ad nostrum tempus uetus & sapientem monumentum, ac uelut ibi domicilium litterarum esset, & arx summæ philosophiae. Nemo Latinorum satis doctus uideri poterat, nisi Constantinopoli aliquandiu studiisset, quod ipso florente Roma doctrinarum nomen habuerunt Athenæ, hoc tempestate nostra Constantinopolis obtinebat, unde & multa ueterum sapientum uolumina suscepimus, & in futurum suscipere sperabamus. At nunc uincitibus Turcis, & omnia possidentibus, quæ Græca potentia tenuit, uereor ne de literis Græcis omnino sit actum. Neq; enim, ut plætric arbitratur, Asiani sunt ab origine Turci, quos uocant Teucros, ex quibus est Romanorum origo, quibus literæ non essent odio. Scytharum genus est ex media Barbaria profectum, quod ultra Euxinū Pyrrichiosq; montes (ut Ethico philosopho placet) ad Septentrionalem Oceanum sedes habuit: gens immunda & ignominiosa, forniscaria in cunctis stuprorum generibus, quæ, ut tradit uester Ottho Frisingensis episcopus, non futilis author, regnante apud Francos Pipino, mores Caspios exiuit, ac longo itinere in Asia se recepit, ibi q; posthac morata est. Et quamuis sub miti

CC.      cœlo,

coelo, & mundiori terra per tot secula pa-  
 rumper exultam se præbuit, sapit tamen  
 adhuc multum pristine deformitatis, neq;  
 omnem barbariem detersit. Carnes adhuc  
 equorum, uesontium, uulturumq; come-  
 dit, libidini seruit, crudelitati succumbit, li-  
 teras odit, humanitatis studia persequitur.  
 In cuius manus uenisse nunc doctam elo-  
 quentemq; Græciam, nescio quis satis de-  
 flere queat. Sed dicitis milites: Quid tu no-  
 bis literarum detrimentum cōmemoras?  
 quid nobis de literis? nos hastas gladiosq;  
 uersamus. Vos genus ignauum recto gau-  
 detis & umbra. Imò uero fortissimi equi-  
 tes, nullius quam uestri magis interest stu-  
 dia literarum esse quam florētissima. Quid  
 enim uos, uiri excellentes, aliud queritis,  
 cum præstanti animo & alto corde præliū  
 committitis, quam famæ dulcedinem lau-  
 dare uultis, scio, & gaudetis, cum de uobis  
 bonos esse rumores auditis. Trahimur om-  
 nes studio laudis, & optimus quisq; gloria  
 ducitur, inquit Cicero. Sed quæ laus ue-  
 stra diuturna esse potest, nisi literis cōfcre-  
 tur? Breuissima est fama, quæ humānq; ut-  
 q; spatio terminetur. Viuunt nomine pers-  
 enni, quos literæ insertos habent:

Fortunati ambo, si quid mea carmina possunt.

Nulla dies unquam memori uos eximet auo.

In Curialem & Nisum, inquit Maro. Nec nos aut Samsonis, aut Gedeonis, aut Iephiae, aut aliorum iudicū fortitudinem, regumq; magnifica gesta sciremus, nisi literis edocti essemus. Quanto ergo quisq; uestrum nobilissimi equites, aut industrior est, aut fortior, animosior, tanto fauere ingenij, ac literis magis debet. Hæc sunt enim, quæ progenitores uestrros uirtute præstantes, quāuis iamdudū mortuos, memoriæ tamen hominum, quasi uiuentes exhibit, & quæ uestrum nomen, si uiriles fueritis, ad posteros deferre cum laude queant. Denserat hæc Alexander Macedo, qui, cùm in Sigeo sepulchrum uidisset Achillis. O' fortunate, inquit, adolescēs, qui tuæ uirtutis præconem Homerum inuenieris. Et uerè, inquit Orator: Nam nisi illi ars illa fuisse, idē tumulus, qui corpus contexerat, nomē etiam obruisset. Demosthenes autem ille summus Athenis vir, cùm ex eo quereretur, cuius uocem libentissime audiret, à quo summa uirtus, inquit, optime laudatur: quo dicto nimirum humanitatis & eloquentiæ studio magnopere commendauit. At nunc contrita delectacq; Græcia, quanta sit facta literarum iactura, cuncti cognoscitis, qui Latinorum omnem doctrinam ex Græcorū fontibus de-

riuatam non ignoratis. Quid ergo in tanto damno, in tanta iniuria dicemus principes? An de iustitia belli aduersus hæc monstrata hominum dubitabimus, qui nulla humanitatis studia colunt? qui fœdera nulla custodiunt? qui sanguinem nostrum sitiunt? qui cædibus saturari non possunt? qui sacra Dei nostri omnia polluunt, & exterminant? Fortitudo, inquit, Ambrosius in officijs, quæ bello tuetur à Barbaris patriam, uel domi defendit infirmos, uel à latronibus socios, plena iustitia est. Quod si ordo ille naturalis paci accommodatus, Augustino teste, id poscit, ut suscipiendi belli auctoritas, atque consilium penes principes sit, neque bellum alioquin iustum existimetur, uidete quanta est huius belli iustitia, cuius non solum Papa, & Imperator duo maxima luminaria, duo primi in terra principes, sed ipse rector orbis, mundi fabricator Deus est autor, qui sponsam suam ecclesiam matrem nostram, ut pupillam oculi nobis tuendam commendat. Monstrauimus belli iustitiam fortasse pluribus uerbis, quam necesse fuit, sed traxit me iniuriarum acerbitas. Parcite subirato: Date ueniam Iæso. Nunc ex bello, quæ sequatur utilitas, breuiter exponendum est. Cur enim se bello quisquam immisceat, nisi

## CONTRA TVRCAS ORATIO. 405

nisi & bello se iuuat: Vos igitur Principes, si fructum huius belli contra Turcos suscipiendi, cognoscere cupitis, dāna, quae toti Christianismo imminent, nisi Turcorum frangatur impetus, pēnitatem. Audiuitis quae passi sunt Constantinopolitani. Idem nunc multæ ciuitates expectant, nisi dum tempus est opitulamini. Serpit in diēs hoc uirus magis ac magis: nunc una prouincia, nunc alia nobis deficit. Rascia iam nouissimè occupata est. Dispotus eius prouinciæ cum coniuge & liberis in Vngariam se recepit. Vngari qui hactenus nostræ fidei clypeus, nostrę religionis murus fuere, bis uicti bello post mortem Alberti Regis, hi capti à Turcis sunt, centum millia hominum, aut eo' plus, duobus prælijs amisere. Non tulerunt integrī Turcorum uires, quomodo fracti ferent: Succubuerūt auxiliantibus Polonis, quomodo uincent soli: Magna est Turcorum potentia, in Asia & in Græcia. Tartarorum ferocem gentem foedere iunctam habent. Ducenta uel trecenta milia pugnatorum, ne dicam plura in armis cogere possunt. Quamuis sint Vngari strenui, & potentes uiri, atq; omni laude digni, non tamen tantis uiribus habentur. Siue uincitur Vngaria, siue coacta iungitur Turcis, neque Ita-

lia, neq; Germania tuta erit, neq; satis Rhe-  
nus Gallos securos reddet. At nonnulli,  
quia suis diebus non uideri similia, nec fie-  
ri posse confidunt, nos autem saepè Tarta-  
ros prostrita Vngaria Germaniæ fines in-  
gressos, ad Rhenum usq; debacchatos no-  
uimus. Vngari, priusquam Christum cole-  
rent, saepè Austriam, Bauariam, Sueviam,  
Franconiam, Saxoniam percurrerunt. At  
tila rex Hunnorum, ab Vngaria, quæ tunc  
Pannonia dicebatur, digressus, quantas I-  
taliam, quantas Germaniæ, quantas remo-  
tiiori Galliæ atq; Hispaniæ turbas intule-  
rint, non ignoramus. Quid Gothos, quid  
Vandalos, quid Gepidas, quid Herulos,  
quid Longobardos, quid Burgundiones  
referam? Omnes hi populi per Vngariam  
ab ulteriori Scythia uenientes, hanc no-  
stram Christianitatē miris afflixerunt mo-  
dis. Expectabimus igitur & nunc uenire  
Turcos, atque accersitis Tartaris nobilem  
atq; potentem Vngariam sui iuris efficere  
ac deinde reliquam Christianitatem locu-  
starum more corodere. Pugnandum est  
uobis omnino, principes, si liberi, si Chri-  
stiani uitam ducere cupitis. Existimatote  
nunc, an saluis & integris socijs, an fractis,  
atq; dimissis id agere magis expediat. Ro-  
mani, quos fama sapientissimos fuisse pre-  
dicar,

dicat, sociorum tutelam semper suam salutem esse ducebāt, ac foris quam domi pugnare malebāt. Nam foris si qua fuerit accepta calamitas emendari potest, quæ domi excipiuntur, clades exitiales habentur. Hinc Hannibal maximus ille Pœnorum Imperator cum Regi Siriæ Antiocho, aduersus Romanos bellum suaderet, non in Asia, siue in Græcia, sed in Italia pugnandum esse dicebat. Et uos ergo Teutones, si quemadmodum spero sapientes eritis, maiores uestros imitabimini, qui remota semper à domo bella gerere, ac uicinorum fines non minus, quam suos tueri consueuerunt. Quod si uos Germani hoc tempore Vngaros neglexeritis, non erit denique, cur uos ex Gallis auxilia prestolamini, nec cursus illi apud Hispanos opem inueniēt. Atque ita fiet, ut cum singulis semper gentibus pugnaturi hostes, facile quod cupiunt orbis imperium assequentur. Quod si acceptis armis, & Vngaris, & Rastianis, & alijs Christianis, qui uicini sunt Turcorum potentiae opem tuleritis, non solum uicinos uestros tuebitur, sed uosipso, uxores ac liberos uestros ex maximo periculo liberabit.

Atq; hæc est, ut mihi uidetur, maxima utilitas belli gerendi. Cum exploratum sit

ad nos dietim Turcos properare , prius  
occurrite quām uestros fines ingrediūtur,  
& auxilia uicinis afferte. Nam tunc tua res  
agitur, ut ille ait paries, cum proximus ar-  
det Quod si certissimi essetis, nunquam il-  
los ad uos esse uenturos , pro debito tamē  
baptismi uestri, quo estis iniciati, pro ma-  
ximis beneficj, quibus uos diuina pietas  
cumulauit, aduersus hos Euangeliū corrū-  
ptores, & Christi perfidos inimicos, eiusq;  
crucis derisores bellum gerere deberetis;  
Evidem, præstantissimi Principes, cum  
omnibus uirtutibus affecti sitis, nihil ta-  
men arbitror uos magis uelle, quām gra-  
tos esse atq; uideri . Hæc est enim una uir-  
tus, non solum maxima, sed mater omniū  
uirtutum reliquarum. Quid est enim pie-  
tas, nisi uoluntas grata, erga parentes? Qui  
sunt, qui libenti animo pro patria pugnat  
nisi qui patriæ beneficia meruerunt? Qui  
sunt, qui fidem erga Principes inuiolatam  
custodiunt, nisi qui eos in se beneficos re-  
cordantur? Qui sunt, qui præceptores ho-  
norant, nisi qui se doctrinam ab his acce-  
pisse nō sunt obliti? Qui sunt, qui amicos  
omni studio prosequuntur, nisi qui fru-  
ctum amicitiae tenaci memoria tenent?  
Quod si erga patriam, erga parentes, Prin-  
cipes, præceptores, amicos grati esse debe-  
mus,

mus, quanto magis erga Deum nostrū? & cuius obsecro pignora, quam Dei nostri beneficia sumus experti? Ille cum nihil essemus, nos in esse produxit, neq; lapides, aut arbores, aut equos, sed homines rationis participes nos creauit, nobis ingenium, sermonem, uirtutem, uires corporis atque animæ dedit. Et cum primi parentis culpa inferni mancipiū facti essemus, ut nos redimeret, descendit de cœlo, exinanuit seipsum, formam serui accepit, hominem induit, factus obediens usque ad mortem, mortem autem crucis, inquit Apostolus. Sub ipsa autem passione, & cruce, priusquam ad crudelstatem necis, & effusionem sanguinis perueniretur, quæ conuictiorum probra, quæ contumeliarum ludibria tulit: putamina insultantium excœpit, qui sputo suo cæci oculos aperuerat: flagellatus est, qui potestatem flagendi dæmones habet: Spinis coronatus est, qui sanctos suos floribus coronat æternis palmis: In faciem cæsus est, qui ueras palmas mundū uincentibus tribuit: Spoliatus est terrena, & caduca ueste, qui cœlesti atque immarcessibili candidate animas uestit: Cibatus est felle, qui se cibum homini præbuit: Potatus est aceto, qui populo suo nectaria pocula repromittit. Agnus ille innocens,

210 AEN. SYL. DE CONST. CLADE  
imodo ipsa innocentia, ipsa iustitia inter faci-  
norosos computata est: pependit inter la-  
trones Deus noster, uiderunt faciem eius,  
& non erat species neque decor: A' uerti-  
ce capitis usq; ad plantam pedis non erat  
in eo sanitas. Sed passus est, ut nos redde-  
ret impassibiles: mortuus est ut nos redde-  
ret immortales. Passus quia ipse uoluit, &  
iniquitates nostras ipse portauit. O' boni-  
tatem, O' clementiam magni Dei, misera-  
tiones diuinæ pietatis incredibiles: quam  
maxima & inextimabilia sunt Christiano  
populo prestita beneficia: Sed coram sunt  
haec in omnes fideles dona Dei. Vos au-  
tem o Germani peculiarior, quedam hono-  
ris ratio reddit obnoxiores. Nam qui uo-  
bis imperium dedit, is uos omnibus popu-  
lis, gentibus, nationibus prætulit. Haec est  
enim prima in seculo dignitas, cui omnes  
principes, omnes reges cedunt, qua salua-  
tor secundum carnem nascendo, peregrinando,  
moriendo dignam censuit quo uis  
honore. Quæ in Prophetis, pmissa, in Euā-  
gelio comprobata, in Apostolorum scri-  
ptis magnifice commendata existit: Haec  
est illa excellentissima dignitas, qua stante  
nō est cur Antichristi formidemus aduen-  
tum, quemadmodum & Tertulianus, &  
Cyprianus, & Augustinus, & multi uete-  
rum

rum ex uerbis doctoris gentium Pauli col-  
ligere uidentur. Hinc antiqui nostri Spir-  
itus sancto pleni, quamuis adhuc idola cole-  
rent Imperatores, persequerenturq; Chri-  
stianos, uitam tamen illis prolixam, impe-  
rium securum, domum tutam, exercitum  
fortem, senatum fidelem, populum pro-  
bum, orbem quietem optabant. Vos igit-  
ur magni, uos inclyti o Germani, quibus  
tanta dignitas credita est, curare præ exte-  
ris debetis, ne uobis imperantibus Chri-  
stianæ religionis maiestas intereat. Sed  
quid uos ad hæc Deo rependitis? imo quid  
nos omnes Christiani pro tatis beneficijs  
agimus? ubi tantorum honorum memo-  
ria est? Principes ubi gratitudo est? uiri po-  
tentis terram sacratissimam, in qua uisus  
est Deus noster, & annis super triginta ho-  
mo cum hominibus conuersatus Agare-  
ni occupant, officium nostræ salutis Mahu-  
metus obtinet, sacrosanctū domini sepul-  
chrum lectumq; illum ueneratu dignissi-  
mum, in quo propter nos uita nostra ob-  
dormiuit, in dominio Saracenorū impu-  
ratae manus obtrectant, loca illa sancta, lo-  
ca benedicta, loca preciosa & agni immac-  
culati purpurato cruore, dum nos file-  
mus, hostes fidei nostræ cœculant. Et quid  
ad hæc aitis principes? Cur hæc accidisse

412 AEN. SYL. DE CONST. CLADE  
putatis abbreuiatam ne manum domini  
creditis? aut impotentem factum qui est  
omnipotens? Nunquid non potest mitte-  
re plusquam X I I. legiones angelorum,  
qui Saracenos, Turcos, & Tartaros, se bla-  
phemantes exterminent? Aut certe tan-  
cum uerbo dicere, & fiet quod uoluerit.  
An qui ferocitatem Sennacherib angelo  
dimicante contriuit, qui furibundum Ho-  
lofernem in manum mulieris uiduæ de-  
dit, qui percussit reges magnos, & occidit  
reges fortes, qui clausit Aegyptijs mare,  
qui Sodomitis sulphur pluit, & ignē, qui  
uentis imperat, & mari, qui fecit coelos in  
intellectu, Mahometi superbiam frenare  
non poterit? Omne subest ei cum uolue-  
rit posse. Quid igitur opinamini? quid cre-  
ditis principes? Tētatuos Dominus Deus  
noster, experiri uult, an se diligatis, an uir-  
tute præstetis, an religiosi, an grati sitis:  
quid inter nos, si sit aliquis qui sapiat, &  
intelligat, ac requirat hæc, & indoleat ui-  
cem eius. Quid ergo moramini? quid sta-  
tis? an non est hic maximus bellandi fru-  
ctus? maxima utilitas uestra, si præliū ad-  
uersus inimicos crucis committetis: uos  
beneficij memores ostenditis: Deo nostro  
placetis: animas uestras lucrifacitis: & ha-  
bitaturi cum Angelis, triumphaturi cum  
sanctis

sanc*tis martyribus*, regnaturi cum Christo  
cœlum acquiritis. Omitto hic Principes,  
id emolumenti, quod plerisque omnes  
milites nostri temporis ex bello quærunt,  
aurum, & argentum, teuromata, pictas ta-  
bulas, equos, uestes, seruos, ancillas. Nam  
quamvis multa huiusmodi hæc expeditio  
repromittit, nolo tamen uos Christiani  
milites hæc ambirent, nolo uos rapinas  
quærere, nolo uos spolijs gaudere. Pufillit  
est animi lucris inhiare terrenis. Mens ge-  
nerosa, & alta cœlestes aspirat in thesauros.  
Brevis est uita hominis super terram.  
Fugiunt animi nostri licium, uitæ nostræ  
sunt aranearum tela, citò dirumpitur. Fe-  
stina enim decurrere uelox flosculus: an-  
gusta, miseræc*p* breuissimæ uitæ præcio,  
dum uina, cibos, somnia*c* poscimus obre-  
pit nō intellecta senectus, nemo scit, quid  
uesper uehat. Curriculum æui nostri in-  
certum est: Peregrini in terra sumus, spes  
nostra in cœlum tenenda est, ubi Euange-  
lio teste, nec fures fodiunt, nec ting*e* rodūt.  
Multæ sunt uitæ, quæ nos eò deducunt.  
Sed hoc profecto tempore, principes nul-  
lum iter certius, nullum securius, nullum  
expeditius, nullū glorioius est, quo pos-  
simus cœlū scandere, quam si contra Tur-  
cos cœlestis patriæ, nostræ ciuitatis super-  
nae

næ Hierusalem perfidos inimicos arma su-  
mentes, puris & constantibus animis bel-  
lum geramus. Cognoscitis, ut arbitror,  
iam principes, huius belli quod suademus  
non honestatem modo, uerum etiam utili-  
tatem. Nunc de facilitate gerendi belli pau-  
ca subnectam: Hoc est enim de quo tertio  
loco dicturum me promisi. Frustra enim iu-  
stum bellum, frustra commodo sum pro-  
bauerimus, nisi etiam factu facile, ne dicam  
possibile, demonstremus. In hac parte il-  
lud meo iudicio animaduertendum est o-  
ptimi proceres, ne maior hostibus quam  
nobis sit scientia rei militaris, ne frequen-  
tior usus, ne pecunia copiosior, ne poten-  
tia superior, ne Deus ipse fauentior: quin-  
imo neque si pares utrincipque vires fuerint bel-  
lum suaserim. Nam teste Octauiano Cæsa-  
re, qui prælium sine certa prærogatiua com-  
mittit, similis est ei qui hamo pescatur au-  
reo: facile namque plus amittere quam lu-  
crari potest. At mihi seu noua consideran-  
ti, seu uetera mente repetenti, in omnes na-  
tiones quas bello idoneas iudicant, nulla  
expeditior, nulla fortior, nulla peritior, nul-  
la audentior quam uestra uidetur. Vobis  
homines, vobis equi, vobis arma, vobis pe-  
cuniae sunt, Nulla natio tam grandis sub  
cœlo est, quæ habet Deos appropinquan-

tes

tes sibi, sicut adest nobis Dominus Deus noster. Et ubi obsecro tot clarissimi principes & tot generosi proceres & tot fortissimi equites & tot potentes ciuitates & tot diuitiae & tot auris & tot argenti & tot ferri minerae? ubi tanta populi multitudo? tanta iuuentus? tantum animi? tantum roboris & Germaniae fines, ut ueteres tradunt, ab Orienti Viscella fluuius, & Vngariæ limes fuere, ab Occidente Rhenus: à Meridie Danubius: à Septentrione Oceanus, & mare Balteum, quod Prutenicum uocare possumus. Nunc quantum extra hos terminos possideatis ipsi uidetis. Vos Angliam, pulsis Britannis, occupastis: uos Belgarum Helvetiorumque fines electis Gallis, obtinuistis: Vos Rhætiam & Noricam inuasistis, uos usque in Italiam pedem extendistis: uos Hulmerigeros, qui nunc Pruteni uocantur, ex manibus infidelium detraxistis: soli ex alienis in uestro solo Bohemi sedent, potentissimi & nobilissimi populi. Sed & illi uestro imperio parere se aiunt: Regemque habent uestri sanguinis nobilissimum Ladislaum. Vos igitur magni, uos bellicosi, uos potentissimi, uos fortunatissimi, ac Deo accepti estis, quibus adeo fines extendisse licuit, & super omnes mortales Romanæ potentiaz datum fuit  
obsi-

obsistere. Nam terrarum ille calcator omnia,  
& orbis domitor Iulius Cæsar, quā-  
uis subactis Gallis sæpè Rhenum transiue-  
rit, resq; maximas in Germania cesserit,  
bellicosam tamen & asperam Sueuorum  
gentem dimisit indomitam. Augustus O-  
ctavianus, cui & Parthorum, & Indorum  
Reges munera miserunt, qui unus omniū  
Romanorū fortunatissimus creditus est,  
de quo illa sunt metra: Augustus Cæsar di-  
uum genus aurca condet sæcula, qui reuer-  
sus Latio regnata per arua, Satur. quondā  
superat Garamantas & Indos, Profert im-  
perium iacet extra sydera tellus. Extra an-  
ni solisq; uias, ubi cœlifer Atlas, Axem hu-  
mero premit stellis ardentibus aptum. Il-  
le, inquā, fœlicissimus Imperator nullibi  
unquam, nisi apud Germanos succubuit.  
Nam Lollianam & Varianam cladem in  
Germania perpessus est. Lollianam maio-  
ris infamiae, quam detrimenti: Varianam  
penè exitiale, tribus legionibus cum du-  
ce, legatis & auxilijs omnibus cæsis. Lon-  
gum esset referre, quas intulerunt Roma-  
næ reipublicæ molestias Germani, qui, et si  
Romanorum fortunæ aliquando cesserit,  
postea tamen & ipsi de Romanis, de Gal-  
lis, de Hispanis, de Vngaris, deq; alijs di-  
uersis gentibus sæpen numero triūphârunt.

Nec

Nec Romani, cùm rerum potirentur, res magnas sine Germanis auxiliantibus, peregerunt, quorum tanta in bello uirtus, tanta in domo fides fuit, ut Cæsarei corporis custos, cohors ex Germanis potissimum legeretur. Conferamus nunc Turcos, ac uos inuicem, & quid sperandum sit, si cum illis pugnetis, exatminemus. Vos nati ad arma, illi tracti: Vos armati, illi inerimes: Vos gladios uersatis, illi cultris utuntur: Vos balistas tenditis, illi arcus trahunt: Vos loricæ thoracesq; protegunt, illos cultræ tegit: Vos equos regitis, illi ab equis reguntur: Vos nobiles in bellum ducitis, illi seruos, aut artifices cogunt. Vestri milites nati atque nutriti in armis sunt, illi copias suas exceptis quindecim millibus pugnatorum, quos expeditos habent, ex agris atque officinis petunt. Vobis flectere ludos, equos, & tendere spicula cornu: Vos omne æuum furore territis: uestra iuuentus Torneamentis intenta est, aut quætit oppida bello: nec tarda senectus uestras uires debilitat, mutatq; uigorem: Canitem galea premitis, semperq; recentes bellorum habere causas cupitis, & uiuere in armis: Illis pictæ croco & fulgenti miricæ uestes desidiaq; cordi sunt: Summia uoluntas est indulgere choreis: Solus Maho-

DD me

metus, & quos dixi, quindecim millia expediti sunt, quos sonus delectat armorū, & animus in bella paratus exhibit audaces. Cæteros inexpertos, timidos, effrænos nullius precij iudicetis. Quod si manus cum illis conferatis, nihil est, quod de uictoria dubitetis. Si modo quam gesturi estis pro Deo pugnam, aduersus Deum non conuertatis mala mente procedentes. Cum ergo maiores uestrī, principes, omnes uicinos ac longè positos populos armorum gloria superauerint, cum timentes ipsi nulos omnibus terrori fuerint, cum uos ipsi nihilo minores uestris progenitoribus sitis, cum omnibus his rebus abundetis, quas bello necessarias putant, cum uobis fortissimi milites, peritissimi duces, ac satis fortunati sint, cum Deum in causa sua propitium sperare par sit, cum uestri hostes longè inferiores nobis existant, non est, cur tam honestum tamq; utile bellum pro Deo uestro gerendum, detrectare quoquo modo debeatis. Dicat hic fortasse quispiam: Rem non esse cum Turcis tantum, sed cum Tartaris simul, & Saracenis, cumq; omnibus gentibus, quas illi subiectas habent. Huic ergo cōtra insto, nec ego uos soli Teutones, inq; pugnabitis: ex Italia, ex Gallia, ex Hispania multi

con-

concurrent, nec Vngari deerunt, nec Bo-  
hemii fortissimæ gentes. Rastiani, Bulga-  
ri, omnes Illyrienses, omnes Græci sum-  
pta occasione, consurgent. Vicini quo-  
que in Asia dabunt manus. Nolite existi-  
mare principes, ita omnem Asiam Maho-  
meto parere, ut non multi sint Christo ser-  
uientes, multi in Cilicia, Bythinia, Cap-  
padocia, Ponto, Syria, Christiani sunt,  
quamuis iugo seruitutis oppressi. Hyberi,  
qui & Georgiani vocantur, Trapezunti,  
Armeni, Christum colunt, nec cunctabun-  
tur arma sumere, si uos uiderint audentes.  
Veneti quoque & Ianuenses potentes po-  
puli, quamuis pacem cum Turcis habent,  
partes tamen uestras classibus adiuuabūt.  
Coacti nanc̄, ne ciuitates orientis admit-  
terent pacem facere. At quod homines in-  
uiti, ac necessario faciunt, nec diu, nec di-  
ligenter facere possunt. Veneti certè fidem  
Imperatori dedere, facturos se, quod dece-  
at Christianos, si bellum communi fidelium  
confilio contra Turcos decernatur. Ego,  
et si certè scio, proceres, uobis arma sumen-  
tibus ex tota Christianitate affutura præ-  
sidia, nihilominus & illis domi manenti-  
bus, huic bello solam Germaniā sufficerē  
nō dubitauerim. Scio enim Gothsredum,

DD. 2. qui

qui fuit Lotharingie dux, cum solis Transrhenanis Teuronibus & aliquibus Gallis, paucis Italos, Vngariam percussisse, Græciam penetrasse, Hellespontum transisse, Asiam permeasse, Hierosolymam ex potestate fidelium uendicasse, uictis, ac prostratis omnibus, quæ occurrerent in medio gentibus, quamuis & Turci, & Saraceni numerosi resistere conarentur. In eius exercitu ducenta millia pugnatorum fuisse traduntur, atque multo maiores copias sola Germania cogere potest. Sed dicitis, ut existimo, quo modo foris bellum geremus, qui domi contendimus; nec porro est Germaniae ulla quieta: Sicut pax intus, non recusabimus extrâ bellare: Prius Turci Rhenum attingat, quam lites omnes extirpentur. Idcirco sapientes illi, qui Ratisponæ fuerunt, indicendas in tota Germania quinquennales inducias putauerunt, id nunc explendum est. Omnes qui contendunt imperij principes, aut uassalli, aut subditi sunt, nisi Cæsaris manda-ta custodiant, fidem frangunt, honorem maculant, rem publicam laedunt, sibi ipsi nocent. Quod ego de tanta nobilitate minime putauerim. Nam quis erit adeo durus, adeo obstinatus bonis, adeo aduersus mo-

moribus, ut Treugas pro communi Christianorum salute indictas præsumat & Est hic legatus Apostolicus, qui censuras ecclesiasticas interponet: Legari Cæsaris imperiale bannum, & alias poenas adiment. Proh Germani nobiles, gens bellicosa, g̃es alti cordis, an modo in tanta & uestra, & omnium Christianorum necessitate deficie tis eritis ne adeo incauti, adeo cæci, ut ranœ murisq; fabulam in uobis impleri finatis: qui dum inuicem se morderent, præda milui fuere. Nonne cernitis, dum simul contenditis, uenientem Turcum, & omnia rapientem, quæ uos litigare compellunt? Expellite prius communem hostem, tum si pacem tenere nequitis de terra, de dominio, de cæteris bonis pugnare, quæ non Turcis, sed uestris filijs relinqueret ualeatis. Evidem, si has inducias amplectemini principes, non est mihi dubium, quin ualidissimum, & copiosum exercitum comparare possitis, quo educto pacem in Alemannia necessario relinquatis: latrones enim & raptore omnes exhibuit, agricolæ & artifices domi manebunt, paratum genus hominum, quemadmodum tempore coronandi Cæsar is euenisce constat, cum ille copias aduersus Saracenos &

DD , Tur-

Turcos eduxit. Et fortasse hæc una est pa-  
candæ Germaniæ uia, nescio an uos aliam  
habeatis. Sed dicitis, quid cum Prutenis  
agemus? qui rebellantes suis dominis re-  
licta religione Teutonica, ad magnum re-  
gem Poloniæ deficerent. Tria hæc reme-  
dia sunt, duo dicam, tertium in aliud tem-  
pus retinebo. Aut seruentur hic induciæ,  
sicut in cæteris Germaniæ litibus, aut si  
hoc durum religioni uidetur, finite fra-  
tres religiosos cum Saxonibus, Bohemis,  
& alijs quos possunt alicere, suam prouinciam  
uendicare. Neque enim propterea  
uester exercitus magnoperè impedietur.  
Nam, & imperante Conrado, de quo pau-  
lo antè dixi, cum tertius Eugenius Roma-  
nus pontifex Christianos excitaret, pro-  
tutela terræ sanctæ, quam Saraceni euerte-  
re conabantur, Pruteni cum cæteris ulte-  
rioribus idola colebant, ac crebris excus-  
tionibus, nunc Saxoniam, nunc alios uici-  
nos Christi cultores infestabant. Conra-  
dus autem dimissis Saxonibus, aut cæte-  
ris uiciniis, qui domi cum Prutenis, ac re-  
liquis Barbaris decertarent, ipse cum Rhe-  
nenibus, Sueuis, Franconibus, Bauaris,  
Hierosolymam penetrauit. Idem & nunc  
uobis agere licet. Cæterum, quia nonnulla  
los

los esse audio, qui Mahometum deinceps  
quieturum existimant, necq; ut ego dico,  
tantoperē festinādum cesserent, referabo uo-  
bis aliqua de consuetudine & natura hu-  
ijs hominīs, quæ mihi per eos nota sunt,  
qui secum aliquandiu conseruati fuēre, ut  
quid sperandum, quidue timendum sit, eo  
certius habeatis. Est autem Mahometus  
adolescens, annos natus quatuor, & uigin-  
ti, animo truci, & gloriæ cupido, robusto  
corpore, ac laboris paciente, neque uino,  
neque coenis indiget, & quamuis more  
gentis libidinosus, non tamen inter uxo-  
res languescit: choreas fugitat, unguenta  
deuitat, raro induitur mollibus, non can-  
tu, non sono delinitur: non canes alit, non  
aves nutrit, una ei uoluptas est arma tra-  
ctare. Honorat milites, equos amat, naues,  
curros, machinas bellicas, formosis mulie-  
ribus præfert. Et quāuis est natura Barba-  
rus, abhorretq; literas, gesta tamen maiorū  
cupidē audit, ac Iuliu Cæsarem, & Alexan-  
drum Magnum omnibus anteponit, quo  
rum illustria facta superare posse confidit,  
atque contendit: nec se minus aptum ad  
subigendum orbem dicit, quam illi fue-  
runt, cum sua sint longè maiora principia,  
quam illorum referantur. Et quoniā falso

Prophetæ suo Macho, ex quo Constantino subiecit, non dubitat, quin ad Romanos submittere possit Barbara temeritate, & Afiana superbia plenus. Hic est, uester hostis, proceres, existimatote nunc, an tam naturam quiescere sit uerisimile. Sed quid conjecturis, aut argumentis in rebus utim manifestiss. Nonne hic uicta Constantinopoli, mox Peram delevit, propinquas ciuitates oppressit. Ciclades insulas maris Aegei, magna ex parte diripiuit Di- spotum ex Roscia pepulit. Et quamuis es- sent cum Vngaris induciæ, eorum tamen fines ingressus, nonnullos agros depopu- latus est. Ecce pacem Turcorum optimi principes. Ecce quietem, quam sperare po- testis: Nolite confidere, nolite differre. Consulite uobisipsis, & utilitati, liberta- tie uestræ, dum tempus habetis. Causa belli ut intelligitis, & iusta est, & necessa- ria, & maxima: uobis ad pugnam omnia quam Turcis meliora supersunt. Orat uos Cæsar ne Christianæ Republicæ, ne uobisipsis hoc tempore desitis, sed quem- admodum Ratisponæ condicū est, quos potestis milites, equos, arma, currus, instrumenta bellica commeatus præparatis. Nam & ipse, quæ sunt in sua potestate, ad hoc

hoc opus omnia promittit, quæcunque si-  
bi, ut Imperatori Romanorum, ut Austræ  
duc, ut religioso principi, ut homini Chri-  
stiano incumbunt exequi, præstò est, & ua-  
lens; tantum uos principes in hoc loco de-  
bello gerendo concordes sitis. Nam si un-  
quam pugnandi tempus fuit, profectò nunc  
est, quando non solum honor, & status ue-  
ster, sed ipsa libertas uestra, ipsa fides, ipsa  
uita in dubio ponitur. Nec enim si Tur-  
cos progredi ad uos sinitis, quærendum e-  
rit, in quo statu, in qua fide uiuere, sed ui-  
uere debeatis. Mementote patrum uestro-  
rum generosi proceres, ponite ante oculos  
illustria facta maiorum, recolite quoties  
progenitores uestrí cum magnis exerciti-  
bus Alpes Italæ transfiere. Alphonsum  
Longobardorum regem, Stephano Papæ  
molestem Pipinus coercuit. Desiderium  
eius prouinciæ regem, Hadriano insulan-  
tem Carolus magnus compescuit; Roma-  
nos formoso Pôtifici rebelles Arnolphus  
edomuit; Berengarium, qui se regem Ita-  
liæ iacticabat, uocatu Ioannis Papæ Otto  
primus magno bello cōtrivit. Referre qui-  
dem grauius fuerit, quoties uestri anteces-  
sores pro Romana Ecclesia, pro fide catho-  
lica, pro salute communi decertauerunt.

Illi quidē dum parato, & fortī animo Christianam religionem tuerentur, Romanum Imperium ad se traxēre. Videte nunc, quē uobis animum suscipiendum esse putetis? Patres uestri pro suis non dicam ciuibus, sed agricultorū paulo contumeliosius tractatis sāpē bella gesserūt, uos uno Imperatore cū tota Græciæ nobilitate crudelissime necato, non putabitis esse pugnandum? Illi frequenter suis ministris parum referenter compellatis, non dubitarunt arma reci pere: uos Deo uestro probroſe contempto non armabimini! Illi pro amplecten- dis Christianorum finibus, durissimis se prælijs commiserunt: uos pro tuenda religione, fide'q; uestra recusabitis arma cape scere! Non est de rebus leuioribus hoc bellum, pro patria, pro liberis, pro uxoribus, pro socijs, pro libertate, pro uita, pro fide, pro religione, pro sanctis martyribus, pro magnis Apostolis, pro glorioſa matre Dei aduocata nostra regina cœli Maria, pro filio Dei, pro redēptore, pro saluatore, pro maximo, & certissimo Deo uestro, pro spiritu sancto directore, pro patre eterno, pro diuinissima trinitate, quam spurcibus ille Mahometus persequitur, cōmittendum est prælium? Cogitate principes, quo redacta

dacta est Christiana religio, quantum in Oriente, quantum in meridie diminuta est nostra fides? Sumite alta corda: induite fortis animos, defendite matrem uestram Ecclesiam, quos Christo regnauerit. Accingi mini gladio supra foemora uestra potestissimi: occurrite inimicis uestris. Nolite esse ultimi, quos Imperij dignas iubet exire priores. Carolus Rex Francorum, & nobis illustrissimus, & potentissimus, pugnaturum se dicit, si uos amemini. Quæ sit mens incliti Ladislai Regis Vngariæ, & Bohemiae, ex suis oratorib. audietis. Regis DACIÆ, Suetiæ, ac Nortuuegiæ literas habemus, quæ mentem illius optimam expoununt. Alphonsus Rex Arragonum, & Siciliæ nostri seculi clarissimū fidus, etiam silentibus cæteris hoc magnificum bellum, hanc gloriosam expeditionem pro Christi nomine ultrò suscepturnū se pollicetur. Philippus Burgundiæ dux, non minus animo quam sanguine clarus, potentatu ac dominatu par magnis regibus, non modo se iturum ad hoc bellum promittit, sed alios quoque, ut se accingant magnopere adhortatur. Intueamini hos duos Principes, Alphonsum, & Philippum, maximos dominos, terra, mariq; potentes, ambo  
ætate

428 AEN. SYL. DE CONST. CLADE  
ætate profecti sunt, ambo sexagesimum  
annum transiere: Ambo tamen certamini  
sese offerunt, neçq; in proprijs personis pro  
Deo suo pugnare recusant. Quid uos fa-  
ciatis electissimi principes, quib. ætas flo-  
rida est? quibus ebullit sanguis? quibus  
Martius labor iucundus, quidam ludus ui-  
deri debet? En milites, en duces, en robu-  
stissimi iuuenes, sinitis ne senibus maiore  
quam uobis animum esse? dormietis ne  
domi, cum illi foris militent? marcebitis  
ne ocio, dum illi in negotio uigent? Mini-  
mè de uobis talia suspicor, degeneres ani-  
mos timor arguit. Vos autem erecto ani-  
mo alacres intueor: Incipio bene sperare:  
Sentio iam titillare pectore uestra ac fla-  
grare amore bellandi. Nec miror uos æta-  
te militiae sectatores huius belli cupidos  
esse. Nam & ego ipse quamuis senio gra-  
uis, quamuis Ecclesiæ deditus, incendor &  
æstuo nimio feruore talis uisendæ pugnæ.  
Veteribus illis, ex quibus uobis origo est,  
principes cum essent adhuc gentiles, nul-  
lum fuit graue bellum, quod pro patria su-  
scepissent, nullam illi mortem miseram pu-  
eauere, quæ pro Republica subiretur. Sed  
quæ Republica maior, aut melior, quam  
nostra Christiana, quæ patria dulcior, aut

nobilior, quam nostra illa cœlestis, ad quā  
cuncti aspiramus formosa Hierusalem? Illi  
cum pro patria morerentur, tamen maxi-  
mè exaltabant. Nos cùm morimur, tūm si-  
nimus exilium: tūm patriam ingredimur.  
O' felix mors, quæ uitam p̄emitt̄ tempora-  
lem, concedit æternam. O' faustum, ac  
desiderabile bellum, in quo si uincis, in ter-  
ra, si uero uinceris, in cœlo triumphas.  
Quid'ne ergo ardenti pugnemus animo,  
quibus tanta promittuntur emolumenta.  
Ecce dominus noster sanctissimus Chri-  
stianorum summus pater Nicolaus Papa  
quintus, ouium Christi pastor Romanorū  
Pontifex, successor beati Petri, Christi Dei  
nostrī uicarius, omnibus qui hanc expedi-  
tionem sequentur delicta remittit, culpas  
abluit, ueniam præbet, cœlum promittit.  
Nec de promisso est dubiū, quando is est,  
qui habet potestatem ligandi, ac soluen-  
di, qui locum illius tenet, cui datæ sunt cla-  
ues regni cœlorum. Ecce nunc cœli aperti  
sunt, ecce nūc iter in patriam, ecce scalam,  
qua super omnes planetarum orbes scan-  
dere ualeatis, atcq; ad ipsam galaxiam per-  
uenire, quæ nos ad regiam magni Dei re-  
cto tramite ducat. Quod si omnibus, ut  
inquit Orator, qui patriam dilexerint, iu-  
uerint,

430 AEN. SYL. DE CONST. CLADE  
uerint, defenderint, certum est in cœlo esse  
diffinicum locum, in quo beato æuo æter-  
no fruantur, quid de uobis putandum est,  
principes, non qui pro terrena, sed pro cœ-  
lesti patria pugnaturi estis? Quid dicam?  
Multa dicere possum, sed hoc tempore A-  
postoli Pauli doctoris gētium uerba com-  
memorasse satis erit? Quia neque oculus  
uidit, neque auris audiuit, neque in cur ho-  
minis ascendit, quæ promisit dominus di-  
ligētibus se: quales uos futuros esse ô Ger-  
mani nobiles, nemo dubitauerit, si hoc  
bellum, ut Imperator admonet, Papa pe-  
tit, Christus iubet, pro diuino ho-  
nore atque amore susci-  
pietis.

H O R

**HORTATVR ETIAM**  
**AENEAS SYLVIVS PA-**  
**PAM VT CHRISTIANOS CON-**  
*tra Turcos defendat, & innescit, quæ pra ma-*  
*nibus sunt inter Vngaros, & Aus-*  
*strales.*



Eatissime Pater, & Clementissime domine, post deuota per-  
 dum oscula beatorū, & humi-  
 lem mei recommendationem  
 descriperam nuper S. uestræ de perditione  
 Constantinopolis. Deinde noua hie fue-  
 runt, quæ ciuitatem illam adhuc per Chri-  
 stianos teneri dicebat, id mihi ad tempus  
 consolationi fuit. Sed nunc inuenio pri-  
 mum nuncium nimis uerum fuisse. Qui-  
 bus ex rebus, et si mihi aliter non conuenit  
 de tanta re loqui, tamen ut Christianus ta-  
 cere non possum. Multa cū Cæsare de hac  
 calamitate Reipublicæ Christianę sum lo-  
 cutus. Inuenio mentē eius bonam, sed im-  
 possibile est, præclarè agere eū, cui desunt  
 facultates. Quod si uestra sanctitas, cui  
 principes auscultant, ad hoc nauarit ope-  
 ras, nō est mihi dubium, quin furor Turcorū  
 cōprimi possit, & Christiano populo be-  
 ne consuli. Tanquam igitur uermiculus  
 scripsi

scripsi nuper, & modò scribo, uti ad rem  
hanc uestra pietas uiriliter assurgat: oro ue  
lit, & toto pectore nego cū fidei suscipiat,  
scribachz Cæsari suum propositum, qui p  
fectò uolens est, & Apostolica mandata co  
tis conatibus exequetur, quemadmodum  
**ex suis literis cognoscetis.** De rebus harū  
partium hæc referre possum. Vngari ad fe  
stum S. Bartholomæi proximum conuen  
tum habituri sunt apud Posonium cum re  
ge suo. Ibi tria dicuntur agenda. Primum  
danda est opera, ut pax cum Cæsare tracta  
ta ratificetur, ad id Australes cupiētissimi  
sunt: Comes Ciliciæ alium animū habet.  
Plus tamen ualituri, quā malī creditur. Se  
cundū est, ut Axamit ex Vngaria eliminari  
possit, qui multas strages Vngarī dedit.  
Ferturq; iam ad 13000. hominum in armis  
habere, & ad eos iam confugisse Giskram,  
nonnulli trādunt sed hoc nōdum certum  
est, quāuis recessisse eum malī animi à rege  
Ladislao constet. Tertium est, ut de facto  
Turcorum consiliū capiatur. Hæc de Vn  
garīs. De Austria hæc sunt. Veniunt nunc  
ad sanctitatem uestram legati regis, dicun  
tur acturi de censuris, & de Ecclesia Pata  
uiensi. De hoc ultimo scit uestra pietas,  
quid Cæsari promissum sit. Durum est of  
fendere tātum principem, & ecclesiā sem  
per

per uacare fortasse durius. Nescio quid dicam: uestra sanctitas meliorem partem eligit. Aliunt aliqui legatos, illos etiam de compactatis Bohemorum cum uestra sanctitate acturos. Nam rex illa Bohemis promisso fertur. Malè, ut intelligo, res apud Bohemos se habent, quando hæretici dominantur. Comes Ciliciæ parum de fide curat. Rex puer tantum cupit quantum sapit. Nunc apud Vratislaum inter regem Poloniæ & Alberti filiam, matrimonium trahatur, crediturque iam conclusum. Hæc habui, quæ modo pietati uestræ scriberem. Commando me pedibus uestræ S quam diuina pietas diu sospitè nobis præbeat. Ex Græcio Stiria, die 11. Augusti, Anno quo supra.

### CONSTANTINOPOLITANA clades ueridicè referiur.

**R**euverendissime in Christo pater, & domine mi colendissime, post humilem recommendationem. Dedi super dignationi uestræ litteras, per quas aiebam noua huic delata esse, quæ calamitatē Constantinopolitanam denegarent. Ita e quidem factum est: Nam de Venetis illa una lætitia uenit. Sed nunc ex pluribus locis habemus nimis uerum suisse primum

434 AEN. SYL. DE CONST. CLADE  
nunciū. Nam & Constantinopolis capta,  
per Turcos in seruitutem redacta est, ho-  
minum magna cædes facta, animæ multæ  
abductæ sunt, & alia plæracq; loca occupa-  
ta. Quibus ex rebus uerisimile est superbū  
& crudelem hostem non quieturum, neq;  
per ignauiam & socordiam, tantam uicto-  
riam neglecturū. Incumbit ergo Apostoli-  
co culmini, de tanti periculi auersione co-  
gitare, admonire principes, ac populos, in-  
stare, uigilare, festinare, nihil omittere ex  
his, quæ ad Reipublicæ salutem pertineat.  
Ad quam rem, licet sacrum orbis senatum  
ardentem non ambigam, tamen dignatio-  
nem uestram pro ueteri seruitute mea his  
paucis onerare præsumpsi, quibus me, ue-  
luti Christianum de talibus nouitatibus  
anxium esse, catholicæ religioni timere, &  
prouisionem optare significarem. Néque  
alia super hoc modo de rebus Bohemicis  
aliqua nuper dignationi uestræ significa-  
ui. Si per occupationes uestras licet, cupio,  
responsum habere. Meq; uestræ P. reueren-  
dissimæ, quod ad possum, facio commen-  
datum, quacunq; in re possum, illi seruitu-  
rum. Ex Græcio Styriæ, die 11. Augusti,  
Anno millesimo, quadringesimo,  
quinquagesimo tertio.

EX PAVLI ÆMILII  
VERONENSIS: DE REB.  
GEST. FRANCORVM, LI.  
bro IIII. De Turcarum incremen-  
to & potentia.



NT E concilium Claromontanum duo de quadraginta cí-  
citer annis, Hierosolyma con-  
tinenti Turcarum oppressa iu-  
go quotidie hostilia patiebantur. Non cū  
Patriarchis modō, p̄ h̄sc p̄ regionis cultori-  
bus, sed cum sanctitate locorum imp̄j bel-  
lum gerebant, odio religionis nostræ in-  
expibili. Per pauci exterorum ē nostris  
audebant sanctam urbēm inuisere: Petrus  
ex nobilitate Ambianensi, puer literis im-  
butus, ubi ætas patientis laborum fuit, rei  
militari deditus, uir effectus, rebus huma-  
nis spretis, eremo se dicauit. Aliquanto  
pōst, impetus eum subiit sacræ peregrina-  
tionis suscipiendæ, paupertate, uiliç cultu  
inter Barbaros tutus, & acrī quidē in-  
genio, sed qui corporis specie indecora,  
breuiç statura, & minus liberali facie, con-  
temnendus magis quam metuendus ui-  
deretur, omnia circumiuit, lustrauitq; ac

EE 2 mo-

mores impiorum, animos, urbes, uires cognouit, perspexitque quam atrocia, & nefaria exempla barbarae religionis homines in nostros ederent. Cumque edoceretur a Simone Patriarcha Hierosolymitano, uiro sancto, quae illi paucis diebus intolera bilia uiderentur, incolis prijs quotidie uidenda, patiendaque esse, ac perpetua futura, & si quid ultimis malis addi possit, etiam atrociora: e reuism est, Patriarcha Petro literas ad summum Pontificem dare, quibus opem sanctae Christiano nomini ter rae laboranti, malisque fessae imploraret. Haec in hanc sententiam scriptae sunt.

Sanctae urbis ciues, ac Christi con terra nei, quotidie perferimus ea, quae supremis tantum diebus mortalitatis suae Christus Rex noster semel passus est: pulsamur, cædimur, fodimur. Quotidiè nostrum aliquis, fustibus, securi, cruce mactatur. E' ciuitatem in ciuitatem refugeremus ad extremos terrarum fines: e mediaque terra, ubi salute nostra operatus est Seruator noster, commigraremus, inopem, profugam, uagamque uitam acturi, nisi nefas esset, terram nascente, docente, moriente, resurgente, cœlum repetente domino sacram, cultoribus, sacerdotibusque orbani esse, priusque non superesse, qui martyrium, mortemque perferant, quam

quām desint qui inferant: nec esse qui pro Christo, uelut in bello, mori uelint, cum sint, qui oppugnandi finem non faciunt. Hæc nos patimur miserrime quidem: sed fuit, cum maiores nostri nihil tale sibi, posteris uere suis timerent. Nunc forsitan ne sine metus suspicione degunt occidentis Christiana Regina, sed exēplo, testificatione cę nostra permoueantur. Indies Turcarum uires augmentur, nostrorum imminuuntur, nouorum semper Imperiorum accessio, illis spiritus addit. Orbem terrarum se amplectūtur. Ferociora, ualidiora cę sunt Turcarum, quām Saracenorum fuerint armia, consilia etiam callidiora, & copta audacia, & conatus maiores, ac exitus secundiores. Vtrancę tamen Romanam tentarunt Saraceni. Byzantium obsedere, ac Italiam non modo oram maritimam, sed & mediterranea euastarunt. En cur Regna occidentis se in tuto locata, & extra aleam posita confidant, cum orbis terrarum arces in periculo fuerint. Quid sibi spondebit reliquum nomen Christianum, cum sedes Christi, religionis spectacula Hierosolyma oppugnata, capta, triumphata, edomita, seruata, elocata sint? cum ex Christiana professione tenues, exangues cę, ac parue reliquie supersint, siquidē ueteri corpori suo con-

ferantur: Terra hæc, quæ quotidie sanguine nostro perfunditur, sanguis ipse fusus uindicem querit. Vestram opem, misericordiam, fidem, religionem imploramus supplices, demississimi, Beatissime pater, Duces, ac Reges, Proceres, non nomine tantum, professionis, uoce, sed animo Christiani. Antequam tempestas in nos tonet, antequam fulminet, auerte a uobis, liberis, uestris procellam imminentem: defendite supplices uestros, uindicate religionem ab impia, nefaria, seruitute. Terras beneficio nostro demerebimini: numen, & coelesti in sempiternitatem, & in præsentia terrestribus regnis uirtutem uestram remunerabitur, cuius sacrum solum ab inferna rabie defederitis.

Hæ fuere literæ non minus ad Proceres nostros, quam ad Pontificem Maximum datæ: addita uberiora mandata Petro, cui quod formæ minus speciosæ deerat, acre ingenii facundia explebat. Accessit fama, eum in templo quiescentem, uisum si bī audire uocem Christi iubentis, illū cœli legatum redire, nunciare Proceribus Christianis, bellum pro religione suscipiant, gererent. Ita DEVM, Dominū uelle, iubere. Cōstat Urbanū auditio Petro,

lectis

Iectisq; literis, cōcilium Claromontem in Galliam indixisse. Ac dum cōueniunt undiq; Proceres, cum in Italia concilijs prius habitis, mores sacerdotum à prisca sanctitate degenerātes, ad ueterē frugem, quām proximē fieri poterat, reuocasset, in Gallia quoque circumiuit nobiles diœceses, multaq; sancte instituit, sanxitq;. Cum Claramontem peruenit, primis diebus sacris faciendis, afflationēq; S. spiritus, ac ope imploranda cōsumptis, tunc in prima fessione trecentorū decem patrum eos hortatus est, ut fraterno inter se animo agerent, meminissent muneris sui: eos esse internūcios, interpretesq; Numinis, ac mortalium, qui uoluntatē patris cœlestis filijs in spem supernōrum Hierosolymorum procreatōis, suscep̄tisq; enunciarēt, qui superum iram in humanum genus, precibus, lachrymis, cilicio, uita placarent: qui deleri mallent ē libro uiuentium, quām ut pereat, uel minimus eprū, quos sanguine suo à morte Seruator vindicasset, qui Apostolis successis- sent in custodiā gregis, mortēq; pro Christi nomine cruentam, si casus ferat, obeundam. Nec hoc uolentibus difficile factu esse. DEV M his, à quibus piē colatur, quicquid eius causa omnia uelint, adesse: eorum mentem consilio, pectus fortitudine,

animum numine implere, præmia propria, quæ ne spe quidem, animoq; concipi nunc possint. Iam confluxerant ad præstutam diem proceres, legatiq;, ac summi undique viri. Tunc altero confessu nemine piorum excluso, summotoue, recitari iussit Hierosolymitanas ad se, proceresq; literas: continuo & Ambianensis manda ta exposuit: & quæ literis tradi nō potuerant, lachrymas, gemitusq; gentis, & alia, quæ sancto, facundoq; viro, qui miseriam, fœditatemq; hominum, terrarumq; illarum corā uidisset, incendente dolore ani mi, facilius fuit ostēdere, miserariq;, quam tāto interuallo scriptores expromere pos simus. Cum permoueri homines uoce Petri Pontifex uideret, tunc ita exorsus est. Audistis filij legationem non unius sancte ciuitatis, sed totius humani generis, fidem uestram implorantis in bello, quod imp̄, tenebrarumq; potestates cōtra pios, Christumq;, & lucis angelos gerunt. Communis causa, nec magis Orientis quam Occidentis, terrarumq; omnium est. Latus nostrum illa tela petunt: ibi oppugnamur, quicquid ibi perit, nobis perit. Nostrum illud dedecis, nostrum excidium. Turpe est cum viribus, cum numine superiores simus nobis, per ignauia sedentibus, compre-

pressis'q; manib; à nouo, ignobilissimo-  
qué hoste causam nostram, causam religio-  
nis, causam cœli uinci. Pace hic fruimur,  
sed cum indignitate. In oçio degimus, sed  
flagitioso, quod'q; posteri culpent, iam su-  
perum iudicio, si ultrà cessamus damnatū.  
Militia est super terra hominis uita. Die  
Baptismatis nomen dedimus, in uerbaç  
Christi iurati sumus. Dux est ille, ac Imper-  
ator noster. Signa eius, ac crux, religioç  
oppugnatur, & capti auribus non audie-  
mus classicum eius, ac quid in nobis ipse  
loquatur? Aperié illi pulsanti fores pecto-  
ris uestrī: ac ad sacraria intima sensuum ue-  
strorum redacti, eum in consilium admit-  
tite, quid fratribus uestris Dei, hominūç  
hosti obiectis, faciendum censeat uobis, &  
reliquis, qui pace domi festa, arma, tela, e-  
quos habent, ætate, robore, consilio, fortu-  
nis florētissimi, in summa uictoriæ, Deiç  
secundi fiducia, qui quos religionis suæ  
propugnatores esse uoluerit, eis, & dum in  
hostem feruntur, ne corruant, dextrā sup-  
positurus sit: & dum præliantur, auxilio  
accursurus, & parta uictoria, solidam glo-  
riam, triumphos, opes, regna, imperia, da-  
turus. Si quis me armis petat, scio quæ ue-  
stra pietas est, pro capite meo, uos, filij, ni-  
hil periculi non subituros. Oppugnatur

EE s Chri-

Christus, nec dextras, nec arma habebimus, nec viriles animos geremus? Manci, trunci, debiles erimus? Optare unusquisque uestrum, filij, debet, ut in primis numeretur, quos dux noster Christus, defensores nominis sui delegerit. Velle enim tutari religionem, id etiam non ab homine, sed a DEO beneficium homini datur, idque tanta facilitate, ut si modo animum uestrum illi non praecluseritis, & mentem militandi & felicitatem vincendi daturus sit qui aperit manum suam, & implet omnem animam benedictione. Maiores vestri aduersus Saracenos in Hispania, in Aquitania, in Italia, in Illyrico, in Dalmatia pugnauerunt. Nulla gentem laude sua fraudo. Sua cuique gloria contigit, alij aliud decus tulerunt, nulla est nomine Christiano natio expers est suae pietatis, religionis, meritorumque. Sed quia in Gallia uerba facimus, ex Aruernorum urbe, totum Christianum orbem alloquimur, locus non patitur, ut silentio praeteream id, quod ipse suggerit, unus Carolus Martellus, nec ipse Rex, nec patre rege natu, uno die quadrageinta propere impiorum millia, Regemque nobilissimum interemit. Videl sol laetus spectaculo, uiderunt mundi lumina, intra paucas horas Asiae, Africęque uersores, eosdem Europae molientes excidium,

dium, ab uno unius gentis duce stratos, ca-  
daueribus suis eam terrā metientes, quām  
pugna cōmittenda sibi spōdebant sanguī-  
ne incolarū Mahometi inītiatā, sacras ipsīs  
sedes perpetuasq; futurā. Angelus præses  
Franciæ, in re trepida tantūm non conspe-  
ctus oculis mortaliū, hac cæde īpiorū tu-  
tatus, reliquum orbem terrarū metu libe-  
rauit. Turcæ noui piorum, Christiçp ho-  
stes è Perside profecti, omne atrocitatis, su-  
perbię, libidinis, avaritię, īpietatis uerus  
exemplū superant. Terrarum imperiū ap-  
petunt, id unum agunt, moliuntur, parāt,  
audent, ad id uires, consilia, conatus, arma  
intendunt. Quæ prisca mortaliū memoria  
Babylonij, Medis, Persis, Macedonibus,  
Parthis, quiç domini orbis terrarum esse,  
salutariçp uolebant, parebant, ea nūc Tur-  
carum sunt. Hī Christi famulos premunt,  
uexant, exagitant: crucis trophæo, sepul-  
croçp Domini, & terræ uestigij numinis  
impressæ, sacræçp insultant, ibi quotidie  
Christus cæditur, pulsatur, icitur, occidi-  
tur. Rerum secundarum cursu, & dissimu-  
latione nostra Turça ferocior factus noua  
sibi semper Regna pariens, nō continebit  
se finib. Asiæ, propiores sumus, qui Euro-  
pam incolimus, Imperio Turcarū, quām  
Hierosolyma Caspīj portis, unde illa  
pestis

pestis exorta humano generi struit infidias. Iam nobis imminet, ceruicibus nostris ea securis impendet. Saracenis in Mahumetis superstitione socijs non pepererunt, eorum nomen ex Oriente prope tota sustulere: & confidimus eos nobis temperaturos? Quæ exempla Hierosolymis, in uirgines, in matronas, in florem ætatis, in sacra, in numen, in mortales ediderunt, in nos, nisi uiri iam simus, edent. Antequā opprimant, opprimantur. Vnus fuit Martellus, multi esse Caroli Martelli possunt. Tantum animo est opus. Nullus paulo nobilior Dux Imperatorū in Asiam ex Europa transmisit, quin cōtinuo uicerit, quin Magni nomen inde reportarit, uel regna sibi quæsierit. Qui comites ibitis Duces uos uirtus uestra creabit. Qui Duces, Reges efficiemini. Qui tantum reges, Reges regum salutabimini. Ibi sunt gaza, ibi diuitiae, ibi opes, quæ expositæ sunt uiris fortibus. Ibi aurum, gemmæ, ac quæcunq; à mortalibus magno æstimantur. Ibi Regna, ibi gloria, & quicquid bellis, prælīs, cōgentibus quæritur. Ibi causa Christi defendenda: Belli mala à uobis, à coniugibus, liberisq; quisq; uestris auertetis in suos autores. Simul in opes sibi opes, ignobiles nobilitatem, nobiles imperium parabūt.

Im-



Immo quoniam uindices religionis eritis,  
ea, quæ dixi, præmia non petetis, sed ipsa  
ultrò ad uos peruenient. Agite dum pñj,  
fortes, ac ut uno nomine omnia comple-  
ctar, uerè Christiani, animos nunc armate,  
nomina date, sacram militiam profiteamini,  
crucis uexillum sumite. Fundetis ue-  
stros, hoc est, Crucis uestri Christi, hostes,  
singuli dena millia fugabitis. Nihil uirtu-  
ti, nihil pietati erit inaccessum. Montes iti-  
neri uestro subfident, ualles assurgent, fre-  
ta mansuescent, hostis trepidabit. Qui pio-  
rum sub eius imperio miseram uitam de-  
gunt, quorum Oratores, Christi'q; ad uos  
legatos, oraculum'q; audistis, uos, ut cœlo  
missos intuebuntur, admirabuntur. Vos  
seruatores suos, uos uindices terrarum, &  
singuli, & uniuersi, & singulos, & uniuers-  
hos salutabunt. Redibitis ad suos quisque  
pleni opibus, pleni gloria, pleni uictoria.  
Regna illa, uel quibus uisum fuerit, diui-  
detis, uel ipsi uobis habebitis. Leges im-  
pijs imponetis, orbis terrarum rectores e-  
ritis, omnis posteritas uos celebrabit, exē-  
plum uirtutis, pietatis'q; à uobis petet. Li-  
beris uestris ingens, & nominis uestri, &  
opum patrimonium relinquetis, memo-  
ria uestri sancta, & immortalis erit. Has  
pollicitationes, hanc uocem non meam

crea

credideritis, qui non sponte mea cogito,  
quomodo, aut quid loquar: sed in hoc ce-  
leberrimo terrarū concilio, hoc horæ mo-  
mento est, qui pro se loquatur in me Chri-  
stus. Et literis Hierosolymitanis, & uoce  
Ambianensis, & oratione, authoritate cō-  
Pontificis, & sanctitate causæ factum est,  
ut omnes permouerentur, & ueluti com-  
muni uimine afflati, unam, & eandem uo-  
cem simul omnes emitteret, pariter cō-  
fæpē repetētes, suclamarēt, D E V S V V L T.  
Tandem iudicio silentio Pontifex. Quod  
uerbum, inquit, in profitendo sacro bello  
non temere nobis excidit, id pro tessera in-  
gerendis rebus, uobis uelut diuinitus da-  
ta accipite. Simul adeste, quibus con-  
tinuō insignia militiae Chri-

sti induere cordi

est,

B A.

BAPTISTÆ MAN-  
TVANI CARMELITÆ,  
THEOLOGI OBIVRGATIO,  
cum Exhortatione ad capienda arma contra in-  
fideles, ad potentatus Chri-  
stianos.

**O** Male consultæ gentes, cognomine tantum  
Christigenæ, scelerum altrices, fraudumq; ma-  
gistræ.

Oblitæ commune bonum, fremit undiq; Mauors

Et coniurati reges Orientis & Austrí

Ac Boreæ contra uestrum regemq; Deumq;

Et uos arma magis tentare domestica uulcis

Bacchariæ intra uestros sine fine penates.

O Christi concussa domus: iam plurima in isto

Secula agis Barathro: taliq; absorpta cloaca.

Fronte tenuis: traxisti istis in fordibus annos.

Quod meminisse pudor: fato uicina senecta est;

In foribus quando sanctè nisi uiuitur ætas

Vltima: quando iter melius uestigia uertes?

Iam tibi radicem subito incisura securis

Imminet: & quasi sis nunquam peritura uoluntas

In seueris te sorde cui: secura pericli.

Prima ætas alijs solet immaturior esse,

Circumspecta graues sequitur prudentia canos

At te chi sapiens fuit, & cordata iuuentus:

Nunc tenet improbitas alieno immaturior æmo.

Ergo

Ergo tibi est potior priuata iniuria, quam res  
Publica? Romani qui nesciuere tonantem  
Fabricij, Curijs, senes, Fabij atq; Catones.

Sanctius antiquis uitam instituere diebus  
Plus nimirum illis animi scintilla reluxit:

Quam tibi ab æterno radians ab hyperione fulgorē

Infrumito, Perge. Subi tenebras semper magis irreuerenter  
id est, insi- Infrumito animo: semper magis inde noctem

pienti, stoli Tartaream, tibi sit priuata iniuria maior.

doq; ut qui Quam Deus, & pietas, & defendenda cruore  
dam inter- Relligio. Demens, priuata iniuria si qua est,

pretantur, Dissimulanda magis fuerat, Christi q; fugandum

uel ut alij Dedeccus, & fidei arcendum commune periculum  
inaereun-

Quinq; sacras habuit sedes Deus. Antiochenam

do & irrecue Cui primum infedit, fuerat, qui nauita pastor  
renti, ut à Traition, & Solymam, Nili super ostia quartam

frōte dedu Ad Tyberim, patris Iam sub uertice quintam

catur, quo Quatuor oppressæ dudum cecidere tumultu

est sedes ue Barbarico. Tiberina manet, sed tabida multis

recundia. Ulceribus, sanie ex imis fusa usq; medullis

Vtior hac Imperium triplex habuit, trans Bosphorum unum.

dictiōe Hie Versus, hyperboreum frigus, contra Arctophylacem

tonymus Per Thrases aliud, per Cycladas, & per Achæos

Eccles. cap. Ac Romæ, unde alijs est, duo prima ruinam

Passa iacens. Quid adhuc supereft, sine uiribus ægrum

Vix gressum proferre potest, uix sustinet artus

Lora tamen nunc Cæsar habet dignissimus orbis

Imperio, ut fama est, & prisam ingentibus implet

Majestatem animis, Incuria temporis acti.

Quæ

Quæ decoxit: opes hausit quæ funditus: obstat  
 Nec decus antiquum Romanæq; regna reformet  
 Si tamen ex alto Deus ut speramus Olympo  
 Aspirarit: uti uates cecinere: futurum est  
 Ut maturet opus, quod nomina Cæsaris æquat:  
 Quid faciat tinnire aures Orientis & Austris  
 Ac Boreæ, quod Maeotis tremat atq; Propontis  
 Diui omnes, diuæq; Deum pulsate precando  
 Adsit: & auxilium tam grandibus influat ausis  
 Ac nostris faciat regnis mentem omnibus unam  
 O' memores cœli reges: populiq; patresq;  
 Quæis sua commisit cœlestis ouilia pastor  
 Sic sinitis Christo illudi: toleratis equorum  
 In stabulum delubra dari? uiolata potestis  
 Templa pati seruire Syro, seruire Sabæo  
 Cappadoci? Armenio? Cilici? Phrygioq; colono  
 Regna tot excidium passa & tot cæsa uirorum  
 Millia? tot canibus prolecta cadauera feris  
 Segni animo imbelles, & mulia relinquitis. O<sup>h</sup> me,  
 O<sup>h</sup> me infelicem: cui cernere fatig dederunt  
 Flot scelus, usq; adeò indignum: quod nulla piabunt  
 Tempora quod nulli poterunt extinguere luctus  
 Nolent thalami de honestati flet nubilis ætas  
 Incestata palam flet dedecorata per aras  
 Virginitas sacrata Deo flent damna pudoris  
 Et uiduæ. Natura mares muliebria passos  
 Conquiritur nihil illæsam scelerata reliquit  
 Barbaries: & nemo istos ulciscitur ausus?  
 Quid pater omnipotens istis mihi contigit annis?

Prodire in lucem: & tam horrendos cernere casus.  
 Sub Decio cædi melius fuit, atq; cruorem  
 Fundere: quam scelerum scoria hac sordescere tanta.  
 Quam uereor ne uera canant, qui sidera & ignes  
 Aethereos memorant hac tempestate minaci  
 Finibus excidium nostris, fremitumq; per omnem  
 Europam: & multo stagnantia sanguine bella.  
 Si scelus hoc nostrum non posceret irrita uatum  
 Auguria & uanas ausim promittere sortes.  
 Improbitas morum, & peccandi extrema libido  
 Me afficiunt maiore metu, quam Iupiter & Mars,  
 Saturnusq; grauem meditans mortalibus iram  
 Grande nefas: quo templa etiam atq; altaria sordens  
 Supplicium triste, insolitum, importabile nobis  
 Parturit inferne feriunt noua fædera Manes.  
 Sydera coniurant tovisq; armatur Olympus.  
 Est tamen ad ueniam semper uia: Numina mutare  
 In pacem (quoties culpæ nos paenitet) iram  
 Influxus tunc astra malos: tunc iarara frenant  
 Quanquam inuito: aditum graue ceruleumq; ueniunt  
 Electi mortales retrò uestigia: dum lis  
 Pendet & excusit nondum sententia fulmen.  
 Neue erumpentem cælo expeditate procellam.  
 O Christi regale genus, cui debita regna  
 Aequoris & terræ, uideri ut sine vindice causas  
 Indefensa Dei dudum tua postulet armas

AD PONTIFICEM  
Maximum.

Surge age, tu in primis animum Romane sacerdos  
Pontificum princeps, Christi omnipotentis imago  
Viva, Dei sortita uites, terra, æquore, & Orto,  
Huc appelle tuum: populos in bella ciere.

Qui e quid habet armorū, & opum nostra omnia regnū  
In fidei communem hostiem te cogere oportet.

Incipe, & exemplo ueniant in frēderā reges  
Sancta tuo: Tu nang pater, tu prima potestas.

Tu Magneta lenes. Tu clavum in puppe gubernas.

Intēstina odia, atq; imis impatia medullis  
Dissidia extirpare doce, & compescere fluctus

Irarum, dominari animis, ecclūm q; uereri

Te quasi Titanem stellis insundere lumen,

Terrarum radijs lustrare repentibus orbem.

Et dare uim plantis, sopitaq; semina rerum

Inuicare: nouas animando excudere fruges

Te decet, & regum reperfacta accendere corda.

## AD IMPERATOREM.

Et tu bellipotens Romani Cæsaris hæres  
Quem sequitur magnis dominans Alemannia campis  
Ah miseris fer opem rebus: tibi supplicat orbis  
Totius: & oppressæ gentes: reminiscere quanto  
Maiores splendore cui tenuere Latinum  
Imperium: quanta cum maiestate sedebant

PP 2 illo

Illo in sublimi solio: cui purpura regum  
 Subdita. Contemplare quibus successeris, orbem  
 Terrarum ditione tui tenuere parentes.  
 Tu super arma sedes: Mars & bellona ministri  
 Sunt tibi: Tu debes gentes frenare superbas.  
 Exi in bella igitur: neu cede laboribus ullis  
 Est merito tuus hic sudor. Tu luna sub alto  
 Sole means: solem acceptum per nubila noctis  
 Telluri rursum infundens: regnare tenebras  
 Obscurumq; Chaos prohibens. Duo maxima mundi  
 Lumina terreni duo uos. Sunt sydera reges  
 Atq; potentatus: quorum uigilantia rerum  
 Influit in partes: uabis cura omnia circum.  
 Te Cæsar meminisse decet, quam mistica dudum  
 Te regnante Deus tua per Germanica regna  
 Signa dedit: uidere urbes descendere cœlo  
 Ac membris hærere hominum formata repente  
 Instrumenta quibus mortem superum, atq; hominū rex  
 Pertulit: ut flagrantem animis spoliaret Auernum  
 Nec tibi res audita: tuæ hæc miracula crebro  
 Conspexere acies: totis Germania campis  
 Horrifico concussa metu, suspiria & altor  
 Cum lachrymis traxit gemitus: cum cerneret artus  
 Spontè notis inscribi iſtis: ac monſtra uideri.  
 Talia membratim cœlo delapsa sereno  
 ( Sic etiam primus Cæsar Germanicus olim  
 Vidit Otho pluere ex astris horrenda cruentas  
 Signa cruces) gelidiq; immensum marmoris orbem  
 Nimboſis agitatum austris, & grandinis atro

Turbine: fulgetris crebros iaculantibus ignes:  
 Flæc tam mira tuis cælum portenta diebus  
 Non frustra ostendisse reor, neq; uana putare  
 Possimus hæc ostenta: Deus quæ effingere solus  
 Non natura potest. Alij prosapia uates  
 Dent meliora mihi: Mea quod mens augurat hoc est.  
 Insolitæ rerum effigies, quas non color unus  
 Finixerat, ad mentem reuocant, nec te sinit esse  
 Immemorem Cæsar Christi clementia, quanum  
 Ipse tibi, & cunctis studuit mortalibus olim  
 Suppicio affectus, tam iniusto, & turpi, & acerbo.  
 Et quantum conari opus est contra impia regna  
 Quæ Christo parere negant Thracumq; Arabumq;  
 Certa igitur magni pro maiestate tonantis.  
 Quod si belligeras metuis tibi defore gentes,  
 Aspice quam ualidis Mauors tibi militet armis.  
 Gens fera contemptrix animæ, consueta per Alpes  
 Figere apres: certare ursis: niue candida semper  
 Per iuga ueloces cursus præuertere ceruos  
 Heluetij tibi dura accidunt uenabula & enses.  
 Iam Burgundus equum dorso Cataphractus in alto  
 Splendicat: ingentemq; super femur erigit hastam  
 Aspice ut Isteuones rapido gens proxima Rheno  
 Strenuè in arma uolent: tardat mora nulla Bathauos  
 Qui cinguntur aquis: retinet mora nulla Sicambros  
 Quid memorē Catthos? quid Rhetia castra? quid arma  
 Norica? Vindelicæ quid fortia pectora gentis?  
 Quid Frisiae Caucasp; domus: & inertia arantes  
 Littora Chæruscos: nec uos gens ultima Cymbri

Segnites damnat: latum uos fama per orbem.  
 Pradicat alienatos Vos explanare Latinam  
 Rem memorant ausos, belloq; incessere Romanum  
 Huc geminas attolle acies. Amplissima certe  
 Regna Sueorum, que Vistula claudit & ingens  
 Oceanus: uada Danubij: confinia gentes  
 Tot complexa, sinu immensa excurrentia longe  
 Hinc tua tot populi ueniunt ad signa, tot urbes  
 Quat censere labor, quot commemorare molestum.  
 Hinc Emunduri, quos præterlabitur Albis.  
 Hinc uenit excrescens in grandia corpora Guto.  
 Adde sub Arcturo positos, gelidaq; sub ursa  
 Elmeones, Quados, toruoq; & Saxones ore.  
 Semnones his adiunge quibus pro legibus arma,  
 Ecce quot ardentes tibi Marcomana iuuentus  
 Expedit ad solem ferro radiante maniplos.  
 Ad tua Basterne properant uexilla securæ  
 Aspice sublatas uirides splendere per agros.  
 Omnibus his durati auris Borealibus artu.  
 Atq; pares animi membris crudi atq; feroce.  
 Festinant Daci atq; Dahæ, gens aspera cultu,  
 Asperior uictu, pugnaci asperrima dextra.  
 Ecce sagittiferos Avarinas ecce Caritos  
 Quis furor armavit: iamdudum in bella coacti  
 In te coniuncti oculos si lumina nutu.  
 Mourrit exquo, uenient in bella Croati  
 Coruiniq; genus, si uera est fama Valachi,  
 Et quicquid longus populorum interfluit Ister.

## AD REGEM PAN-

noniae.

Pannonij in primis, quibus, quibus est fatale cruento  
 Spargere Thraicium, Rhodopeq; fundere casta.  
 Gens Turcis infesta, manus quidissima semper  
 Conserere, & bellis insignem extendere famam,  
 Postquam traictio genus id tam immane profundo  
 Byzantii vastatuit opes, uexilla repente  
 Pannonij Regis celo erexere, nec unquam  
 Thraicis fusi terga ostendere sed ora  
 Ignea, & ardentes gladios, hastasq; trabales  
 Dic perlustra decem pugnarum ingentibus ausis,  
 Defensiq; lares patrij, & confinia pulsis  
 Hostibus Euxini procul usq; ad litiora ponti  
 Usq; ad perpetuis squallentem nubibus Aenum.  
 Nec plus ulla tulit pro religione laborum  
 Natio nec claret majoribus ulla triumphis.  
 Ister adhuc meminit, meminit diffusa per omnes  
 Europæ populos, & adhuc Ecclesia magnis  
 Laudibus extollit pugnæ memorabilis illud  
 Excidium, quod longè Asiam perterritum omnem.  
 Tu Dominæ superum sonuere in turribus altis  
 Timuia per uicos, & per castella, per urbes  
 Aera sub ardenti cum lux altissima Phœbo est.  
 Hos adhibe tibi ductores, bellisq; Magistros,  
 Qui meminere locos, turbasq; Othomannidos acclum.  
 His opus hortatu (gens est iam strenua) nullo est.  
 Et quia semper habent hostem ad confinia: semper

Aëre micant, nunquam imbellis, & tota sub armis  
 Inter equos, inter lituos traducitur ætas.  
 Hic dextra non lingua opus est, Hæc Rhetore causa  
 Non eget, ast e quicunq; turmis & milite fortis.  
 Res animis: ferro: flammis: & fulgere agenda est;  
 Quod trepides nihil est tecum Deus ibit in hostem  
 Per maria ex terras quacunq; leuaueris alleè  
 Sanctum insigne crucis: grifemq; aquilamq; birostris  
 Ne dubia: in bellum hoc totus tecum ibit Olympus.

A D F R A N C O R V M  
 Regem.

Tu quoq; Gallorum princeps Ludouice memento  
 Hoc opere in tanto tibi magnam incumbere molem,  
 Tu patresq; tui: postquam Franconia regnum  
 Gallorum accepit: tutela æterna fuistis  
 Christigenum: fidei sanctæ cognomina clamare  
 Te tua supremum columem reminiscere quantum  
 Carolus ille ingens orbis decus: ille Latini  
 Qui primum imperij tulit in sua regna coronam:  
 Pro Christo inuasit quondam belli atq; laborum:  
 Gothfredum pone ante oculos: quem tota secuta est  
 Gallia in Assyrios, Arabem, Cananæaq; regna,  
 Littora Phœnicum, ueterem Sidona, Tyrumq;  
 Reblata: & antiquam potuit frenare Damascum.  
 Transiit Euphratēm: Caldæ per oppida uictor  
 Iuit Abagaricæ penetrauit moenia Edessæ.  
 Et tibi gentilis quondam Ludouicus eodem  
 Puluere lassatus, nostrum genus egit ab origi-

Primus

Primus in occasum: patriasq; inuexit ad urbes.  
 Franci Aquitanorum, Normannorumq; furorem  
 Christo insultantum, bello oppressere: Bohemos  
 Saxonas infrenes, Longobardosq; Latinis  
 Legibus aduersos domuere: Hispania Gallis  
 Proxima ferret adhuc Nomades: Apulia Graios  
 Senien Agarenum Trinacria: mi Deus ista  
 Misisset fortes contra genera impia Francos,  
 Regales attolle animos: si fortius audes:  
 Strenuus effuso uires si colligis auro:  
 Non habitura modum surget tibi gloria, nomen  
 Ibit in astra tuum, atq; Asia dominabere uicta,  
 Arma uiros, & opes, latissima regna recense:  
 Vimq; agnosce tuam, tua magna potentia late  
 Tendit ab Hispanis ad regna Tiphoides Aethnæ.  
 Belgæ omnes, Celtæq; ruent, Aquitania, Narbo  
 Martius, Ausoniæ gentes nec pluribus alier  
 Ibit in arma uiris, grauiorâe bella mouebit.

A D R E G E M H I S P A -  
niarum.

Te quoq; Bethygenum domitor fortissimè Maurum  
 Rex Hispane iterum pietas sudare sub armis  
 Poscit: & Euboicis inflentem Carbasauentis  
 Mittere ad Argolicas uictricia classica gentes.  
 Postquam bellum atroc, quod iam bis quatuor ante  
 Secula suscepimus à proavis, in tempora uenit  
 Nostra peregiali penitusq; tuuiso recessit.  
 Aspera Barbaries: toto te gloria mundo

Prædicat inuictum trepidant tua nomina seres?  
 Te timet Arctophylax: & qui contraria torquet  
 Astra polus: si terra ullis habitata colonis  
 Illa potest nostri casus cognoscere mundi  
 Et Deus, & quoniam sunt in Olympo sydera, & omnes  
 Cœlitum classes (id gloria temporis acti  
 Sat probat) aspirant. Vident ut duo regna donari  
 Auspicijs uoluere tuis? Promittere rursum  
 (Due geminas in gyrum actes) maiora uidentur.  
 Catena prætereo perpende quid acta per austrum  
 Classis: & inuentæ magno ulra sidera eancræ  
 Insulæ in Oceano, Genuensi hortante columba  
 Polliceantur: iter spondent ad littora rubra:  
 Ad Nabathæorum sylvas, & ad horrea Nilii:  
 Ad Hiericunitinos lachrymant ubi balsama colles  
 Ostendunt hanc fata viam præsagia uatum  
 Attestantur: opes Asiae, Babylonica regna  
 Ad Christi redditura iugum, tibi brachia tendunt  
 Te: nisi te tardat nostrarum incuria rerum:  
 Te deceat ad tanios cenatum extendere honores,  
 Ergo age, ut hanc olim referas ad sidera palmam,  
 Nitere: nec semio parcas, nec segnibus annis.  
 Quid dignum est heroe magis, quam magna gerentem  
 Oppetere: atque inter gesta ardua ponere uitam?  
 Sunt tibi belligeræ gentes, Gallicus & Astur:  
 Celtiberi genus armipotens, Balearia pubes  
 Cantabor indomitus bello: ferus accola terræ  
 Qui maris Oceanus tenet ultima regna Britannæ  
 Terraco docta maris pugnans. Sardoa iuuenius

Campaniisque inter Lyrum, Sarnumque habitantes,  
 Daunius & Calaber pugnax, & abusque Truento  
 Samnis agens equitum turmas trimaresque Sicarij.  
 Nam neque sola tibi prestat est Hispania: uerum &  
 Ausonie gentis robur tibi militat omne.  
 Sors tua Mechæum genus explantare triumphos  
 Ducere de infidis, Arabumque abolere uenenum  
 Copia tanta ducum soli tibi, tanta uirorum  
 Quanta superfuerit belli grauioris ad usum.  
 Vttere Agellarijs, quorum tibi cognita in omni  
 Pacis & armorum studio ualidissima uirtus.

AD LVSITANIAE, SEV POR-

tugalliæ regem.

Quid tibi supremis cui Lusitana sub astris.  
 Imperia: hos tantos nitar suadere paratus?  
 Nil opus est: tu sponte uenis in cua circuit orbem  
 Clasis: & ignoris saluus longinqua profundi  
 Aequora transiliens nullis uada cognita nautis.  
 Et iam bella geris, cunctisque sedentibus una  
 Per maris Oceani flumus naualia soluis.  
 Primus ad Antipedum submersas æquore gentes  
 Velicias adigens subter caua tartara proram  
 Ferisque nouos ritus, alte trans brachia libræ  
 Quæ facit & quales noctis cum solibus umbras.  
 Signa hyemis longè penetrans: contraria nostro  
 Consulis astra polo: perdisque Erymantida flammam  
 Nec tibi dux Helice, nec te Cynosura gubernat  
 Hanc superi docuere uiam Nilotica ad arua:

Ad

Ad Nabathæorum fines: ad Percidis oram.  
 Hoc iter in olim Ganges audiuit & Indus  
 Terraq; longinqui priscis ignota Cathaij.  
 Audiuit tremuitq; simul fatalia tandem  
 Tempora, decursis metuens incumbere seclis.  
 Iamq; uocant regna illa fidem cupiuntq; doceri  
 Orgia nostra. Deus cunctis ex gentibus unam  
 Iam facturus iter pandit: quo iungere possit  
 Ortus & occasus facili commercia nixu.  
 Iam Colocutenses gens nostro incognita mundo  
 Haec tenus accipiunt leges & uiuere Christum  
 Incipiunt mercesq; nouas ad Iberica portant  
 Litora: mirari quæ nec superesse putabant,  
 Arua, domos, habitus, cultus & moribus urbes.

### A D R E G E M N A. uiarræ.

Supplicibus uolis præsentia tempora poscunt.  
 Et regem Nauarra tuum: quæ diceris olim  
 Sub duce Romano laironibus aucta marinis  
 Nam Lycios nautas Cilicesq; per æquora fusos  
 Dum temerè incurvant: prædæq; libidine merces,  
 Aequoreas uiolant, captos Pompeius in oras  
 Has tulit: Oceano includens ac montibus altis.  
 Sed feritatem animis tandem studiumq; rapinae  
 Deposuere: nouis cor mite ferentibus astris.  
 At curam tenuere maris Neptunia doctis  
 Officia & bellis omnes naualibus apti  
 Ergo aceti armare viros; armare triremes

Suscipe

Suscipe & explicitis resonent tua classica signis.

In te sancta fides: in te spes nostra recumbit.

Vota preces: gemitus lachrymas ne sperne tuorum.

AD REGEM ANGLIAE SEV  
maioris Britanniae.

Sed neq; te gelidis regnante in fluctibus altis

Oceani: rex bellipotens Henrice silebo.

Si loca terrarum spectaueris: ultima certe

Sors tibi regnandi: sed non tamen ultima uirtus.

Maiorum præclara docent monumenta tuorum

Arma quid in medium proferre Britannica possint,

Pendragon Arturi pater, Arturusq; parente

Clarius, ingenti uoluerunt turbine gentes

Finitimas: Arturus enim conuersus in hostes

Pro Christi genere infidos sua sub iuga Francos

Noruegiam: Dacos regna armipotentia traxit.

Nota est Elfredi prudentia, nota per orbem

Edgarri pietas: Eduardiq; aspera fata.

Tu quoq; quem grauidæ monstrarunt somnia matræ

Eldeſcaue nouæ pulchra sub imagine Luna.

Inter præclaros sortiriris nomina Reges.

Nunc igitur, nunc cœlo iterum uictricia signa

(Res eget his armis, & bellatoribus istis)

Eleuat: & accelerat pugiles armare Britannos.

AD REGEM DACIAE.

Nec te Dacorum sceptro decorate superbo

Esse decet residem: nec detrectare labores

Hoc opere in tanto: cum connumerere per omnes

Regum

Regum aulas inter fidei ualidissima nostræ  
Munimenta: Tuæ quondam Mauortia gentis  
Vis adeò inualuit: Genus ut tremefecerit omne  
Ausonium: & prosteruentem regna omnia Romam.

AD REGES POLONIAE,  
Pruisiæ, & Russiæ.

Vos quoq; Sarmatici reges, quibus eleuat Vrsam  
Parrhasio polus axe rigens firmissima Christi  
Fulcrum domus: & quem uastis Polonia campis  
Et quem Prussiacis gens dura aquilonibus: & quens  
Russia submissis genibus proclivis adorat:  
Vos Thraces Mæsiq; negant deponere Martem:  
Loricam exuere: & conuertere in ocia bellum:  
Incola uos Istri prædatur & incola Ponti:  
Taurica gens nunquam patata: Borysthenis orda  
Continuè incumbunt hastis, & acynaer, & areu  
Arma die, nocte arma sonant cum Solibus æstas  
Incaluit longit: & cum brevioribus horis  
Stravit hyems crutis rapidos glacialibus amnes:  
Qui Tanais ripas, & qui Moætica circum  
Stagna habitant odij accli capitalibus omnes:  
Alipedes saliunt in equos: rapidissima tranant  
Flumina transiliunt clausos niuum aggere montes  
Tantum animis in uos spirant crudelibus ignem:  
Concita sunt tanto irarum fera pectora fluchi:  
Nec sperare licet pacem nec foedera: in armis  
Vna salus lex est uiolentia: iudice ferro  
Lis agitur pietas illis incognita: membris

Cont.

Confona mens crudis animo crudis omnia uersat.  
 Vos igitur Christo imbuit: cœlestia docti  
 Sacraenta bondis mores: concordibus omnes  
 Comiurate animis contra hæc tam immenia monstra.  
 Nec solum arcenda est quoties confirmia transit  
 Barbaries: per hyperbareos ad mortua saltus  
 Aequora pellenda est: & præcipitanda sub ima.  
 Tartara: ne superet generis stirps illa nefandæ  
 Surgite: & infestis atrox indicite bellum  
 Genibus: hic opus est armis non uoce fateri  
 Cœlitum uobis reseruantem limina Christum.  
 Increpat has diuina moras Clementia dudum:  
 Et commissa malis queritur sua regna ministris.  
 Bre iubet celeris diuos: qui peclora Regum  
 Sollicitent: Et in hæc etiam mea prouocat ora  
 Verba monens instare dies: quibus omnia fas sit  
 At uos ex Arabis traducere regna Tyrannie.  
 Ponite segnium: ciuilia ponite bella.  
 Regna: potentatus: populi: concurrite in unum  
 Fœdus in hoc studium cœlo uos poscit ab alto  
 Ille suum tanta qui cum bonitate cruorem  
 Pro genere humano moriens trabe fudit ab alta, &c.

## AD SENATVM VENETVM.

O' Veneti: decus Italæ tutela Latini:  
 Nominis: & Romæ quondam florentis Imago;  
 Quando facer tanta cum maiestate Senatus  
 Maturabat adhuc crescente negotia regnos  
 Thracium tantis expensi cladibus hostiem

Heu nimis Odrisi; cognoscitis arma Tyranni.  
 Euboicæ gentis strages: Scodrenia bella.  
 Et noua tempestas modò de populata Methonem:  
 Naupacti grauis ille dolus, noctesq; diesq;  
 Ante oculos uobis: nec adhuc obducta cicatrix;  
 Vulneris istius, tantæ monet: atq; leuatis  
 Vocibus in cœlum clamore efflagitat alto  
 Cladi occurrentum subitò: & fulcire ruinam  
 Finibus instantem uestris opus esse repente.  
 Vos cum Pannonijs obiecti regibus huius  
 Tam diræ immanisq; hydræ: quæ guttura septem  
 Porrigit in uestrum excidium: sorptura capaci  
 Vos utero primum: fracto mox obice in omnes  
 Europæ populos grandi incursura tumultu.  
 Vos moles obiecta istis tam immanibus undis.  
 Fertis onus soli: tempestatemq; Latinis  
 Hanc tantam soli iam dudum auertitis oris.  
 Et quanquam uis uestra istis conatibus impars.  
 Nescio quo pacto forti tamen obstitit ausu.  
 Et q; mira magis res est: ita cuncta tulistis  
 Aduersa: ut si quis pendat iuste omnia: lucro  
 Sit iactura minor (dictu admirabile) uestri  
 Grandinis assidue contriti uerbere campi  
 Nil frugum genuere minus: sed & amplius aucta  
 Fertilitas onerat duplicato æraria censu.  
 Flaminij pars magna soli contermina Tusco  
 Testis & Adriaco prætenta Apulia ponto.  
 Adde Cypri positas Tyrijs in fluctibus urbes.  
 Et frumentiferae cultissima rura Cremonæ.

In uobis spes nostrâ igitur certoq; putamus  
 Certius: ista fides nostris: timor hostibus hic: uos  
 Facturos de more satis. Calcaribus ergo  
 Nil opus: ipsi in gladios ultrò ibitis: ipsi  
 Thraicias nostris aditum facietis ad urbes  
 Et belli dux Marcus erit: quod Barbara signum  
 Gens formidat uti Scyllam & uada Syrtica nautas  
 Et quid ab hoc uestros sancti molimine bellis  
 Deterrere potest animos? Naualia uobis  
 Foeta armis torum uexare potentibus orbem:  
 Est thesaurus opum: non quas aeraria seruant  
 Publica: sed patrum pietas præponere docta  
 Priuato commune bonum: Tot millia pondo  
 Argentiq; auriq; dies dabit una: Quot undæ  
 Per mare Tyrrhenum, quo sunt per litora conchæ,  
 Sunt quoq; seu terris, seu saeuiat æquore Mauor &  
 Armigeræ gentes belloq; exercita pubes.  
 Cœnomani acres & non ignobile semen  
 Euganei ueteres: & gens antiqua Liburni.  
 Carni: & Medoaci: quorum cognomina seruat  
 Flumen & Adriacum portus qui fauibus amplis  
 Accipiens æstum: fuso facit æquora ponto:  
 Aequora piscesas latè stagnantia arenas.  
 Noricus accedit sumptus non ultimus armis  
 Miles: & à Colchis missi regionibus Istri.  
 Rhetica progenies nutrita sub Alpibus altis  
 Dura gelu: iaculis horrens: hirsuta sagittis.  
 Dalmata: & Illyricus bellis naualibus ingens  
 Præsidium: bonus, & terris, bonus æquore milles.

Chaones, & Graij, quo sunt Ithacensibus aruis  
 Quot littus Pelopense colunt: quo Gnosia regna  
 Quot Paphios habitant agros, Cytherea & regna  
 Idalios saltus: Cynira & Adonis oras.  
 Denique ut ingenij uoluenda fugacibus addam  
 Pauca: quod inferni steterat propè littora ponte  
 Italica caput excelsum: sese omne magno  
 Transtulit ad superum pelagus: soliumque rogatos  
 Quod fuit ante pedes stirpem Numitoris ad undam  
 Tybridis ad sani collem, atque Aeneida Romam  
 Legit apud Venetos: ipsis tutela Latinæ  
 Gentis, & aligero rerum custodia Marco.

AD FRANCISCVM GONZA-  
 gam, Marchionem Man-  
 tuæ.

Te quoque cum magnis memorandum heroibus addam  
 Regibus his Francisci ducum decus Ausoniorum.  
 Nam licet Imperij regnes breuioribus: urbe  
 Tiresiae contentus: habes tamen ardua, & ampla  
 Corda: quibus nedium & uiipares: sed & omnia vincas  
 Regna: potens armis: bellandiisque inclitus arte.  
 Rex sortitus erat fusum in multos Agamemnon:  
 Ius populos: paucis autem regnabat Ulysses,  
 In scopulis Scyro ignotus latitabat Achilles  
 Nec tamen ille Phryges potuit subuertere solus:  
 His dotuit fretus: Priamum frenauit & omnem  
 Latè Asiam: Regesque Syros: qui regna tenebant  
 Maxima tunc; Persas etiam tremefecit, & Indos.

Tantus

Tantus apud Francos bellandi gloria, & armis  
 Carolus Orlandus si non habuisset in illo  
 Bellorum ingenti strepitu: Getulia quando  
 Venit in Hesperiam duce quo tot milia Maurum  
 Tot Numidarum acies: missosq; ab origine Nili  
 Aethiopes, Lybiamq; omnem subuerteret unquam?  
 Impiger Orlandus uires dabat omnibus: omnes  
 Igne suo accendens lixas reddebat Achilles  
 Hectoras: Alcidas turbamq; animabat inermem,  
 Vnus ut auderet Nomades inuadere centum.  
 Non suniq; magnas ingentia nomina regum  
 Res agere & celebres possint sperare triumphos.  
 Nec Nero ad hunc potuit, nec Sardanapalus honorem  
 Surgere: quod regale nihil nisi nomen haberent.  
 At priuili Cæsar nondum splendore togatus  
 Purpureo: nec dictator non Imperiali  
 Luce nitens cinctus ferro: non lutidus auro  
 Fortia facta uiri fortes heroica patrant  
 Heroe: opera: & uirtus non purpura vincit.  
 Cum intonuit gelida cimber furibundus ab arcto  
 Excidium stragemq; ferent: quis fortiter ausus?  
 Quis tulit auxilium Italiaz: rebusq; Latinis?  
 Non rex ullus. opus Marij fuit: ipse leuat<sup>is</sup>  
 In Boream signis quasi contra fulmina, & atram  
 Tempestatem actam a Schyticis aquilonibus Austet  
 Fortior: extinxit strepitem: passim imbuit Alpes  
 Sanguine barbarico: & temeraria repulit arma.  
 Tu quoq; namq; fidem facit his tua missa per orbem  
 Gloria, tu decus Italiae in sublime tulisti

Dum pubescis adhue. Sic & cunabula circum  
Repentes puer elicit Tyrinthius angues.

Maius opus uicisse homines: qui fusa per auras  
Omnia per mare, per terras animantia uincunt.

Nec tamen hæc Gallorum odium te in bella ciebat  
Sed Mauortis amor: laudumque animosa cupido  
Nam cum fama uolans Gallos excellere in armis  
Diceret: inuenisse fuit tibi dulce potentem  
Ferre tuas hostem uires ardentia corda.

Pugnaces Gallorum animi cognoscere robur  
Te fecere tuum: tali tua ab indice uirtus  
Declarata ducum prima te in sede locauit.

Viribus amissis (quid enim non uera fatemur  
Contra etiam nostros) tali in mœrore iacebant  
Ignauī resudes genus insuperabile Gallos  
Esse rati, & uano pugnae se accingere nixu,  
Confessi diffidebant prudentiae & armis.

Tu fractos reparasti animos: tu frigida corda  
Inflammasti animans lituos, & mortua rursum  
Classica terribiles faciens attollere cantus.

Languida segnities: & uuliu degener atro  
Elinguisque pauor scabros hebetauerat enses:  
Et mutilas nostris ferro exarmauerat hastas.

Tu gladios in cote acuis: tu splendida reddis  
Spicula: tu nitidis cunctis mucronibus armas.

Denique si uerum fas est defendere: Nostrum  
Est imbelli genus sine te. Qui bella gerebant  
Inlyta: barbariemque intra sua claustra tenebant:  
Vi patres, atqueque tui: modo Feltria gens: &

Sphortiad.e cecidere omnes: te numina solum  
 Concessere omnem Italianam reparare potentem.  
 Nec solum Italianam: sed & omnia regna per orbem  
 Quæ Turcus, quæ usurpat Arabs: quæ abscondita circu  
 Littora hyperborei Scythæ possidet ultima mundi.  
 In tantam tua uis spem nos leuat: ista fatentur  
 Posse tuis fieri auspicijs ipsæ quoq; gentes  
 Barbaricæ: & solum trepidant in Thracia regna  
 Atq; Damasceni fontes: & flumina Memphis.  
 Maiores exempla tui tibi magna dedere  
 Militiae: sed tu Natis maiora relinques  
 Mæonijs referenda modis: Heliconia dumq;  
 Nympharum æterno mittenda in sydera cantu  
 Et tua post obitum quondam letabitur umbra  
 Tam clara se in stirpe locum tenuisse supremum:  
 Ac potuisse armis decus immortale mereri.  
 Sub pedibus spectabit enim tot millia regum,  
 Atq; ducum: quos non defendet Purpura quando  
 Orbe alio Virtus, & non Fortuna triumphat.  
 Ergo ad opus sublime leua secuta laborum  
 Pectora: nam nulli possunt tua ferrea corda  
 Atq; tuum felici afflatum sydere corpus  
 Frangere terrores aut extenuare labores.  
 Arma cape & primas inter te ostende phalanges  
 More tuo hostili spargentem sanguine campos:  
 Et sternentem acies: ac fulminis instar euntem.  
 Magnus ad excidium Troiæ quæsitus Achilles:  
 Et sacer Oiclides eruenda ad moenia Cadmi.  
 Scipio ad inieritum Carthaginis. At tibi longè

Maius opus Fortuna parat. Simul omnia nanq;  
 Ad Lybiæ, atq; Asiæ regna euentanda uocaris.  
 Tantus honor grandes animos, ac corda suapte  
 Natura generosa potest in bella mouere  
 Vel gratis: sine militiæ stipe: gloria quando  
 Immortale bonum, quod in omnia secula uitam  
 Prorogat: & sat sunt animis ea præmia magnis.  
 Tûne igitur potes in tanto molunime rerum  
 Stertere: & in plumis prosternere mollibus artus?  
 Tûne potes segnis lieuos audire sonantes?  
 Humitus tot equorum: hastas tot cerneré: longis  
 Ire tot ordinibus turmas splendore micantes.  
 Ferreos, & undantes rutilanti in uerice cristaat.  
 Et neq; tanta tuam rapient spectacula mentem?  
 Non ita consuerunt animæ quas inclyta fama  
 Sollicitat: quæ immortales euadere certant.  
 Quas Deus æterno statuit succedere regno.  
 Maximus Alcides quæsumus immania monstra  
 Ibat: & arma ultrò non inuitata ferebat.  
 Qui pro Marte gerit nunc bella Georgius: ultrò.  
 Non prece, non precio, tam formidabile monstrum,  
 Atq; draconem atro tollentem grandia hiatu  
 Cuitura perfodit directo in peclora conto.  
 Est aliud quod me tibi commemorare coëgit  
 Sanctus amor: quo te sequor: & genus omne tuorum.  
 Est insigne tibi radijs accensus Apollo  
 Omen agendarum non aspernabile rerum.  
 Vitali sol luce solum: sol temperat alta  
 Aequora. Sol nubes abigit. Sol grandia corda

Parturit: & medius sedet inter sydera fulcus

Hinc tribus, hinc alijs totidem fulgentibus astris  
Instar regis agit stellas: & temperat orbes.

Sol Pythona suis monsstrum tam immane sagittis  
Sustulit & mortale genus tanto hoste leuauit.

V is tua Sol. Python rabies Nabathæa: uenenum  
Thraicum: quod Sol tuus ima in tariara trudat  
Adde quod aduersis luna est insigne Tyrannis.

Astrum Luna fugax: tenebrarum, & noctis amicum

Fœmineum: sterile: umbrosum: mutabile: uanum:

Adde quod ut uicelis Romani à gentibus olim

Nomina traxerunt: Sic te quasi uiceris illud

Ecce genus: nostra haec appellant secula Turcum.

Sæpè Deus solet in uoces descendere vulgi:

Multaq; diuinant communis murmura famæ.

Suspicio haec igitur grauium spectacula rerum,

Et ciuò mittendos in lucem ostendere casus:

Vnde tibi æternæ flagient incendia famæ.

Te magni cum tempus erit procedere in hostens

Ambibunt reges: tēq; ad sua quisq; uocabit

Castram ducem: uirtus illie tua numinis instar

Omnia fortunabis: eris præfclus agendis

Omnibus: ut celsa residens in puppe Magister.

Te Hispani: Galliq; colunt descendit in ima

Corda hominum uireutis amor: Nec in hoste uiderū

Non laudanda potest: tua nomina magnus adorat

Cæsar: & immensis dominans Alemania campis.

Italie uero in te uno sua uota locarunt.

In te unum uertere oculos: in te anxia corda

Teq; suum appellant, assertoremq; ducemq;  
 Nec quicquam te maius habent, te respicit unum  
 Nostra salus: age: suppetias fer turbine tanto,  
 Iactatis: mundoq; humerum suppone ruentis:  
 Viribus Alcidem referens & grandibus ausis.  
 An potes et si alios forsan contemnis: honorem  
 Ausoniae atq; preces ita nil curare tuorum?  
 Nos quibus est etas grauis atq; infirma senectus  
 Semper ad ardentes pro te uigilabimus aras  
 Ac multa superos prece sollicitabimus omnes  
 Vi te confortem, fratres: & pignora seruet, &c.

A D O M N E S P R I N C I P E S  
 ac populos Christo fi-  
 deles.

Magnanima Europae gentes aduertite nunquam  
 Vos Asia, Lybiaue armis potuisse domari  
 Romanos nondum facto sed adhuc ineunte  
 Imperio, recq; infirma, Carthaginis altæ  
 Subuertisse arcis, Aphros domuisse potentem  
 Mox Asiam contrâ signis uictricibus isse  
 Et positi Europæ supremo in limine Graij  
 Toti Asiae soli potuere obsistere. Persas  
 Cum Persisq; simul totum fudere Orientem.  
 Mitto Phryges, mitto ardente lucente per omnes  
 Aegæi fluctus flamarum lumine Troiam.  
 , , Undiq; compertum, quoties est fortiter actum  
 , , Subiecit pars una duas: pars una duabus

Vi maior quanquā Orbe minor: Quod Græcia Turcos  
 Nunc uastata ferat, facit hoc Incuria nostræ  
 Gentis inops animi, ueteres oblita triumphos  
 Prostiuens hosti sese, suaq; omnia regna,  
 Belliger Augerus Phrisijs qui erupit ab oris  
 Agmine cum magno, docuit nil esse negatum,  
 Quando regit uirtus animos mortalibus ausis,  
 Venit ab Oceano, penetrans Germanica regna  
 Transiit Italiam: seculi mare: Punica cœpit  
 Littora per deserta means in aquosaq; rura:  
 Rura ubi serpentes habitant, ubi regulus inter  
 Mille Cerastarum stabula immanissima regnat,  
 Sunt ubi maiores uastis Elephantibus hydri,  
 Misit in Aethiopum steriles uestigia campos,  
 Oceanumq; alium cernens tentoria fixit  
 Sydere sub cancri supremæ in margine terræ.  
 Illuc Imperium statuens in sede locauit  
 Ioannem Rege satum Phrisio cognomine Presler,  
 Qui Comes in tanti fuerat molimine bellii.  
 Posteritas eius septem iam secula uincens  
 Regnat adhuc latè extendens confiniq; ad Austrum  
 Vnda ubi secretos haurit Nilotica fontes,  
 Cernite ut ipsa suis uoluit cum uiribus uti  
 Belhygenas pepulit pugnax Hispania Mauros.  
 Nunquam tanta fuit (modò sit concordia) uirtus  
 Christigenæ uobis. Odia inueterata faceſſant.  
 Sint sedati animi: sit conueniata uoluntas,  
 Pendet ab his commune bonum: Victoria rerum  
 Pendet ab his tantum: uestrūm est telluris, & undæ

, Imperium: facimus si conspiratis in unum.  
 , Talibus inceptis Deus aspirare paratus  
 Pestinare monet: Quod si contemnitis: huius  
 Ultor erit uestri seeleris talisq; sequeur  
 Ultio. Quicquid opis uobis dare cogitat: hostes  
 Conferet ad uestros: eritis praeda obvia Turcis:  
 Assyrijs: Medis: Arabis, Garamantibus: Indis.  
 Sed quid opus maiori animos accendere nixu?  
 Christi omnes gens una sumus: Republica Christi  
 Est uestris imposta humeris: locum omnibus uno  
 Fonte caput: Christo æque omnes moriente redempti.  
 Omnibus una fides: unum cognomen, & una  
 Religio: sic & unus amor: sic & omnibus una  
 Opus: & assumptis labor idem omnibus armis  
 Vincere non uultis uobis? At uincere Christo  
 Est opus: & reparare armis decus, Imperiumq;  
 Ite in bella simul cœlo duce: & auspice Christo:  
 Atq; triumphatis spirate ad Olympica terris  
 Regna: ubi Mercedem referet Deus omnibus amplum.

. F I N I S.

P A N E.

PANEKYRICA ORA  
TIO AD CAROLVM V.  
CAESAREM AVGVSTVM, ET  
FERDINANDVM Romanorum, Hunga-  
riae, Bohemiaeque Regem de suscepto bello in Tureas, in  
qua maiorum CAROLI Augusti, & FERDINI-  
NANDI Cæsaris præclara gesta pro religione  
Christianâ contra impietatem Turcicam, & Mauro-  
rum, historica fide explicantur, Ioanne Auentino, uiro  
doctissimo, & omnis antiquitatis callentissimo autore.  
Recitata ab ingenuo puerô, undecimum annum uixdum,  
egresso, eoram ijsdem Ratisponæ, Anno  
M. D. XXXII.



VOD bonum, fortunatum, fœ  
lix, salutareque sit Reipub: Chri-  
stianæ, Tandem (numero Deus  
impare gaudet) sacro sancti Ro-  
man. Imperij Proceres Ratisponæ, (quæ  
cum omnibus urbibus Imperij antiquita-  
te certat) frequentes coierunt, clarissimo-  
rum atque ualentissimorum Principum,  
Dnn. Augusti, & Cæsaris aduentui gratu-  
lantur, illorum sacratissimos uultus, fau-  
stis adprecationibus, solennibusque hisce,  
acclimationibus excipiunt. DIVIS FRA-  
TRIBVS GERMANIS DNN. CLE-  
MEN-

MENTISS. CAROLO MAXIMO, PIO,  
FELICI, AVGUSTO, ET FERDINAN-  
DO CAESARI, REGIBVS GERMA-  
NIARVM, HISPANIARVM, SICILIAE,  
BOHEMIAE, HVNGARIAE, ARCHI-  
DVCIBVS AVSTRIAЕ, BVRGVNDIAE,  
BELGARVM, GERMANIAE' QVE SE-  
CVNDAE, OPTIMIS PRINCIPIBVS

## VITA &amp; VICTORIA.

Atque ego quidem hoc salutandi mu-  
nere meo iure fungi uideor, uice paren-  
tis mei Christophori Frunobergeri, qui  
quartus eques torquatus sacrosancti Ro-  
man. Imperij & censemur, & nuncupari so-  
let. Sed fauete linguis, oracula prius no  
dita eloquar.

*Vltima Cumæi uenit iam terminis ætas,  
Magnus ab integro seclorum nascitur ordo,  
Iam redit & uirgo, redeunt Saturnia regna*

*Atq; iterum ad Troiam magnus mittetur Achilles.*

A quo enim iustius auspicabor, quam à  
uatum maximo, maximi Augusti amico  
maximo. At, quæ Poëta doctissimus ex  
Sibyllinis carminibus ad felicitatem Au-  
gusti retulit, equidem uerius ad nostrum  
seculum, ad uestrum sanctissime Auguste,  
Cæsarq; inuictissime auspicatissimum Im-  
perium transtulero. Astrorum periti, maie-  
statisq; naturæ consulti, ditissimi, poten-  
tissi-

tissimi, sapientissimi Imperatorum & regum omnium, Salomon Iudæorum, Necepsus Aegypti, clarus ille noster Carolus Magnus, Augustus, Altophonsus Cæsar rex Hispan. uestri sanctissimi principum gentiles, obseruârunt, ac æternitati literarum consecrauerunt. Vniuersa tandem post certam annorum seriem, completo segmentorum, ad id, unde progressa fuerant, circuli lege rursus redire, atq; denuo renasci. Quamobrem Pythagoras ille Samius naturæ non sordidus auctor, *ωληγενεοίου* ac regenerationem suam tantoper sustulit.

*Tempora testatus clypeo Troiano refixo.*

Adseuerabat enim se bello Troiano interfuisse clypeum, quæm tum in templo suspenderat, cum post septingentos fermè annos reuixisset, demonstrabat. Democritus quoque fuit in ea opinione, ut est apud Plinium. Hęc nostra ætate, non rationibus inuestiganda, sed experimentis cognita, uisus, oculorumq; probatione exploratissima sunt. Omnes literæ, omnes artes, sacræ uestræq; leges, uestro quoque iussu, ac auspicijs tres sacræ linguæ, clarissimi quique authores GRAECI, LATINI, HEBRAEI, reuertuntur. Tot lureconsulti, ac Imperatores a campis Elysij remittuntur.

tuntur. Item uariæ sectæ ab inferis, quasi  
sure postliminij redeunt atque reuiui-  
scunt. Haud aliter profecto heroas illos,  
quos tantoperè admirata est antiquitas,  
uenerata est & celebrauit; reuiuiscere cre-  
diderim. Quemadmodum Vergilius (a  
quo cœpi) poëtarum omnium princeps,  
Oceanus eruditionis, ex sententia Sybil-  
læ Cumanæ quoque affirmat, atque ele-  
gantissimè simul & eruditissimè suo phi-  
losophatur, in Augusto suo omnes semi-  
deos illos ueterum Achilles, Hectoras  
non solum renatos esse, uerum etiam in  
quoq; Cæsare renasci. Ita etiam interpre-  
tabatur Ioannes Tolophus summus astro-  
logus, ab Italîs etiam summo honore ce-  
lebratus, cuius & monumentum æreum  
in maximi templi porticu hic extat. Has i-  
gitur ob causas ueterum heroum, ac deo-  
rum Germaniæ, Galliæ, Hispaniæ, Siciliæ,  
virtutes, fortitudinem, fœlicitatem, uestræ  
sacratiſſimæ Maiestatis sanctissimum nu-  
men remigrasse, ipſe rerum exitus, res pre-  
claræ publicè priuatim auspicijs uestri nu-  
minis gestæ testantur, uestris copijs longè  
minoribus ualentissimi hostes, sapientif-  
fimiq;, & secundum deorum opes haud  
dubie potentissimi, cœlo, inferis imperi-  
tantes, superisq; pares, non semel, sed sa-  
pius

pius profligati sunt (id quod hactenus nulli non contigit Imperatori) uestræ clementiæ numen, uel ingratí precario uiuentes, sentiunt, ac adorare coguntur. Italia, Campania, Mediolanum, Genua, Sicilia, Insubres, Calabri, Ligures, uestra uirtute liberati, imperio restituti, paxq; festa post diuturna bella reddita tandem Italiæ, Galliæ, Hispaniæ, & Germaniæ, quæ hactenus multis seculis ciuiili bello sese dilacerarunt, cognato sanguine manus poluerunt.

Nec tamen tam ingenti uictoria inaudita ante, insolitaq; fortuna, benignitate diuina sublati, quipiam insolentius egistis, aut more maiorum, & iure uictorum triumphali pompa, atque fastu uictis insultatis, sed moderate usi dono coelesti animos uestros, atque uos meti ipsos (que omnium uictoriarū præstantissima est) superastis.

Et quanquam fratrū quoque gratia (ut inquit Naso) rara sit, tamen si & infida semper sit, semper fuerit societas regni, quemadmodum ueterum exempla, usus rerum magister restatur. Tamen tantum abest, ut dominandi libido, ac cupiditas (quæ cæteros in præceps feret ageat, ac euertere solet) uestram sanctitatem lacesse-

Iaceſſere audeat, ut uos in ſummo huma-  
narum rerum fastigio collocati, ſumma or-  
bis terrarum maxima mundi imperia, ſu-  
premos honores, fortunamq; maximam  
æquiori animo, maiore æquitate & con-  
cordia communiter inter uos partiti ſitis,  
quam cæteri priuata patrimonia diuidunt.  
Multò illuſtriores, fœliciores, ampliores,  
ac beatiores eſtis Iulio Cæſare, atque Pomi-  
peio Magno, maximis Romanorum duci-  
bus, quos in arce fortitudinis uirtutumq;  
Roma caput mundi collocauit, ut qui rerum  
geſtarum magnitudine uniuersos Princi-  
pes (qui unquam uſque gentium fuere &  
futuri ſunt) ſuperarunt, ac longo interual-  
lo post ſe reliquerunt, libidine tamen im-  
peritandi, ac ambitione pestifera ſeipſos,  
ac Rempublicam perdiuerunt. Ille ſupe-  
riorem hic ferre parem ob animi impoten-  
tiam non potuit. Idcirco tutelaria regno-  
rum numina, ciuitatum, urbium, peculia-  
res genij, locorumq; preſides lares (quo ge-  
neri humano rebusq; fessis ritè conſule-  
rent) ampliſſima totius Europæ regna ue-  
ſtræ fœlicitati, atque uirtuti ultro com-  
mendarunt, ac arcana quadam fatorum ui-  
ſub ueſtrum imperium, ac ditionem rede-  
gerunt. Hispania principibus ſemper fœ-  
cunda pijs, Sicilia maxima, locupletiſſi-  
ma,

ma, ac feracissima insularum, Germania semper hactenus inuita, Austria, Burgundia, Brabantia, Flandria, Bohemia, Hungaria, Sarmatia, aliæq; innumeræ regiones, sub numinis uestris sacrosancti tutelam cōfugerunt. Quæ quondam terræ clarissimos, ac fortissimos progenuere Deos, diuos, arque heroas. Hispania Trojanos, Theodosios, Segibothos. Sicilia Rugeros, Rupertos. Brabantia Pipinos, Carolos, Gotofridos, quos, si omnes pro dignitate rerum recensere uelim, arenam mariis, stellas cœli numerare stolidus conarer. Videor uidere horum omnium illustres animas in uestræ sanctissimæ Majestatis numen remigrasse. Centesimo ab hinc fere supra millesimum anno Sueorum gentes ferocissimæ, cognomine Marcomanni, Quadi, Salingæ, Alanii, Nuarri, Burgundiones, Vestrogothæ, cum regibus suis Hermanerico, Rosopediale, Gundetico, Alarico magno Vallea, Adulpho Sigerito, Theodoricoq; maximo Gallias, Hispanias, Romanis eripuere Imperatoribus ibi latissima regna, quæ adhuc ab ipsis nominata seruant, condiderunt. Ibi enim adhuc Gothaliana Nuarre regnum, Vessogeani (quam corrupte uulgò Gasconiam appellant) ab illic superioribus Heroibus nun-

HH cupa-

cupatas, nominari audeo. Valet autem Vessogia Getarum Gotorumque lingua, Occidentalis terra. Atque illi illustres quos dixi, semidei ex regnis (ut nunc cognominantur) Bohemiæ, Poloniæ, Vngariæ, Austriae illuc migrârunt, unde rursus iam redeunt. Hæc incunabula sua, genitaleque solum, reduce fortuna per uestræ Maiestatis insuperabilem felicitatem, longo post tempore inuisunt, ut uestra uirtute ab hisce terris genitalibus immanissimos arcere possint Turcas, & non solum adesse, sed etiam interesse uestro triumpho queant, quem fauente Deo Optimo Maximo, de crudelissimis reipublicæ Christianæ hostiis ducturi estis, æmulati uestros præclarissimos progenitores, Imperatores, reges Hispaniarum, Siciliæ, Brabantiae, Flandriæ, Hannoniæ, Germaniæ. Et antequam finem dicendi faciam, quosdam perstrin gere paucissimis est operæ premium,

*Portes creantur fortibus & bonis  
Est in iuuencis, est in equis patrum  
Virtus, nec imbellem feroce  
Progenerant aquilæ columbam.*

Herorichus ille primus (post pulsos ex Gallia Romanos) dux Brabantinorum cum filio Pipino rege, itidem Brabantino rum

tum progenitores uestræ Maiestatis bellissimi cum Hilderico rege Francorum, ex Germania magna profecti, apud Tongros in Brabantinis sedes sibi perpetuas collocârunt, Romanos ex Gallia deturbârunt.

Post mortem Attilæ, nominatissimi Germaniæ atq; Sarmatiæ regis, hostes Romæ perpetui, illorū soboles Carolus ille Martellus Brabantiae præses, Antwerpensis limitis præfectus, Francorum q; dux, gentilis uester sacratissimi Cæsares, cum exigua admodum manu potentissimos, innumerebiles, immanissimosque hostes, fretus Deo, intrepide aggressus, non solum uitute sua deuicit, sed etiam penitus deleuit. Eicet undiq; & circumquaque perstreperent arma, Aquitania, Celtæ, Narbonenses, Francia occidentalis, animos rebelles sustulerant. Frisi, Saxones, Dani, Veneti, Sclavi, Lusatij, Mœsi, Marcomanni, Megaloburgenses, Pomerani, Silesij, Moravij, Poloni, Auares, & Hunni, in Austria, Stria, Carinthia, & Hungaria, alieni à religione nostra, ultrò bella inferebant, nosqué quotidie laceabant.

Saraceni ingenti mortalium numero, occupatis Hispanijs, in Gallias, terra, marique cum liberis & uxoribus irruperant;

HH 2 perpet-

perpetuas ibi quoque sedes locaturi, tan-  
quam locustarum agmen omnia corrode-  
bant. Cum itaq; undique premeremur, ta-  
men Carolus ille inuicti animi Princeps,  
nihil ueritus, tot millia Barbarorum, cum  
perexili manu sursum, deorsum, ultrò, ci-  
troq; ex prælio, in prælium, magis more,  
modoq; cursoris, quam armati ducis, ue-  
lut turba ruens Saracenos acie non semel  
profligauit, eosdem ad intercisionem de-  
leuit, ne cladis quidem nuncio superstite.  
Quadrinagenta millia hostium cæsa, fuisse  
in literis relatum. Carolus de suis paucif-  
simos desiderauit. A cæde hostium Mar-  
tellus cognominatus est, Germanias, Gal-  
lias, adseruit, à Saracenis q; liberauit, omne  
illis iter præclusit, in Gallias q; irrumpen-  
di spem penitus ademit. Eius nepos Ca-  
rolus ille Magnus ante annos quadragin-  
ta supra centesimum septimum in hac ur-  
be Regamisburgensium (ita hanc ille nun-  
cupat) conuentum celebrem habuit, de-  
creto aduersus Hunos, Auares, Sclauos o-  
ctennali bello. Ex Austria, Hungaria, ita  
has gentes excidit, ita nomen quoque de-  
leuit earundem, ut iam fides annualium la-  
boret, ut eas aliquando in hisce regioni-  
bus sedisse credamus. Quid Gotofredum  
illum Bononiensem, fratres eius Eusta-  
chium,

chium, & Boldouuinum, Eustachij Bononiensis, Geforiaciq; filios commemorem, Praesides Brabantiae, & Antoripensis, Geldubensisq; limitis praefectos, qui relicto genitali solo, sumptis armis, ut in Asiam irruperunt, ferro sibi uiam per strages Turcarum, & Saracenorum fecerunt. Syriam liberarunt, Palæstinam, urbemq; Hierosolymam, nostræ Salutis officinam Barbaris eripuerunt, Regesq; Hierosolymorum dicti sunt, atque diutius cum posteritate earum regionum, Imperio inter medios hostes saeuissimos potiti sunt. Non ita longo post tempore, itidem fastitarunt Imperatores, Cæsares Augusti, Reges Siciliæ, ac Neopolitani, & duces Suevorum, Heinricus Sextus, & filius eius Fridericus Secundus, a quibus adhuc Reges Siciliæ, quasi hereditario iure quoq; Hierosolymorum uocari solent. Taceo Vilmos, Rupertos, Siculos, Capanos, ac Flandros, qui Africam quoque ac Aegyptum ausi sunt armis terra, mariq; inuadere. Anno ab orbe seruato, millesimo, ducentesimo, quarto, ab hinc uero duodeuicesimo, supra trecentesimum, autores generis uestri, Imperatores indulgentissimi, Balduinus, & Heinricus fratres, Flandriæ, ac Hannoniæ praefecti, expugnata Constan-

cinopoli, Imperium Orientale vindicarūt,  
 Græcia uniuersa potiti, Imperatores Græ-  
 corum, & Cōstantinopolitani creati sunt.  
 Ioannes ille, atauus uestri sanctissimi nu-  
 minis, Burgundionum dux cum diuo Si-  
 gismundo Imperatore, Rege Hungariæ,  
 atq; Bohemiæ, aduersus Turcas tum pri-  
 mū Europæ à dissidentibus Græcis, ueluti  
 lupos immisso, ualentissimis copijs pro-  
 fectus est in Mœsiam, ultra Sauum amnē  
 usq; Nicopolim, quam Schiltunnum uo-  
 care solent. Philippus quoque, uestræ Cle-  
 mentiæ abauus, anno ab hinc sexagesimo,  
 interfuisse sancto Concilio Patrum maxi-  
 mo omnium legitur, quod tum aduersus  
 Turcas proauus uestri Numinis, diuus Fri-  
 dericus Tertius, Imperator Cæsar Augu-  
 stus, in hac ciuitate celebrauit mense lu-  
 nio. Paucis referam Hispaniæ reges, qua-  
 les semper extiterint. Alphunsus Hispa-  
 niæ rex, Toletanum regnum eripuit Sar-  
 cenis. Parentum demum nostraq; memo-  
 ria, Aui uestræ indulgentiæ, Ferdinandus,  
 Elizabetaq; reges Hispaniarum, Beticam,  
 (quod nos regnum Granatæ nuncupa-  
 mus, maiores Tartessum quoque dice-  
 bant) Saracenis ui eripuerunt. Hostes re-  
 ligionis Christianæ acerrimos, demū post  
 octingentos, ac duos, & uiginti annos, in  
 Hispaniæ

Hispanis deleuerunt, Hispanas à superstitione Saracenica, & impietate Mahometica liberarunt, Siciliæq; regnū ac Campaniam, Italiamque a Gallis adseruerunt. Onus impar humeris meis subij, uincor magnitudine rerum. Cum itaque tot Heroum uirtutes, in uestræ Maiestatis sacro-sanctissimum numen coierint, haud dubium est (quod D E V S benē uertat) quin tandem uestris auspicjs immanissimi hostes Christi Seruatoris nostri perituri sint. Vaticinium nostræ Hildegardæ, uirginis sacratæ, ac Sibyllæ Germaniæ, tandem post longa tempora uires Turcarum fractumque domitumque iri in finibus Germaniæ, à rege Hispaniarum. Id quod tum incredibile erat, atque nequaquam fieri posse credebatur, iam in promptu, atq; in foribus propè esse conspicimus. A' uate Augustali cœpimus, in Augustali quoq; uate finiamus.

*Gentis humanæ Pater, atq; Principes*

*Orbis immensi, tibi cura magni*

*Cæsaris fatis data tu secundo*

*Cæsare regnes.*

*Ille seu Turcas populo imminentes*

*Egerit iusto domitos triumpho*

*Sive subiectos Orientis oris*

*Stras & Indos.*

Te m̄nor latum reget æquus orbem  
 Tu graui curru quoties olympum  
 Tu parum easfis inimica mittere  
 Palmina lucis.

Seruſ in cœlum redeas, diuq;  
 Lætus intersis populo Quārini  
 Nēue te nostris uicijs iniquum  
 Ocyor aura.

Tollat hic magnus potius triumphos  
 Hic ames dici pater atq; Princeps  
 Neu ſinas Turcas equitare inulios  
 Te duce Cæſar.

G E O R.

GEORGIVS SABI  
NVS BRANDEBVRGEN-  
SIS AD PETRVM BEMBVUM  
Cardinalem: ubi agitur de bello  
Turcæ inferendo.

**I**lle Sabinorum qui gaudet nomine uates,  
Te procul à Viadri BBBB salutat aquis,  
Cuius ad algentes ludit modo carmina ripas,  
Aonia tangens plectra sonora lyrcæ.  
Si fortasse rogas quibus amnis hic erret in oris,  
Teuona Vandalico separat arua solo:  
Quemq; alias Viadrum Germania nuncupat, idem  
Dictus ab indigenis Qdera nomen habet,  
Sed moror ipse tuas longis ambagibus aures,  
Accipe nostra procul quid tibi Musa ferat:  
Annua forte dies aderat, cum prisca biformosa  
Tybridis urbs Ianum deuenerata fuit.  
Prouidus ut cœli custos emittere pacem,  
Et rigida uellet condere bella sera.  
Mœnibus exieram solus, uinctaq; lustrans,  
Per niue candentes ingrediebar agros:  
Versabamq; graues morto sub pectore curas,  
Temporis expendens tristia fata mei;  
Vt iuga Dalmatæ, ripasq; binomini: Istri,  
Turca Pelekhronijs depopuletur equis.

Arma nec Europæ capiant ultricia reges,  
 Efferæ gens quorum Marte domanda fuit.  
 Ergo trahens imo suspiria corde, fremebam,  
 Hæc dabam gelidis uerba ferenda notis.  
 Nunc ego Diræus uates, fidibusq; canoris  
 Inelytus Oeagri filius esse uelim.  
 Non ut aues, rigidæq; feras, nec saxa, uel ornos  
 Ducere, sed regum corda mouere queam.  
 Dicite, summa quibus rerum concessa potestas,  
 Vesta quis ignauus pectora torpor habet?  
 Quod non indomitum bello compescitis hostem,  
 Cuius Pannionam dextera cæde replet.  
 Me miserum, quantas clades hic barbarus orbè  
 Intulit, est quarum commeminiſſe dolor.  
 Aeolicæ domitis mare Thracibus abstulit Helles,  
 Captaq; Bizanti mœnia uictor habet.  
 Phœnicum uastauit agros, quaq; altius opacat  
 Florida palmifero uertice rura Thabor.  
 Cædibus impleuit septemplicis oppida Nili,  
 Ac te Carpathio marmore cincta Rhodos.  
 Sæuit in Istricolas iam nunc, Budaq; potius,  
 Austriacis prædam finibus hostis agit,  
 Ne fera prædonis uictoria longius iret,  
 Cura pijs Ducibus suscipienda fuie.  
 Græcia si rapta Menelai coniuge bellum  
 Gesit, & est hostem fortiter ulta suum:  
 Cur ecclœstis erunt Christi sine vindice gentes?  
 Nullus an innocui sanguinis ultior erit?

Proq; tot abductis hominum, cæsisq; piorum

Millibus, Europam sumere bella piget;

Heu quanto miseri gemitu suspiria ducunt,

Diripuit quorum barbara turba lares:

Quiq; manus uincit duris post terga catenis

Verbera coguntur tortaq; lora pati:

Quod non sacrilegi Mahometi nomen adorant,

Te sed adorantes optime C H R I S T E colunt,

Ah si fata darent reduces hoc tempore reges,

Francia quos olim, Suevia quosq; tulit:

Non ita falcato sœuiret acynace passim,

Mæstaq; crudelis funera prædo daret,

Fartibus indomitos Auares compescuit armis

Magnus ab Hectoreis C A R O L V S ortus auis:

Atq; Saracenis, qui Belica regna tenebant,

Hesperii captus orbis ademit opes.

Primus in Armenia F R I D E R I C V Seastræ locauit:

Ad Solymos alter trans mare signa tulit.

Hac decus Heroes quondam sibi laude parabant,

Insitus hic animi regibus ardor erat.

Non ut disidiis ciuilibus arma mouerent,

Exitioq; suos Marte furente darent:

Sed procul arcentes ut auitis sedibus hostem,

Pro patriæ gererent bella salute suæ.

At modo nulla gerunt nisi bella domestica reges,

Sustinet ex Ducibus prælia nemo foris,

Alter in alterius sic uiscera sœuit, ut olim

Gens, quæ Cadmæo semine nata fuit.

Efferuq;

Efferus interea grassatur Turca per orbem,  
 Qui contundendus fulmine mariis erat:  
 Templa prophanatis & disjecit impius aris,  
 Stuprāq; cum sœua cæde nefanda facit.  
 Non sic aëta furit rabie Gangetica tigris,  
 Si qua uel est catulis orba leæna suis:  
 Nuper ut ille furens, violentis sœuijt armis,  
 Hic ubi Pannoniā Noricus Ister adit.  
 Sepibus infantum suffixa cadauera pendent,  
 Vbera matronis ense resecta iacent.  
 Nec tamen è summis Europe regibus ullum  
 Afficit, & clades hæc miseranda mouet.  
 Pælices animæ nostro quibus attulit ævo  
 Funeris extremam mors properata diem:  
 Ne Geticos metuant arcus, possintq; ruentis  
 Excidium patriæ triste uidere suæ.  
 Haec ubi uerba leues iactabam quæstus ad auras,  
 Iamq; petiturus mœnia rursus eram.  
 Ecce bifrons, alto delapsus ab æthere, Janus  
 Astutus, ancipiit territus ore fui.  
 Viq; tremit uenit agitata palustris arundo,  
 Sic mea concussit luridus ossa paucor.  
 Illi Sibhonia candens niue barba rigebat,  
 Aegoceri teclum uellere corpus erat:  
 Dextera gestabat baculum manus: inq; sinistra  
 Clavis, qua superum panditur aula, fuit.  
 Viq; niues humeris, gelidos excusit & imbres,  
 Anteriore loquens hos dedit ore sonos;

Desine

Define mirari solos quos FRANCIA reges,

Quos ué potens olim Suevia marte, tulit.

Nondum tota iacet uirtus extincta, supersunt

Hoc fera quos acuent tempore bella Duces.

Ecce suis qua nunc Germania dissidet armis,

Concordi iunget foedera pace domi:

Proq' focis, arisq', & libertate tuenda,

Sumta pharetraiis inferet arma Getis.

Affectum miseris tot cladibus afferet Istrum,

Graiaq' barbarico subdita regna iugo.

Inde citam dicens longinqua per æquora classem

Figet Idumæo clara trophæa solo.

Non est fractus adhuc rex Ferdinandus, & alter

Augusti titulum qui modo frater habet.

Hic ager Hesperiae fortes in prælia gentes,

Ille Bohemorum robore bella geret.

Ergo pone metum, tristes ac siste querelas,

Quem metuimus posthac non metuendus erit.

Dixit, & in tenuis euaniidus exiit auras,

Et mea coniœiens sparsit in ora niuem.

At non uana mihi cœlestis ianitar aula

Rettulit, imperij iam coiere Duces.

Et modo confirmant æterno foedere pacem,

Omnibus inq' Getas uiribus arma parant.

Martia terribili feriuntur tympana pulsu,

Tolluntur medio bellica signa foro.

Ex Ducibus uero, quos pugnae accincta sequentur

Agmina, septemvir Marchio, primus erit.

Marchio

Marchio Teutonici pronepos animosus Accillis;  
 Virtutis specimen qui dedit antè suæ,  
 Austriacis cùm te grassantem depulit oris,  
 Vertit, & in celerem saeue Tomita fugam.  
 Decus imperij patriæq; tuere salutem;  
 I tua quo uirtus te L O A C H I M E uocat.  
 Te pridem cupidis expectat Achaia uotis,  
 Ut semel excusiai triste redemptia iugum:  
 Mænalus inclinat prona tibi rupe cacumen,  
 Gaudent aduentu Pindus & Ossa tuæ.  
 Nec metuas enses, nec spicula timeta ueneno;  
 Prospera suscipies auspice bella Deo:  
 Ille tuus protector erit, partoq; triumpho,  
 Ut letus redeas uictor ab hoste dabit.  
 At Romana pio quo Flamine curia gaudet;  
 O sacer Aonidum nobile Bembe decus:  
 Te decet hortari Venetos, populumq; Quirini,  
 Quos tua dulce loquens flectere lingua potest:  
 Omnibus inuadant ut eundem uiribus hostem;  
 Subsidio nobis, neu superemur, eant:  
 Nam uelut accurrunt exciti sedibus omnes,  
 Cum uagus incensa Mulciber urbe furit.  
 Sic quoq; uos sumis accurrere conuenit armis;  
 Ne rigidissimus præda cruenta Getis.  
 Græcia suppetias olim si Thracibus isset,  
 Subditæ Turcarum non foret ipsa iugo:  
 Nec modò lugeret superatus ab hostibus Ister,  
 Peonia si Danais terra tulisset opem;

Quare uestra nisi uicinos arma iuuabunt,  
Tristia (crede mihi) uos quoq; fata manent.  
Nec minus alterna discordia semina litis  
Tollere, B E M B E inæ pars pietatis erit;  
Et sedare graues motus, quos tempore nostro  
Turbata populus relligione facit.  
Nam cum præcipue Latij sacer ordo senatus  
Te colat, inq; oculis urbi Tyberina ferat:  
Optimus assertor fidei, pacisq; sequester,  
Vulnera, fomentis nostra iuuare potes.  
Respice quas hominum reddens pro crimine mortem,  
Abluit ipse suo sanguine Christus oues:  
Opiatamq; gregi pastorum confice pacem,  
Quorum dissidium tristia damna parit.  
Nam fera dum motis certamina litibus instant,  
Excubias nullos pro grege pastor agit.  
Destituuntur oues & ruptis sepibus audene  
Vndiq; raptores in pecus ire lupi.  
Summus in illustri Deus hac te sede locauit,  
Ingenijq; tibi flumina larga dedit:  
Ut tua conciliet mitem facundia pacem,  
Et ueræ partes relligionis agat.  
Ergo tuos V enetos horiare, tuosq; Quirites,  
Ut sua nobiscum iungere eastru uelint:  
Immanemq; iuuent armis excindere gentem,  
Quæ nos exitio, si nisi fracta, dabit.  
Effice concilium simul ut solenne uocetur,  
Elucescat ubi gloria uera D E I.

Id est

*Id cupit, id uotis ardentibus optat, id unum  
Expetit, & CHRISTI te pia sponsa roget.*

**Idem. GERMANIA AD CAESEM  
rem Ferdinandum.**

*Hanc afflictam tibi Germania mitto salutem,  
Quae mihi non tribui, te nisi dante, potest.  
Vsa diu rebus quae sum tranquilla secundis,  
Hoc iaceo multis tempore pressa malis:  
De quibus ipsa tuum supplex cum numen adoro,  
Ferre mihi solus qui potes, affer opem.  
Ecce uides rerum quam tristis forma mearum,  
Qualis & imperij sit status iste mei.  
Omnia disidijs, sunt omnia plena tumultu,  
Illa fuit quantii res mihi causa malis?  
Seruiles acies summis heu uidimus armis  
Nuper, & agrestes rure coisse manus.  
Testis adhuc extat miserandæ Francia cladis,  
Tota cadaueribus squallida facta suis:  
Ipsaque fertilibus laudata Alsatia campis,  
Quae fuit in multis eæde cruenta locis.  
At pars ulla meo ne poscit abesse dolori,  
Insuper externo nunc & ab hoste petor.  
Turca ferox nostras descendere fertur in oras,  
Alterius nobis altera causa mali:  
Qui prope cuncta suis cum regna subegerit armis,  
Posse suo sperat me quoque marte capi.*

*Ergo*

Ergo si qua meæ remanet tibi cura salutis.

Affer in aduersis his mihi rebus opem:

Ne, toties claris quæ sum prius aucta triumphis.

Hostibus hoc siam tempore præda meis.

Nam tibi si rerum sunt cognita gesta mearum,

Cognita quæ cunctis regibus esse puto.

Semper adhuc inuicta fui, nullosq; per annos

Vlliis inuenies me subiisse iugum.

Roma, suis totum domuit quæ uiribus orbem,

Nominis est nunquam laudibus aucta mei!

Meq; lacestiuit quoties hostilibus armis.

Hanc liquet incepit pœnituisse fui.

In me nil potuit uirtus animosa Neronis,

Funere qui Rheni nobilitauit aquas.

Nil potuere tuæ præstantes Vare cohortes,

Quas meus Arminius depulit ense suo.

Nec maris Adriaci tota cum plebe senatus

Nostra suo potuit subducere colla iugo.

Deniq; nec magni potuerunt lilia Galli,

Lilia sæpe mea languida facta manu.

Quin neq; Turcarum nos iam superabimur armis?

Auxilio si me iuueris ipse tuo.

Ducat in exemplum celebris te fama Camilli,

Nam patriæ uindex & fuit ille suæ.

Secula nulla tuum nomen uenitura silebunt;

Inferiorq; tua laude Canillus erit.

Tu modo pro nobis & libertate meorum,

In Mahometigenas suscipe bella Getas,

Esse redemptoris nostri quos nos sumus hostes,  
 Impiaq; aduersus bella mouere D E V M,  
 Hac de gente fera, Danielis scripta prophetæ  
 Multa canunt, paucis hic memoranda mihi;  
 Viderat is quatuor sub imagine regna ferarum,  
 Aspice, uera tibi, non ego ficta loquor.  
 Regibus Assyrīs, primis Sera prima Monarchis,  
 Altera sed Persis assimilata fuit.  
 Tertia Graiorum referebat bestia sceptrum,  
 Quarta potestatem Martia Roma tuam:  
 Huius dira feræ facies truculentior illis,  
 Dissimilisq; tribus conspicienda fuit.  
 Ferratos dentes, bis cornua quinque gerebat,  
 Et pedibus plodens concutiebat humum.  
 Exiguum uero cornu sub fronte latebat,  
 De medijs ortum cornibus illud erat:  
 In quo terrificis oculis, uultuq; minaci,  
 Humanæ capitum forma uidenda fuit.  
 Hoc cum cœlitibus diuis uiolenta gerebat  
 Prælia, blasphemos ore loquente sonos.  
 Turca ferox autem caput est immante, quod audis  
 Impia cœlesti bella parare Deo.  
 Hoc tibi frangendum caput est, hoc concute cornu,  
 Succumbat manibus bellua uicta tuis,  
 Ergo age, Rex animo præsentis suscipe bellum:  
 Hei mihi quas pœnas impie Turca dabis.  
 Non tibi consuetæ mitti post terga sagittæ,  
 Non tibi uelocis proderit usus equi.

Aut ultra Tanaim patrijs sieclus ab oris,  
 Ludibrium cunctis gentibus exulerit.  
 Aut tua submittens iniectis colla catenis,  
 Ante triumphales Regis obibis equos.  
 Inclita gaudebit conuersis Græcia rebus,  
 Præbuit inuitas quæ tibi uicta manus:  
 Exultansq; suis lætabitur amnibus Ister,  
 Quem tuus infestum reddidit ante furor.  
 Hoc precor esse ratū cælesti numine C H R I S T U S;  
 Hoc uelit omnipotens Rex q; pater q; Deus.  
 At prius externos quam progrederis in hostes,  
 Certa tibi pax est constituenda deo:ii:  
 Sedandiq; grates de religione cumulus,  
 Hoc regem tantum, quanuus es ipse, decet.  
 Nec minor ingenuas studijs florentibus artes,  
 Ac fouisse nouem sit tibi cura Deas,  
 Quæ spretæ, sine honore iacent hoc tempore passim,  
 Hac re nulla tibi gloria maior erit.  
 Tunc Deus indomitas, tibi Marte fauente, cohortes,  
 Turcarumq; dabit uincere posse manus.  
 Tunc, quas nulla tibi poterit delere uetus as,  
 Laudes semper erunt, gloria semper erit.  
 Pluribus uberior ne crescat epistola urbis  
 Desine: tu fœlix incolumisq; uale.

## SABINVS AD GERMANIAM.

Quo tua bellatrix abiit Germania uirtus?  
 Dissimilis nostro tempore facta uui.

Vindelicis olim pepulisti finibus Hunnos,  
     Imperium Magno cùm sub Ohone fuit.  
 Ad Solymas arces uictoria signa tulisti,  
     Scenigriger Imperij cùm Fridericus erat.  
 Nunc procul à Tanai ducentes agmina Turcæ,  
     Danubij ferro depopulantur agros.  
 In tua grassatur terrarum uiscera prædo,  
     Ausa nec hostiles es cohibere manus.  
 Te quibus ostentas, nunc utere grandibus hastis,  
     Et quibus in circu ludicra bella geris:  
 His animosa pias hastilibus assere gentes,  
     Si quid in audaci pectore Martis habes.  
 Ah pudeat, Scythicis egressum finibus hostem  
     Militiae nobis præripuisse decus.  
 Mollia dum sequimur nos desidis ocia uitæ,  
     Aspera bellator prælia Turca facit.  
 Dum cane uenamur lepores, aut cuspide damas  
     Figimus, ille suo milite regna capit.  
 Deniq; nos tantum sine sanguine ludimus armis:  
     Ille gerit fortii seria bella manu.  
 At generosa tuis Germania consule rebus,  
     Coge pharetratas uertere terga Getas.  
 Ipsa tuas urbes è fauibus eripe lethi,  
     Et uetus imperij Marte tuere decus.  
 Si secura mali non profligaueris hostem,  
     Tristia crudeli uulnera clade feres.

SABI.

SABINVS AD IOA-  
CHIMVM II. MARCHIO-  
NEM ELECTOREM, IN EX-  
peditionem contra Turcas pro-  
fisciscentem.

**S**ic tibi laurigeros uictoria leta triumphos,  
Sic tibi conuerso terga det hostis equo:  
Suscipe militiae princeps fortissime curam,  
Pro patria duri suscipe martis onus.

**E**t uelut ultorem quem sensit Amilcare natus,  
Unicus Aeneadum Scipio murus erat:

**A**cer ut opposuit se fortibus HECTOR Achiuis:  
Sic patrie murus sis IOACHIME iux.

**E**xicit æternæ te laudis ad arma cupido,  
Qua solet Heroum mens generosa trahi.

**N**amq; duces ualido patriam qui marte tuenur,  
Hos ut Semideos cernis in orbe coli.

**E**xacuant etiam te saua pericula, nobis  
Instant à trucibus quæ metuenda Getis.

**H**oc agitur patriæ non solum gloria bello,  
Sanguine maiores quam peperere suo:

**S**ed quoq; libertas, quam si Germania perdet,  
Impia sacrilegi serua latronis erit.

**S**cilicet impuris cogetur dedita saeris,  
Veri ludibrio nomen habere DEI:

*Aspice Pannoniam, quæ nunc subiecta tyranno,*

*Cogitur in templis multa nefanda pati.*

*Ante colebat ubi C H R I S T V M solennibus aris,*

*(Heu scelus) ipse locum nunc Mahometus habet.*

*Eripe nos igitur crudelibus, eripe Turcis,*

*Iustaq; pro patrijs suscipe bella facit;*

*Assere Christiadum cum libertate salutem,*

*Atq; redemptoris templa tuere tui.*

*Hoc rogat, hoc series exoptat longa nepotum,*

*Quæq; cupit nasci libera, quæq; mori.*

*Clarorum hoc animæ poscunt manesq; uirorum,*

*Pro patria uitam qui posuere suam.*

*Deniq; captiui tensis ad sidera palmis,*

*Hoc incesto gemitu, nocte dieq; petunt,*

*Hinc procul à nostris abduclos finibus arox.*

*Quos instar pecudum fustibus hostis agit.*

*At tu magnanimi Ducas annue fortibus ausis,*

*Aeterni suboles unica C H R I S T E patris.*

*Non sera bella gerit scelerati more tyranni,*

*Pro populo uindex induit arma tuo.*

*Illiū à cunctis uitam defende periclis,*

*Quæ dubijs præceps alea martis habet.*

*Tu ualidas illi uiires, animumq; ministra,*

*Frangat ut audaci barbara tela manu:*

*Qualiter iniustus cœlesti robore S A M S O N,*

*Mota Philistæis contudit arma uiris.*

*Sacrilegis uero Turcis immitte pauorem,*

*Quo dent in celerem terga cruenta fugam!*

*Non secus Isacidis ac bella gerentibus hostes  
Versa repantino terga dedere metu.*

*Quod precor, eueniet: neq; enim sine numine, tantus  
Prosequitur populi te IOACHIME fauor,  
Eius in dissidijs patriæq; tumultibus, omnes  
Vnanimes gaudent quod iua castra sequi.*

*Tanta Mycenæus non agmina duxit Atrides,  
Concidit Argolica quo duce Troia manu,  
Quantas ipse equitum turmas, peditumq; ceteruas  
Maximus imperij nomine ducitor agis.*

*Teutonico cuius languore ferocia crevit,  
Nunc tibi Turcarum gens scelerata caue.*

*Iam uideo Seythici fluios undare cruoris,  
Corpora squalentis cæsa iacere solo:*

*Inq; potestatem redigi durissima Thracum  
Regna, ferus quorum sceptra tyrannus habet.*

*Vos & in tristi nunc soluite pectora luclu,  
Quos in compedibus barbara turba tenet.*

*Vlor adest, qui uos dominorum cæde redemtos  
Liberet, ac uinculis eximat, ulor adest.*

*Q' quoq; ille dies plausus ô quanta uidebit  
Gaudia, quæ nullum sunt habitura modum.*

*Aspera finieris lætis ubi bella triumphis,  
Vindice tutatus nos IOACHIME manu:*

*Cumq; cathenati reges proceresq; Scytharum  
Ante tuos ibuni inclite uictor equos.*

*Aureus hanc utimam properantibus afferat horis  
Lucifer, & celeri Cynthus axe, diem.*

At iam tempus adest, ut agas in bella cohortes,  
 Te fera cum lituis tympana pulsa uocant,  
 Felix, auiibusq; moue tua castra secundis,  
 Excidat imperio te duce Turca suo.

IOHANNIS STIGE-  
 GELII ELEGIA DE TVR-  
 CARVM CRVDELITATE,  
 & imminentे Germaniæ  
 periculo.

**E**go ne flebilibus finem dabit ulla querelis,  
 Omine fælicis syderis orta dies?  
 Semper & iunctas adducens Marte cohortes,  
 Turca ferox nobis causa doloris erit?  
 Iam tua deflerunt tot fata sinistra poëtae,  
 Ut fessas Musas questibus esse putas.  
 Tu tamen ô quondam Germania nescia uinci,  
 Surda uelut uanos negligis ista iocos.  
 Et tua tot prædas maectantem ad limina Turcam,  
 Nescio quo tandem peccatore ferre potes.  
 At te nemo olim bellis impunè petivit,  
 Inq; tuo fixit nemo trophya solo.  
 Fregeris ut rerum dominos uirtute Quirites,  
 Cladis adhuc uari conscia fama docet.  
 Viq; manu Solymam uictrice repperis urbem,  
 Non uno memorat pagina prisca loco.

Poribus

*Foribus infestos docuisti viribus Hunos,*

*In iustam à regnis uim cohibere tuis.*

*Nunc quid magna tuo bellatrix obstat honori,*

*Quid te quod pridem diceris esse uerat?*

*Quando erat his grauior bellum tibi causa gerendi?*

*Quid lacerat nostras Turca cruentus opes?*

*Non hunc sola rapit regnandi dira libido,*

*Sed furor ex odio religionis adestr.*

*Hanc cupit extinctam & qua sola sydera adimus,*

*Nititur hostili tollere Marie fidem,*

*Surge animis, contraq; ausis maioribus ito,*

*His gere, proq; aris prælia, proq; sociis.*

*Semper adhuc iniucta tuos cum uiceris hostes,*

*His quoq; non dubio uincere Marte potes.*

*Non tua tota iacet uirtus, nec tota iacebit,*

*Dum tuus irriguas Ister habebit aquas.*

*Vincit adhuc reliquias tua clara industria gentes,*

*Quodq; probante Italo laudei Hiberus, habet,*

*Non animi, non arma tibi, non numina desunt,*

*Securam querimur, te nimis esse tui.*

*Quod potes, eductis urge legionibus hostem,*

*Cum toto Tanais Phaside noster erit.*

*Vincitur hic cauſa, cur non uincatur & armis?*

*Urge armis, famulas porriget ille manus.*

*Hoc tibi non ueteris spondent oracula Delphi,*

*Non aliqua hic nobis fata Sibylla canit.*

*Ipse Deus mouet hoc, qui nutu temperat orbem*

*Quæ geris, hoc cælo bella probante geris.*

306 IOAN. STIGELII CARMEN.  
Iampridem meriti lucratur gaudia cœli,  
Fortiter in diros qui mouet arma Getas.

Epigramma.

**E**xita quando graui tandem Germania somno  
Surgit? an æterno uicta sopore iacet?  
En procul irato gens Turcica uenit Eoo,  
Quæ mouet hostiles in fera bella manus.  
Hæc animis ingens, ingensq; furentibus armis,  
Heu quantum nostri sanguinis una dedit.  
Et iam saeva luctu terrarum regna fatigat,  
Inq; tuum properat mox ruitura caput.  
Pelle pharetratos dijs auxiliantibus hostes,  
Aut tua barbarico subiçce colla iugo.

HIERO.

507

HIERONYMVS  
VVOLFIUS IN STV.  
PORBM GERMAn.

niæ.

**I**am tua res agitur: paries tuus ardet: ab alto  
Culmine tota domus collabefacta ruit.  
Sigillum perit: non Iulia castra supersunt:  
Extremum metuit moesta Vienna diem.  
Pannonias non esse uides tua mœnia? Turcus  
His ruptis, in te Marte furente ruet.  
Ardebunt uillæ: succumbent oppida: ferro  
Turba eadet diris excruciatæ modis.  
**E**ripientur opes, libertas, iura: LIBIDO  
VICTORIS sæui iura cruenta dabit.  
Corporis hæc mala sunt & in omnem posteritatem  
A' semel exorto fonte perennè ruunt.  
Sæua quidem, sed fine suo claudenda. Quid istud  
Captiuas mentes quod ferus hostis habet?  
Dira salutifero dicit conuicia Christio:  
Hunc etiam pubes nescia sæpè negat.  
Sæpè senex & anus melioris mentis egentes,  
Proh scelus, hoc spreto, te Mahomete, colunt.  
Vulgus iners quid enim nisi quæ præsentia, curat?  
Arbitrio Domini se putat esse pium.  
Non speculas cœlos, nisi cum mors atra fenestrar.  
Intrat; & in fouea suslulente iaces

Elag

*Hec tu non cernis? non curas plumbea? nummis*

*Dum parcis uitam prodis iniqua tuam?*

*Indulges odijis in fratrem: negligis hostem:*

*Quo nil terra magis, nil mare, triste tulit.*

*Num tibi Relligio curae? quis credere possit?*

*Qua rixas nulla relligione moues.*

*Colatrix eulicis, gibbosus terga Cameli*

*Deglutis: rectum quodlibet, esse putas.*

*Omnia præceptis facimus contraria Christi:*

*Ignorant Christum pectora lingua sonat.*

*Sed non ignorat nostra impia pectora Christus*

*Ille dari toties non sibi uerba sinet.*

*Quid dicam uates infelix talia Musæ*

*Carmina non dictant, fata sed atra cident.*

*Imperiū nam cum perituri terminus instat:*

*Approperantq; truci fara seuera gradu:*

*Immeritas ne forte putas extindere gentes*

*Ardua uel frustra uertere regna louem;*

*Non Deus exitij, non diro fulmine gaudet:*

*Incolumes potius quoslibet esse cupit.*

*Namq; bonos firmo semper munimine cingit:*

*Et uerat hostili clade perire pios.*

*Ast ubi negligitur pietas, calcatur honestum:*

*Crimine, cum uitium suppicioq; caret:*

*Tum D E V S infesto disturbat perdita uultu*

*Regna, nec haec patitur stare superba diu:*

*Ille sed eximo quatiens fundamine terræ:*

*Fulminea incendit præcipitalq; manu.*

*Integra*


Integra staret adhuc (heu iam palus atra) Gomorra  
Ni foret incæstis mersa libidinibus.  
Staret adhuc Constantini pia regia : tantas  
Ni regnum discors dilacerasset opes.  
Et tu stare queas G E R M A N I A : cura salutis  
Si tibi tanta foret, quanta pericla uides.  
Si tibi priuatis potior sit publica rebus  
Cura simul pereunt quos uehit una ratis;  
Seruanturque simul qui commoda publica spectant,  
Publica priuatis qui sapit, anteferet.  
At si desipies G E R M A N I A. Plura uolentem  
Destituit calamus, scribere, lingua, loqui.

F I N I S.

BASILE AB,  
PER SEBASTIANVM  
HENRICPETRI, ANNO SALV:  
tis nostra instaurata CID. ID. LXXVII.  
Mense Martio.







628



